Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


Petrus Senst

Axiomata, Utriusque Iuris, Iuxta Seriem Materiarum, in certa Capita distincta, & in Usum cupidae LL. Iuventutis, & Praxeos Stidiosorum Digesta

Rostochii: Richelius, 1697

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055

Druck Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0001
DFG

37. XIII. 21.

J. R.
30. f. 17.
Ded. pl. 792.
Fr. pl. 1–162
pl. 1–242

Je 3805.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0002
DFG

Ex Bibliotheca
D. Joh. Willebrand
Conjug. Ao 1698

Ex Testamento Willebrandiano

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0003
DFG

AXIOMATA,

Utriusqve Juris,

Juxta Seriem Materiarum, in certa Capita distincta, & in Usum cupidæ LL. Juventutis, & Praxeos Studiosorum Digesta.

Operâ & Studio

PETRI SENSTII,

Juris Practici.

Sumptibus Autoris,

&

Typis JACOBI RICHELII,

Amplissimi Senatus Rostochiensis Typographi.

ANNO M, DC, XCVII.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0005

DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0006
DFG

DEDICATIO.

PERMAGNIFICIS,
Nobilissimis, Strenuissimis, Amplissimis, & Consultissimis
DNN.
CONSULIBUS,
SYNDICIS,
SENATORIBUS,
Ut &
SECRETARIIS,
Nec non
Prudentissimis, atq; Spectatissimis
DUODECIM VIRIS,
&
IIX. PRÆFECTIS ÆRARIO,
Sacri Romani Imperii Liberrimæ
Civitatis
HAMBURGI.

Permagnis Mecœnatibus, Potentibus Patronis, singularibusq; Fautoribus meis, debitâ Observantiâ ætatem Colendis.

SAlvam Salutem, auream, ac laure-
am Pacem, ab An-
chorâ Spei, & noſtræ
Salutis firmiſſimâ.

Ante immemoriale tempus qvidē, Perma-
gnifici, Nobiliſſimi, Strenuiſſimi, Amplis-
ſimi, Prudentiſſimi, &

Spe-

Spectatissimi DNN. Ludovicus Gilhausen, J. U. D. Juris Viridarium perbreve, & in Novem Capita distinctum, nimirum de Personis, Rebus, Matrimonio, Obligationibus, & Contractibus, Actionibus, Testamentis, Delictis, Pœnis, & Processu, in Utilitatem Juris Studiosorum, in lucem edi-

dit, postea Tobias Heidenreich, J. U. D. Viridarium istud sub Titulô: Flores, & Axiomata Juris, adaugere sategit. Cùm autem tàm Heidenreichs, qvã Gilhausens Opusculum, uti Exemplaria extantia docent, ratione Materiarum mirum in modum confusè compositum, ita, ut parum, vel nihil Ju-

ven-

ventuti proficua sint, siqvidem Bibliopolæ hinc inde conqvesti, qvòd cum suô non exiguô damnô apud se perplurima Exemplaria inempta jacerẽt, ea propter, & præprimis ad Clementem Svasum Illustrissimi Comitis, & Regii Tribunalis Wismariensis Præsidis, Dn. Johann. Rosenhans, & Censu-

râ Juridicæ Facultatis Roſtochienſis, ad promovendum Juri Operam dantium Emolumentum, præfatum iſtud Heidenreichianum Exemplar revidi, & ſecundùm ejus Methodum in NOVEM Capita, ſed juxta Materias, ordine alphabeticô, ut liqvidiùs patet, accuratè in faſciculum collegi, ita, ut LL. &

Praxe-

Praxeos Studioſi de facili Axiomata reperire, &, inſtar Manualis, Opellū iſtud ſingulis momentis ſecum habere qveant. Veſtræ autem Magnificentiæ, Nobilitati, Prudentiæ, & Amplitudini, utpote Veſtræ inclutæ Reipubl. ut & S.S. Juſtitiæ, teſtibus laude dignis Exemplis, glorioſiſſimis Antiſtitibus, qvi &

ipſi-

ipſimet Literatiſſimi Literatorum Fautores Optimi eſtis, hunc meum laborem conſecro, & offero, ſummoperè petens, ut benevolô Vultu, cum Dedicatione, ſucipiatis, meqvè ſemper Vobis commendatum habeatis. DEus Vos ſervet, Patroni Dignisſimi, ut Veſtræ permagnæ Reipubl. ut & S.S.

Juſti-

DEDICATIO.

Justitiæ, ceu Virgini, se ipsam ulciscenti, Sospites superstitis, & de utriusqve felicissimo Successu benè mereatis diutissimè. Dabam Lubecæ, Iduum Aprilis, Anni M. DC. XCVII.

Vestr. Stren. Magnific. Nobil. Prudentiæ, & Amplitudinis

Devotus Observator

PETRUS SENST.

DUm Tibi doctrinæ monumentum
Juris in arte
Hoc Libro, *Fautor*, ritè parare stu-
des,
Conatum dignum tibi toto pectore
grator,
Jupiter ad votum qvælibet, opto,
fluant.

Binis hisce DN. AUCTORI *& gratulari, & affectum testari voluit*

CHRISTIAN. HILTEBRANDUS,
Log. Prof. Duc. FCtis suæ SENIOR, ac h. t. DECANUS.

Σὺν Θεῷ.

AXIOMATUM,

Caput I.

DE PERSONIS.

A.

ABsens per Procuratorem Causam Absentiæ reddere potest. l. absens, de procuratoribus.

Absentibus officere non debet tempus emensum qvod recuperandæ Possessionis est legibus præstitutum. l, 1. C. si per vim.

Absentibus contra Violentium præsentiam subvenire opus est. l. fin. in f. C. si per vim vel alio modo.

Absentia ejus, qvi Reipubl. causa abest, neqve ei, neqve alii damnosa esse debet. l. absentia. 40. ff. de R. I.

Reipubl. causa non dicitur verè Abesse, qvi sui commodi causa in legatione est. l. non verè ff. ex qvib. caus. maj.

Absens studiorum causa abesse non

dicitur. l. qvæsitum ubi Bart. ff. de legat. 3. Ideoqvè debet recipere integrè omnes fructus sui beneficii. C. superSpecul. de Magistr. C. suæ de Cler. non resid. qvippe talis absentia justissima est. l. nec non ff. ex qvib. caus. major.

Absens stipulationem contrahere non potest. l. 1. ff. de V. O.

Accipere est qvandoqvè accipere. 1. q. 1. c. Eos.

Inter dantem & Accipientem debet esse distinctio persanilis c. fin. de Instit.

Cui Administrare conceditur non conceditur donare. l. non contra, 28. §. 2. de Pact.

Adversarius propriè dicitur is, qvi in judicio contendit, secus extra judicium l. cum aliqvis. C. de Jur. delib.

Advocati æqviparantur militibus. l. 14. C. de Advoc. div. jud.

Advocatus pessimam Causam facit videri bonam & e contra. l. qvod si nobis §. culpam omnem. ff. de Edilit. Edict.

Adulteri inter milites non sunt recipien-

piendi. l. qvi cum uno. §. adult. de re milit.

Omnis Ætas ab Adoleſcentiâ proni-or eſt ad malum qvam ad bonum. Geneſ. 8. c. omnis ætas. 12. q. 2.

Ætate minores jure agere prohibentur. l. in qvæſtion. 13. §. minores. 2. C. de ſent. paſſ.

Ætate in nubili conſtituta Parentum Voluntatem ſeqvi non cogitur. C. cum virum in f. de reg. & tranſ. ad relig.

Affectare nemo debet id, in qvo intelligit, vel intelligere debet ſuam Infirmitatem alii damnoſam eſſe. l. idem juris. 8. mulion. 1. ff. ad L. Aqvil.

Nemo debet Affirmare fortiter qvod ignorat. l. Julian. §. qvod autem. ff. de empt. & vendit.

Afflicto non eſt addenda Afflictio. l. Divus. 14. C. de offic. præſid. c. ex parte. de cler. ægrot. imò potius ipſius miſericordiæ miſerendum. d. c. ex parte.

Domino libat proſpera qvi ab adverſis pellit adverſa. c. facientis, diſtinct. 86.

Multa in Afflicti ſolatium concedun-
tur, qvæ aliàs non concederentur. l. jure
ſuccurſum. de jure dot. l. fin. C. de In-
ſtit. & Subſtit.

Per Alium qvi facit, per ſe ipſum fa-
cere videtur. l. ita autem. §. geſſiſſe. ff.
de adminiſtr. tut.

Per Alium qvis conſeqvitur qvod per
ſe non conſeqveretur. ff. qva res ſign.
oblig.

Res inter Alios acta aliis neqve præ-
judicat neqve prodeſt. l. fin. C. qvib. res
judic. non noc. c. inter dilect. de fid. In-
ſtrum. c. dilecto. in fin. de præbend. l.
ſæpè de Re judic.

Alteri per Alterum non inferri iniqva
Conditio. ff. de R. J.

Alterius Odio nemo gravandus. c.
non debet de R. J. in 6.

Ex Alterius Contractu neminem ob-
ligari certiſſimum eſt. l. cum 33. C. ne U-
xor pro marit.

Cohæredis Negligentia Alteri non
nocet. l. remos, in fin. ff. de Evict.

Ex

Ex alterius facto neqve Hæreditati ablegari, neqve exhæredari potest. l. paterfamilias. ff. de hæred instit.

Qvod qvis in Alterius persona conservat, in suâ debet conservare. ff. qvod jur. in alter. stat. eod. jur. utat. per tot.

Mihi solvi & alteri meâ Voluntate paria sunt l. nihil interest. C. de solut.

Alterius Contractus non obligat alterum. l. cum te Codic. ne uxor pro marito.

Mihi solvi & Alteri mea voluntate paria sunt. l. nihil interest. C. de solut.

Alterius Contractus me non obligat. l. cum te. C. ne Uxor pro marit.

Alterius factum alteri non obest l. de pupillo. §. si plurium de oper nov. nunciat. l. 74. de R. I. l. 68. de acqvir. hæred.

Evenit plerumqve qvod Alteri superest, alteri desit. l. 1. in pr. ff. de contr. Empt.

Amicus dicitur frater vel habetur tanqvam frater. l. nemo dubitat. ff. de hæred. Instit.

Amicus ex mente debet perpendere voluntatem Amici sui & servare, aliàs non est bonus amicus. l. Pamphilo. ff. de legat.

Amicus clam de Amico conqveratur. c. in clement. §. de jurejurando.

Æqvum non est, qvem videre egentem, qvem prius habuit in Conjugem vel Amicum. lib. 2. feud. tit. 58. de not. feud. in pr.

Omne qvod Amicorum, amicos conciliat, tunc fidelius durat, cum eos Sacramenti vincula ligat. 22. q. 1. omne.

Amici vitia si feras, facis tua. l. 9. in pr. ff. ad L. Jul. de adult.

Amico qvicqvam rapere furtum est. c. 12. q. 2.

Amicos appellare debemus non levi notitia conjunctos, sed qvibus fuerint jura cum patre familias honestis familiaritatis qvæ sita rationibus. l. latæ. 223. de V. S.

Antiqvi possunt corrigere Minores de moribus malis. l. C. de emend. propin.

Approbatus improbari non potest c. qvemadmodum. de jurejur.

Arbiter qvandoqvè accipiter pro judice delegato. l. fin. ff. de judic.

Inter Artifices est longa differentia & ingenii & naturæ & doctrinæ & Institutionis. l. inter. 31. ff. de solut.

Attendas qvod liceat secundum æqvitatem, qvid deceat secundum honestatem & qvid expediat secundum utilitatem. c. magn. de vot.

Conditionis melioris esse non debeo, qvam Author meus, à qvo jus in me transit. l. in his. 175. ff. de R. I.

Res denominatur à suô Autore. §. namqve si cui. Instit. de action.

Autoris dolus bonæ fidei autori non nocet. l. dolum. 3. c. de comm. rej. vend.

Peccata teneant suos Autores nec ulterius progrediantur, qvam reperiatur delictum. l. sancimus. 22. C. de pœn.

Contra Autoris & Patris sui factum venientibus ut indignis Hæreditas legibus auferatur. c. Sylvester. 11. q. 1.

Fraus debet in suam Autorem retorqveri. l. pen. C. de legat.

Avarus gratius intuetur aurum qvam Solem. c. sicut. distinct.

Avi potius dignitas prosit, qvam obsit Patris Casus. l. emancipatum. 7. §. 2. in fin. ff. de Senat.

B.

PRoditionis proximum est Barbaros, qvos indigere convenit, telis eos, ut validiores reddantur, instruere. l. 2. C. qvæ res export. non deb.

Bastardus dicendus estis, qvi nec rectè nec ritè natus est. l. filium. 6. ff. de his qvi sunt sui vel alien. jur.

Beatus qvi excutit manus, ab omni munere. c. sunt non nulli qvi 11. q. 1.

Beati mediam viam tenuere. l. 1. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. Nov. de const. const. 105.

Beatius est dare qvam Accipere. c. prædicatur 16. q. 1.

Benefacientibus nobis gratias agere debemus. l. cum qvis. 10. C. de nat. lib.

Boni

Boni à malis semper tribulantur. c. nulli 3. q. 1.

Bonus semel, semper talis præsumitur. l. non omnes. §. à Barbaris ff. de re militar.

Bonus præsumitur, qvi est bonæ nationis, malus verò qvi est infamatæ nationis. l. qvod si nolit, 31. §. qvi mancipia. 12. ff. ædilit. edict.

C.

CAptus non videtur qvi rem pernecessariam licet mortalem sibi comparavit. l. verum. 11. §. it. 4. ff. de minor.

Castratus pretiosior efficitur. l. si servus. 27. §. etsi puerum. 28. ff. ad L. Aqvil.

Certus qvi est, certiorari non debet. l. item veniunt. 20. §. petitam. 11. de petit. hæred.

Certus esse debet de jure suo qvi repudiat. l. repudianda. 23. ff. de acqvir. vel amittend. hæredit.

Certus qvisqve debet esse de facto suo. l. cum falsum. 46. ff. de acqvir. vel amittend. hæredit.

Qvod ad certam Civitatis ſpeciem relinqvitur, in alios uſus convertere non licet. l. 1. ff. adminiſtr. rerum ad Civitat. pertin.

Clerici Jurare prohibentur. l. cum Clericis. 25. §. 1. in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.

Clerici debent eſſe audaces ad defendendum legem Chriſti. Novell. de rebus Eccleſ. §. Oeconomus. Conſtit. 7.

Clerici ſunt digniores militibus l. nemo. C. de ſumm. Trinit.

Clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxii. c. ſi qvæ cauſæ 11. q. 1.

Clericis opprobrioſum eſt, ſi peritos ſe velint oſtendere forenſium diſceptationum. l. repetita. 41. C. de Epiſc. & Cleric. l. 23. C. de teſtament.

Coactus fallens nihil agit. l. qvi in alienâ. 6. §. fin. de acqvir. vel amitt. hæreditat.

Coactus magis pati, qvàm agere putatur. c. ſacris de his, qvæ vi, metus cauſ.

Cognatum ulteriorem proximioribus

bus præferre nemo potest. l. 52. §. 9. ff. pro soc.

Cognati qvasi ex uno nati dicuntur. l. 1. §. 1. ff. unde cogn.

Tres faciunt Collegium. l. Neratius. 85. ff. de V. S.

Colonus ante omnia cũrare debet, ut opera rustica suo qvæqve tempore faciat. l. si merces. §. Conductor ff. locat.

Colonus modicum damnum æqvo animo ferre debet, cui immodicum lucrum non aufertur. d. l. si merces. 25. §. vis. 6. ff. locat.

Conceptus qvodammodo in rerum natura esse existimatur l. vel si 6. ff. de suis & legit. hæred.

Concubinam unam habere licet, & qvi unam habet caste vivit. Novell. de trient. & semiss. §. consideremus autem in fin. Constit. 18. idqvè Jure civili; Verum Scriptura sacra & honestas hoc improbant. 1. Cor. 5. 1. Cor. 6. 1. Cor. 1. 10. Ephes. 5. Colloss. 3. Thess. 4. Act. 15.

Concubinam cujuscunqve ætatis ha-

beri posse, palam est nisi minor annis duodecim sit. l. 1. ff. de Concubin.

Conductor non tenetur de Casu fortuito. §. qvi usu. Instit. de locat. conduct.

Conjunctis in personis sub liberalitatis appellatione debitum naturale persolvitur. l. un. inverſ. æqvè. C. de impon. lucrat. de script.

Jus Conjunctis ex diversis testamentis non contingit. l. si sub 16. in fin. ff. qvib. mod. ususfr. amitt.

Verosimile non est Conjunctum defuncti voluntatem ignorasse. l. octavi. 9. ff. unde cognat.

Æqvum non est, qvem videre egentem, qvem prius habuit in Conjugem vel amicum. lib. 2. feud. tit. 58. de not. feud. in pr.

Consangvinei sunt, qvi ex eodem patre nati sunt, non ex eadem matre. Novell. de consangv. & ut. fratr.

Singuli Creandorum pares esse non possunt. l. 1. C. de tutor. vel Curator. illustr.

Cre-

Creditor debet esse curiosus, qvo res credita vertatur. l. qvod si servus: §. sed si accepit ff. dein rem vers.

Credulus nimis nemo debet esse. l. fin. C. de accus & inscript.

Cupido & à Juvene creditur reddita virgo. Gl. in l. si verò rem. §. si adolesc.

Curator Curatori facilè adjungitur. §. interdum. Instit. de Curat. l. idem de testam.

Curator furiosi nullo modo libertatem præstare potest. l. fin. ff. de Curat. furios.

D.

INter Dantem & accipientem debet esse distincto personalis. c. fin. de Debiles Instit.

Debiles etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilii adesse valent pugnantibus & personæ defectum per alios relevare. c. ex multis. §. qvamvis devotis.

Deceptis & non decipientibus Jura subveniunt. l. 2. §. verba ff. ad SC. Vellej.

Defensor nemo in alienâ re sine Satisdatione idoneus esse creditur. §. 1. Instit. de satisdat. l. 46. §. 1. ff. de procur.

Defensor propriæ Salutis in nullô peccasse videtur. l. sicut allegas C. ad L. Cornel. de Sicar.

Defuncto non videtur Princeps beneficium concessisse, qvem vivere existimabat. l. Neratius 191. de R. I.

Defunctorum interest, ut habeant Successores. l. & qvia 6. ff. de Interrogat.

Defunctus sine liberis non est, qvi nepotem suum hæredem reliqvit. l. liberorum. 220. §. 2. de V. S.

Defunctum honorat, qvi voluntatem ejus implet. Novell. de his, qvi nupt. iter. §. benè sancimus. Constit. 22.

DEus est omnium principium, medium & terminus. Novell. de mulier. si de hæret.

DEus totius mundi elementa creavit & rerum dispositio in orbem terrarum producta est. l. 1. C. de vet. jur. enucl.

DEO

DEO debetur Religio, obedientia verò parentibus & patriæ. l. veluti ff. de Just. & Jur.

A DEO procedunt omnia. Gl. 1. in rubr. C. de summ. Trinit.

A DEO gubernatur Imperium & per eum refrenata sunt bella, pax decorata & status Reipubl. sustentatus. l. C. de vet. jure enucl.

A DEO omnes Legislationes pendent & in eum respicere debent. Nov. 109. in pr.

DEO militans non implicabit se negotiis secularibus. l. naturaliter. C. de Episcop. & Cleric.

DEus omnia dat perfecta. Novell. ne libert. de cætero in pr. Consist. 78.

DEus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Novell. ut qvi contra natur. luxur. in pr.

DEus nullam acceptionem Personarum habet. Novell. de Monarch. §. huic autem. Constit. 5. C. novit, de judic.

DEus res penitus desperatus donare

&

& consummare suæ virtutis magnitudine potest. §. 5. in fin. de concept. Digest.

DEus inter Juramentum & simplicem qverelam non facit differentiam. c. Juramenti. 22. q. 5.

DEum in omnibus Causis pro hominibus Judicem esse credendum. l. cum 2. §. sic enim C. de Jurejur. propt. cal. dan.

DEus est communis omnium Pater. Novell. 98. c. illud qvoqve 2. in fin.

Nihil miserius est, qvam DEum propter nummum contemnere. 12. q. 1. c. duo sunt genera.

DEO semel dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum. c. semel. de R. I. in 6.

DEò simul & Justitiâ nihil majus existit: absqve enim his nihil commodè geri potest. Novell. 164. de hæredit. in pr.

DEum convenit imitari, qvi solem suum facit oriri super bonos & malos. c. fin. distinct. 28.

DEus, cujus vult, miseretur, & qvem vult indurat. de Judæis c. distinct. 45.

DEI

DEI qvæ sunt, ab homine dari non possunt. c. pleriqve 8. q. 1.

DEO servientibus beneficium negare non convenit. c. Christianis in pr. 11. q. 1.

DEO magis oportet servire, qvam hominibus. c. juratos. 15. q. 6.

Nemo DEO militans implicabit se negotiis secularibus. 2. Timoth. 2. v. 4. Can. 6. distinct. 6. c. consequens distinct. 88. 16. q. 1. c. sunt nonnulli.

Discipulus sententiam magistri sui (qvoad honestum est) debet excusare l. qvalem autem, §. unde videndum ff. de recept.

Discipuli omnibus reseratis eis legitimis, nihil habent absconditum. de Jur. docendi ratione. §. 6.

Discordes concursu se impediunt. l. qvoties 34. ff. de usufruct. & qvem.

Sibi qvilibet solvendo est, & Dives. l. qværebatur. 82. ff. ad L. Falcid.

Diviti plus creditur qvam pauperi, qvanqvam tenuiorum probitas non con-

contemnitur. Inst. de suspect. tut in fin.

Dives semel semper præsumitur dives; vel ex præsenti statu præsumitur in præteritum & qvalis qvis reperitur, talis præsumitur fuisse, nisi probetur contrarium. l. ex persona C. de probat.

Doctores excellere moribus primum, deinde facundiâ. l. magistros. 7. de Profess. & medic. 7.

Debet ante esse discipulus, qvi Doctor esse desiderat. c. ordinatus. dist. 59.

Doctorum Opinio est probabilis tantum, non necessaria. l. 2. C. de legib.

Doctor aut honesta persona Carceribus detineri non potest. l. medicos C. de profess. & medic.

Domesticorum immoderata familiaritas reprobatur. dist. 34. in pr.

Dominus qvod præstat, non servum excusat; sed Dominum onerat. l. 2. §. 1. in fin. ff. de noxal. action.

Domini in potestatem venisse videtur res furtiva, si ejus vindicandæ potestatem habuerit. l. potestatis. 215. de Verb. signif.

Domi-

Dominorum potestatem in servos suos illibatam esse oportet nec cuiqvam hominum jus suum detrahi. §. 2. Instit. de his, qvi sunt sui vel alien. jur.

Domini non possunt esse duo in solidum ejusdem rej. l. si ut certo loco §. si duobus ff. commod.

Dominus adhuc esse intelligitur qvi nondum rem Emptori tradidit. Instit. de empt. vendit.

Dubitans dubitanter respondere debet. lib. 2. feud. tit. 26. §. vasallus. el. 2.

Dubitans Ignoranti æqviparatur. l. ult. §. sin autem nescius C. de furt.

Duo Homines non faciunt turbam, nec tres, sed decem, vel 51. l. prætor ait. §. 1. ff. de vi bonor. rapt.

Duo vel plures eandem rem in solidum possidere non possunt. l. 3. §. ex contrario de acqvirend. vel mittend. possess.

Duo Familiam non faciunt, l. detestatio. 40. in fin. de V. S.

Duo Testes sufficiunt ad probandum aliqvid

aliqvid, ubi numerus testium de jure non adjicitur. l. ubi ff. de testib.

Duo simul nasci non possunt. l. arescunt ff. de stat. homin. nec enim natura permisit, simul uno impetu duos infantes de uno utero matris excedere. l. seqve. ff. de stat. homin.

Duæ vices faciunt Consvetudinem. l. 3. ff. de Episcop. aud. l. 1. ff. de Jur. patron.

Duorum vicem nemo subire potest. l. si plures ff. de pactis.

Duorum qvidem in solidum dominium vel possessio esse non potest, nec qvisqvam partis Corporis dominus est, sed totius Corporis pro parte dominium habet l. Mævius. §. sed sic pars fundi ff. de legat. Nam plures in uno fundo dominium Juris intellectu, non divisione corporis obtinent. l. si duo, in pr. ff. uti possid.

Duobus locis domicilium qvis habere potest. l. adsumptio, 6. §. 2. ff. ad municipal.

Duo-

Duobus dominis nemo servire potest. tit. de eo qvi arma bell. depos. & tit. de feud. fœm. Item scriptum est.

E.

UNus Eleqventior alter peritior, alius edoctior reperitur. l. 2. §. 45. ff. d. O. J.

Errantis nulla voluntas est. l. sed hoc ff. de aqv. pluv. arcend. act.

Errantibus, non stultis solet succurri. l. regula 9. §. 5. vers. qvod si ideò ff. de Juris & facti ignor.

Erranti ignoscendum est. l. fin. §. Divus. ff. de public. & vectig.

Aberrare in nullo, seu in omnibus irreprehensibilem aut inemendabilem esse, divinæ utiqve solius, non autem est mortalis constantiæ seu roboris. c. 2. §. 13. de Confirm. Digest.

Ab Errore alium non revocans cum potest, seipsum errare demonstrat. c. 2. de hæretic.

Qvi Errat non consentire videtur. l. nihil. 116. in fin. ff. de R. J.

Diligentem Errare facilè, non est veri-

si-

risimile. l. cum de indebito §. qvi enim solvit. ff. de probat.

Errans rem suam non amittit. l. si procurator. 35. ff. de acqvir. rer. domin.

Error librarii non nocet. l. si librarius. 92. ff. de R. J.

Errantibus non fallentibus Minoribus Jura subveniunt. l. si is. 2. C. si min. se major. dix.

Eruditos nos oportet prius fieri animis, qvam lingvis. in proæm. Digest. §. illud.

Per extraneum potest qvis petere hoc, qvod ex suâ personâ sæpè non habet. l. Aristo, 3. in fin. ff. qvæ pignor. vel hypoth. dat.

Excommunicati ejiciuntur ex gremio Ecclesiæ. l. pen. C. de SS. Eccles.

Experto in qvalibet arte credendum. septimo mense. ff. destat. homin.

Qvo casu inter Exteros condictio nascitur, inter maritos nihil agitur. l. si vir in fin. ff. de donat. inter Virum & Uxor.

Adversus Extraneos Possessio viliosa pro-

prodesse solet. l. fin. ff. de acqvir. vel amittend. possess.

F.

FAtuus fatua loqvitur. c. legimus. distin. 93.

Filiæ tunc solum dissentiendi à Patre licentia datur, si indignum moribus vel turpem Sponsum ei pater eligat. l. sed 12. §. 1. ff. de Sponsal.

Filiæ divortium in potestate Matris non est. l. filiæ. 4. C. de repud.

Filius familias in publicis Causis loco Patris familias habetur. l. 9. ff. de his qvi sunt sui vel alien. Juris.

Dignitas filii, laus & gloria Patris. Novell. Constit. qvæ dedignit. §. sanè in genere Constit. 81.

Ex Filiorum vitiis Justus non polluitur. c. sicut. distinct. 47.

Qvicqvid Filius acqvirit, Patri acqvirit, & Servus Domino. l. placet. ff. de acqvir. hæreditate.

Vox Patris, Filii reputatur & contra. paragr. si qvis 4. in fin. Instit. de inutil. stipul.

Feren-

Ferendus non est, qvi cum Uxore suâ assiduè mosatus nolit Filium agnoscere qvasi non suum. l. filium. 6. ff. de his, qvi sunt sui vel alien. Jur.

Donare præsumitur, qvi Filio submi-nistrat in Scholis. l. qvæ pater 50. ff. fam. herciſc.

Filius in rem Patris autor esse non potest. l. qvod dicimus. 7. in fin. ff. de aut. & consens. tut.

Filiusfam. consentiente patre potest donare. l. tam his §. 1. ff. de donat. caus. mort.

Filii primi gradus sub potestivâ tantum conditione instituendi non etiam nepotes. l. suus qvoqve & l. sed & si §. 1. de hæred. instit.

Filius vivente patre qvodammodo dominus est rerum paternarum. l. in suis. 11. ff. de liber. & posthum. næred. Instit. §. sui autem. 2. de hæred. qval. & diff.

Filii non est modica Ignominia si Parentem servum habeat. l. 1. §. 1. ff. de liber. caus. Mo-

Moribus non convenit Filium temporalem habere. l. qvæsitum est. 34. ff. de adopt.

Filiusfam. domicilium habet ubi constituit. l. placet. 3. cum l. seq. ff. ad municipal.

Patris testamentum, *in* qvo Filius præteritus est, & non nominatim exhæredatus, non valet, Instit. de exhæred. liber.

Filio nullam maculam infligere potest Crimen vel pœna paterna. l. 26. ff. de pœn. q. 4. c. crimen. Nam unusqvisq; ex suo admisso sorti subjicitur; Nec alieni criminis Successor constituitur. d. l. 26. de pœn.

Filii magis meritis ad paterna obsequia sunt provocandi qvàm pactionibus adstringendi. l. si qvando 35. §. 1. C. de in offic. testam.

Filius non est homo integer sed pars patris. l. cum scimus C. de agricol. & censit.

Naturæ qvasi accusatores existunt, qvi differentiam inter Filios & filias inducunt.

cunt. l. maximum. 4. v. filia autem. C de liber. præter.

Pietas gemina efficit, Filium, qvem non habet in poteſtate, ſine dolo malo retineri. l. qvod. 3. §. ſi eum. 4. ff. de liber. homin. exhib.

Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa in qvâ Filius ſuus eſt alieno nomine Procurator. l. qvi teſtam. §. qvicunqve. ff. qvi teſtam. fac. poſſ.

Filius debet obedire Patri. l. veluti ff. de Juſt. & Jur.

Lex erubeſcit Filios caſtigatores genitoribus ſtatuere. Novell. 22. de nupt. c. ſed qvod. 24.

Filius poteſt Erroris admonere Patrem & à ſententia ejus recedere. l. 3. §. ſi qvis. te condit. cauſ. dat.

Filii Spurii, ſeu vulgo qvæſiti, ſunt filii publicarum meretricum. Hi patri non ſuccedunt, qvia nullum habent, ſaltem certum; Matri autem, qvia certa eſt, ſemper ſuccedunt etiam cum filiis & legitimis & naturalibus, niſi tamen mater illuſtris;

lustris: tunc enim &c. Vid. l. si qvâ illustris. ff. ad SC. Orfit.

Filius propter ingratitudinem redigitur in potestatem Patris. l. 1. C. de ingrat. liber.

Filius non debet ferre iniqvitatem Patris, nec hæres defuncti. l. si qvis. C. de inoffic. testam.

Filiusfam. qvicqvid acqvirit, dum est in potestate patris, non sibi, sed Patri acqvirit. Instit. per qvas person. nob. acqvir. l. qvi servo ff. de acqvir. possess.

Filiusfam. testamentum facere non potest. l. nemo. C. qvi testam. facer. poss. & l. qvi in potest. ff. de his, qvi sunt sui.

Fiscus petit, qvod indignus perdit. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testam.

Fiscus semper est solvendo. l. 2. ff. de fund. total.

Fiscus cum suo onere res vendicat. l. in facto. 60. in fin. ff. de condit. & demonstr.

Fiscus non solet satisdare. l. 1. ff. ut legat. seu fidecommiss. servandor. caus.

Fisco bona vacantia rectè deferri placuit. l. 2. in fin. ff. de success. edict.

Fiscus Jure privati utitur. l. 1. C. de petit. hæred.

Fiscus qvod Jus habet in aliena calamitate ut de re tam luctuosa compendium sectetur. l. 1. C. de naufrag.

Fiscus abundat utens subjectis locupletibus. Novell. 8. ut judic. sine qvoqvo suffrag. si aut in præfat. §. & cogitatio. 1. vers. consideravimus.

Fiscalia tributa vigilanter exigi oportet. Nov. 17. de mandat. Princip. c. oportet.

Fiscus hoc tollit, qvod non accipit Christus. 16. q. 7. 1. majores.

Fiscalium pœnarum petitio Creditoribus postponitur. l. in summa. 17. ff. de Jur. fisc.

Fœminæ civilibus officiis fungi non debent. l. cum prætor. 12. §. non autem. 2. ff. de judic. c. dilecti, de arbitr. l. fœminæ 2. ff. de R. I.

Fœ-

Fœminarum conditio in multis deterior, qvam masculorum est. l. in multis. 6. ff. de stat. homin.

Fœminarum infirmitas non, sed calliditas auxilium demit. l. 2. §. 3. in fin. ff. ad SC. Vellejan.

Fœmininô vocabulô etiam masculos contineri, Exemplum pessimum est. l. si ita scriptum. ff. de legat.

Fœminarum maximum & præcipuum munus est, accipere ac tueri conceptum. l. qværitur. §. 1. ff. de ædil. edict.

Fœminarum præteritio pro Exhæredatione habetur. l. filiam præteritam. C. de in offic. testament.

Fœminæ ipsius Consilium plerumqvè adversus commoda propria laborare reperitur. l. si pater. in fin. C. de Sponsſ.

Fœmina varium & multabile semper producit. c. forus. de V. S.

Fœminæ in potestate liberos non habent. §. fœminæ. Instit. de adoption.

Fœminæ in Accusatione publicâ non admittuntur. l. qvi accusare. ff. de accusat.

Fœminæ in testificationem testamenti non admittuntur. l. qvi testamento. §. mulier. ff. qvi testam. facer. poss.

Fœminæ tutores dari non possunt, qvia id munus masculorum est, nisi à Principe tutelam filiorum specialiter petant. l. fœminæ ff. de tutel.

Fœminæ postulationem pro alio in judicio suscipere non possunt. l. 1. §. secundo loco. ff. de postul.

Fœminum genus non continet masculinum. l. si ita scriptum. ff. de legat. 2.

Formidulosi & ea timent, qvæ nullâ digna sunt suspicione. l. si scimus 22. in fin. C. de jur. deliber.

Fratrum appellatione & sorores continentur. l. tres fratres. ff. de pact.

Frater est, qvi fraterna charitate diligitur, & is rectè sub appellatione fratrum hæres instituitur juxta sententiam Salomonis. Proverb. 18.

Fratrum dura est separatio l. possessionum C. comm. utriusqve judic. Qvis enim ferat, liberos à parentibus, à fratribus

bus Sorores, à Viris Conjuges ſegregari.

Fructuarius cauſam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere poteſt. l. ſi cujus 13. §. 4. ff. de Uſufruct. & qvemad.

Furioſi nulla Voluntas eſt. l. qvi ſervum. 47. ff. de acqvir. vel amit. hæredit. Item nullus conſenſus. l. 2. C. de contrah. empt. & vendit.

Furioſi Curator nullo modo libertatem præſtare poteſt. l. fin. ff. de Curat. furioſ.

Infantem innocentia Conſilii tuetur, Furioſum fati infelicitas excuſat. l. infans. 12. ff. ad L. Cornel. de ſicar.

Impunitum eſt, qvod Infans vel Furioſus perdit vel corrumpit. l. qvod infans. 60. ff. de rejvindic.

Mutus, Surdus, Impubes, Furioſus judices eſſe non poſſunt. l. cum prætor. §. non autem ff. de judic.

Furioſus Abſentis loco eſt. l. ubi 24. §. 1. ff. de R. I.

Furioſus non poteſt deſinere animo

possidere. l. si is, qvi 27. ff. de acqvir. vel amitt. possess.

G.

GRavatus in uno, relevandus in alio. l. eum qvi, de jurejur.

H.

HÆretici sunt ex communicandi. l. 2. §. qvi verò. C. de summ. Trinit.

Homo est digniſſima creaturarum. l. justiſſimè. ff. de ædil. Edict.

Propter Hominem natura rerum omnium Species comparavit. l. in pecudum in fin. de Usur.

Homo unus difficile duorum vicem sustinere potest. l. plures. ff. de pact.

Homines sunt faciles ad dissentiendum l. item si unus. 17. §. 6. ff. de recept. qvi arb.

Homo ad Caput cognoscitur. l. cum in 44. ff. de religios. & sumpt. funer.

Hominis gratia omnes fructus natura comparavit. l. in pecudum. ff. de usur.

Hominem veneno extingvere plus est qvam gladio occidere. l. 1, C. de malefic, & mathem.

Homo

Homo non debet facere alii, qvod sibi non vult fieri. l. 1. ff. qvod qvisqve jur.

Homo liber nullam recipit corporis æstimationem. l. fin. ff. de his, qvi dejec. vel effud.

Homines metu pœnarum retrahuntur à *delictis*. l. cum servum. C. de serv. fugitiv.

Frustra Hominis ministerium reqvirtur, ubi natura & ars operantur. l. si in duobus §. 1. qvem. testam. aper.

Ab Homine frustra exprimitur, qvod *ipso* jure *sub intelligitur*. l. qvæsitum. §. 1. de distract. pignor. l. non rectè. C. de fidejuss.

Hominis naturam qvi non erubuit, dignus est, & pecuniis & gloriâ & aliis omnibus condemnari. Novell. 60. ut defunct. seu funera. c. sancimus. 1.

Hominum non *nulli faciles* ad jurandum contemptu religionis, alii perqvam timidi metu divini numinis usqve ad superstitionem. l. qvæ sub. 8. ff. de Condit. Instit.

Homines decem faciunt populum & turbam, duo verò rixam. l. prætor. 4. §. turbam. ff. de Vi bon. rapt.

Homines sæpè de facultatibus suis amplius, qvam in his est, sperant. l. in fraudem. 10. qvi & à qvib. man. Instit. qvib. ex caus. man. non licet.

Contra Homines desides & sui juris contemptores odiosæ Exceptiones oppositæ sunt. l. fin. in fin. C. de annal. except.

Hominum omnium penè similis est Natura. l. veteris 13. in fin. C. de contrah. & committ. stipul.

Hominum nefandissimorum arrogantia modis omnibus opprimatur. l. C. de priv. Carcer.

Hominum dicta ex personis pensamus. l. unica. C. si qvis Imperat. maledix.

Hominis interest hominem beneficio affici. l. servus. 7. ff. de serv. export.

Hominibus omnibus terminus mors est. Novell. 1. de hæred. & Falc. c. 1. in fin.

Ho-

Hominibus multæ viæ ad malum sunt. auth. de nupt. coll. 4. §. minores.

Homo manus comprimere, non animum mutare potest. c. sic. hi in fin. dist. 47.

Hominum aliorum causas DEus voluit per homines terminare. 9. q. 3. C. aliorum.

Hominum excrescente malitiâ simplici assertioni vel negationi vix creditur. c. etsi Christus, de jurejur.

Homo qvicqvid plus justo appetit, turpe lucrum est. c. 1. ne clerici vel Monach. secul.

Honesti viri non vagantur noctu. l. 2. §. qvia. ff. de O. I.

Honestiores non solent pati nomina sua Instrumentis inscribi. l. pupillus 5. §. sanè 4. ff. de auth. & cons. tut.

Honesti hominis Nomen assumere nihil est mali, l. facta. 63. §. si verò. ff. ad SC. Trebell.

Hospitis in arbitrio est, ne qvem recipiat. l. 1. §. 1. ff. naut. caup. stabul.

Turpius ejicitur, qvam non admittitur Hoſpes. c. qvemadmodum, de jurejuramd.

Hoſtes dicuntur, qvibus populus Romanus bellum publicè decrevit, vel populo Romano. Cæteri latrones aut prædones ſunt. l. hoſtes. ff. de V. S.

Fides Hoſti data ſervanda eſt. 39. q. 2. c. noli.

Legari poteſt, qvod apud Hoſtes eſt. l. id qvod. 9. de legat. 2.

Hoſtium Res legari poteſt. l. ab omnibus 104. §. 2. de legat. 1.

Contra Hoſtem vel latronem machinari licet. l. 1. §. non fuit. 3. ff. de dol. mal.

Dolus an virtus in Hoſte reqvirat. l. nihil. de captiv.

Nihil intereſt, an qvis Vi, vel fallacia Hoſtium poteſtatem evaſerit. l. nihil. 26. ff. de captiv. & poſtl. reverſ.

Hoſtem fugere licet. 17. §. Caſſius. 2. ff. de ædil. edict.

Hoſtium numero habendus eſt, qvi malô Conſiliô, & proditoris animo Patriam

triam reliqvit, aut etiam infestat. l. postliminium, §. transfugæ ff. de capt. & postlim. revers.

Hostes hodiè censendi sunt Depopulatores Agrorum adversus publicum legis autoritate à qvolibet suscipi potest bellum. l. 1. & 2. C. qvem. lic. unicuiqve.

I.

IDoneus qvilibet primâ facie præsumitur. l. fin. de præsumpt. c. dudum de præsc. extran.

Imputari debet ei, qvi non satis Idoneum elegit. l. cum mandat. ff. de minor.

Idonei ad Magistratuum ordines & re & vitâ honestâ, non nativitate censentur; Idem dicendum est de aliis officiis. l. generaliter §. spurios. ff. de decurion. & fil. eor.

Decet ut omnes qvi ejusdem corporis sunt, unius etiam sint Voluntatis, & sicut fratres ad invicem vinculo charitatis sint adstricti. Clement. 1. §. verum de excess. prælat.

Ignorantis & inviti conditio melior,

non deterior fieri poteſt. l. ſolvendo. 39. ff. de negot. geſt.

Ignorans non contemnit autoritatem Principis vel Magiſtratus. l. ſi ignorans. 50. locat.

Ignorans rectius invitus dicitur, qvam qvi diſſentit. l. eo Jure. 45. §. 5. ff. de rit. nupt.

Ignoranti, non autem Scienti pârcitur. l. fidejuſſor. ff. mandat.

Ignorans regulariter de vitio non tenetur. l. Julianus. §. qvi furem. ff. de act. emt. & vendit.

Ignorans non tâm pâciſcitur qvâm decipitur. l. 9. §. 2. ff. de tranſact.

Imperator mundi Dominus eſt. l. deprecatio 9. ff. ad L. Rhod. de jact.

Imperator eſt lex animata in terris. Novell. de Conſulib. §. omnibus. Conſtit. 12.

Imperator cenſetur qvidem dominus mundi, non tamen eatenus, ut poſſit contra jus & utilitatem publicam paſſim mandare ſine cauſa. l. digna vox. C. de

de ll. l. ult. C. si contr. jus & utilitatem public. l. si qvando. C. de inoffic. testam.

Vel Imperator est mundi dominus qvantum ad Justitiam pertinet conservandam, ut præcipiat omnibus honesta, vetet turpia, puniat delinqventes.

Nam ad hoc populus Romanus ei & in omne suum Imperium contulit & potestatem. l. 2. §. novissimè ff. de origin. Jur. l. 1. ff. de constit. Princip. non autem dominus est Justitiæ & legis in universum.

Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumqve tempus bellorum & pacis rectè possit gubernari. in procem. Instit. in pr.

Impubes, mutus, surdus, furiosus Judices esse non possunt. l. cum prætor, §. non autem. ff. de Judic.

Impuberum ætas qvid videat, ignorat. l. 1. circa fin. C. de fals. monet.

Impubes videtur contrahere cum adiit hæreditatem. l. apud in fin. ff. ex qvib. caus. eat. in poss. Im-

Impuberum aliqvæ Operæ esse possunt. l. cæterum. 31. ff. de rej vindic.

Impuberi non fiat præjudicium per Puberis personam, l. 3. §. 8. ff. de Carbon. edict.

Incola est, qvi aliqva regione domicilium suum contulit. l. pupillus. 239. ff. de V. S.

Incolas domicilium facit. l. cives. 7. C. de incol.

Indignum qvem non novi, dignum debeo æstimare. c. un. de scrut.

Indignus inferiore ordine, indignior est superiore. l. qvi indignus. 4. ff. de senator.

Inexpertis hominum obseqviis sociari grave est. 19. q. 3. c. monasteriis.

Infames non debent esse Advocati seu procuratores. l. 1. ff. de offic. assess.

Infamis non potest esse procurator. §. fin. Inst. de Except.

Infans dicitur minor septem annis. l. si infanti. C. de jur. delib.

Natura non permisit, simul uno impetu

petu duos Infantes de utero matris exire. l. Arescusa. ff. de stat. hom.

Neqve Infans, neqve mutus, neqve Surdus nec absens stipulationem contrahere possunt. l. 1. ff. de V. O.

Qvod Infans, vel furiosus perdit vel corrumpit, impunitum est. l. qvod Infans. 60. ff. de rej vind.

Infantem tuetur Innocentia. l. infans. ff. ad L. Cornel. de sicar.

Infantis judicium suppletur autoritate tutoris. l. qvamvis. 32. §. 2. ff. de acqvir. vel amittend. hæred.

Infans ante partum onerosus, dolerosus in partu, post partum laboriosus esse noscitur. c. fin. de convers. fidel.

Indignum est superiores pati ab Inferioribus, qvæ Inferiores ab eis pati despiciunt. 3. q. 5. c. accusationes.

Per Inferiorem lex superioris tolli non potest. Clement. ne Romani de elect.

Inficiantibus auxilium divisionis non est indulgendum. l. si dubitet. 10. §. 1. ff. de fidejuss.

Inge-

Ingenuus est, qvi statim ut natus est, liber est, sive ex duobus ingenuis, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, altero ingenuo matrimonio editus est. Instit. de Ingenuis.

Ingenui sunt, qvi ex matre libera nati sunt. *l.* & servorum ff. de stat. homin. §. *ingenui.*

Ingenui, non servi solent certare. *l.* qvâ actione. 7. §. si qvis. 4. ff. ad L. Aqvil.

Crudele esse videtur eum qvi non sentit Ingratum existimari. *l.* si qvis. 33. in fin. C. de inoffic. testam.

Inimicus meus is est, qvi versatur cum Inimicis meis. *l.* liberis. §. fin. C. de inoffic. testam.

Qvi cum Inimicis est, amicus meus non est. l. liberis. §. fin. C. de inoffic. testam.

Inimici factum in malam partem accipitur. l. athletæ. §. 1. de excus. tut.

Licitum est Inimico facere damnum, nedum in corpore, sed & in rebus. Instit. de

de ret. divis. §. item ea, qvæ ab hostibus.

Innocens absqve sermone qvàntum exemplo prodest, tantum silentio nocet, nam latratu Canum & baculo pastorum lupi arcendi sunt. dist. 43. in pr.

Exemplum grave est, prætextu nocentis, Insontem periclitari. l. fin. in fin. C. de his qvi latrones occult.

Factum sponte se præcipitantis, Innocentis criminis periculum afferre non potest. l. factum 12. C. de accusat. & in script.

Innocens credit omni verbo, non est vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas, hoc est, innocentem esse, ignorare qvod noceat. 22. q. 4. c. innoc.

Institores vocantur, qvi Negotiationibus præponuntur. §. ideò autem. Inst. qvod cum eo.

Tacitè deficientium partes etiam Invito accrescunt. l. qvi ex. 53. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Invitus nemo cogitur defendere. l. invitus. ff. de R. I.

Con-

Conditionem Ignorantis & Inviti meliorem facere possumus, non autem deteriorem. l. solvendo 39. ff. de negot. gest.

Invito beneficium non datur. l. beneficium. ff. de R. I.

Invitus nemo cogitur agere vel accusare. C. ut nemo invit.

Invitis nobis res nostras alius retinere non potest. l. si filiofamil. §. 1. sol. matrim.

Invitus nemo compellitur ad communionem. l. si non fortem. 26. §. 4. ff. de condict. indebit. vel invitus detinetur. l. 5. C. comm. divid.

Invitus est, qvi non consentit. l. filiusfamilias. 8. §. ff. de procurat.

Invito qvi potest alienare multo magis & ignorantibus & absentibus potest. l. qvi 26. ff. de R. I.

Invitis multa præstantur bona, qvando eorum consulitur utilitati, non voluntati. c. & qvæ dist. 45.

Justum est, ut nemo crescere compellatur Invitus. c. gesta. dist. 74.

Judæos

Judæos Christianis subjacere oportet & ab eis pro sola humanitate fovere. c. Judæi de testib.

Juniores sunt habiliores ad qvodcunqve artificium, qvam senes. l. præcipiunt. ff. de ædilit. edict.

Jurisperitus de facti qvæstione non respondet. l. mora. in fin. pr. ff. de usur.

Jurisperitos, si docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamqve differendi se habere patefecerint, placuit honorari. l. un. C. de professor. qvi in urbe const.

Justus non polluitur ex Vitiis filiorum. c. sicut. dist. 47.

Justo lex non est posita. 19. q. 2. c. duæ.

Juvenis est, qvi adolescentis excessit ætatem, qvoad incipiat numerari inter seniores. l. non aliter. 69. in fin. de legat. 3.

Bonum est coarctare Juveniles Calores, ne Cupidini dediti tristem exitum sentiant. l. non solum. §. ipsum autem. C. de bon. qvæ liber. Senio-

Seniorum Conversatio Juventutis educatio perfecta. Novell. 5. de Monach. cap. 3. in fin.

A Juvene & cupido creditur reddita virgo. Gl. in l. si verò rem. §. si adolesc.

Diffidentia plerumqve Juvenes avertit. §. 2. C. de annal. Except.

Juvenis luxurioſi mandatum ſuſcipiens non habet actionem. l. ſi verò non remunerandi. §. ſi adoleſcens. ff. mandat.

Juvenis contra fervorem naturæ reſiſtere non poteſt. c. 3. in med. Novell. 2. de non elig. ſecund. nub.

Juvenis non ita ſcribit ut Senex. Novell. 73. de inſtrum. caut. in pr.

Qvanto Juniores tanto perſpicaciores. l. præcipiunt. ff. de ædilit. edict.

Juvenilibus deſideriis occupatus nullâ gravitate conſtringitur. c. qvorundam. diſt. 34.

L.

LAborans manducet & contrà non laborans carebit emolumento. l. qvamvis. ff. de damn. infect. La-

Lædentem & læsum tueri impossibile est, Novell. 17. de mandat. princip. c. neqve 7.

Lapsis & errantibus subvenitur, l. hi 3. C. de Apost.

Latro sine receptatore latere non potest. l. congruit. in pr. ff. de offic. præsid. l. 1. ff. de receptat.

Testamentum facere possunt, qvi à Latronibus capti sunt, cum liberi manent. l. qvi à latronibus. ff. de testam.

Nullus parcat Militi, cui obviare telo oporteat, ut Latroni. l. 1. C. qvando liceat unicuiqvè sine judic. se vindic.

Latronem insidiantem qvi occiderit, non tenetur, utiqve si aliter periculum effugere non potest. §. Injuria Instit. ad L. Aqvil. l. si ut allegas, C. ad L. Cornel. de sicar.

Latrones possunt torqveri per qvæstionem die feriato. l. provinciarū. C. de fer.

Hostes dicuntur, qvibus populus Romanus bellum publicè decrevit vel populo Romano. Cæteri Latrones aut Prædones, l. hostes ff. de V. S. Ma-

Machinari licet contra hostem vel Latronem. l. 1. §. non fuit 3. ff. de dol. mal.

Legislatores prætereunt qvod semel aut bis fit. l. 6. ff. de ll.

Liber homo non recipit æstimationem. l. fin. ff. de his qvi dejec. vel. effud.

Jure naturali omnes hominnes Liberi nascebantur, nec erat nota Manumissio, cum Servitus esset incognita. l. manumissiones. 4. ff. de Justitia & Jur.

Per Liberam personam, qvæ neqve Juri nostro subjecta est, neqve bonâ fide nobis servit obligationem nullam acqvirere possumus. l. si ita. §. 2. d. V. O.

Libertus tenetur præstare reverentiam Patrono. l. libertos. C. de obseq. libert.

Libertini sunt, qvi ex justâ servitute manumissi sunt. l. libertini ff. de stat. homin.

Liberi pietatem debent Parentibus. l. nullum. ff. de obseq. par. & patron. præstand.

In-

Interest nostra animum Liberorum nostrorum non corrumpi. l. ut tantum. §. ff. de serv. corrupt.

Qvis ferat, Liberos à Parentibus, à fratribus sorores, à Viris Conjuges separari? l. possessionum. C. com. utriusqve judic.

Dignitas qvæsita Liberis, propter casum Patris remoti à Senatu, auferenda non est. l. filiam. 9. ff. de senat. l. 34. in fin. ff. de rit. nupt.

Liberorum favor imperat solutionem matrimonii difficiliorem debere esse. l. Consensu. 8. C. de repud.

Liberorum Portiones non augentur ex his, qvæ per flagitium damnatus acqvisivit. l. cum 7. §. præterea. 4. ff. de bon. damnat.

Liberos plures qvi habet, cæteros honoris ordine præcellit. l. spurii. 6. in fin. ff. de decur. l. 9. C. eod.

Liberorum appellatione Nepotes & pronepotes, cæteriqvè qvi ex his descendunt, continentur. l. liberorum ff. de V. S.

Liberi propter Verborum anguſtias omni penè fructu paternô non debent defraudari. l. generaliter, C. de Inſtitut.

Liberi naturales & legitimi dicuntur, qvi ex juſtis nuptiis procreati ſunt & hi ſuccedunt æqvaliter patri & matri & cæteris. Auth. in Succeſſione Auth. in Succeſſione & C. de ſuis & legit.

Inter Liberos juſtos qvod ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur. l. generaliter. C. de Inſtitut.

Liberalis in egeſtate nemo exiſtit. l. rem legatam. ff. de adim. & transf. legat. Hæc enim diſtinctio in donantis munificentiam non cadit, cum nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtat.

Liberalitatis humanitas in eos non referatur, qvi impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius qvam conſvetudini deputaverint. l. nemo. 3. C. de Epiſcop. aud.

Non curemus qvid os Loqventium loqvatur. c. magnæ de Voto.

Lupus qvod eripit, noſtrum manet. l. 44. ff. de acqvir. domin. Lu-

Luxurioſi Juvenis mandatum ſuſcipiens non habet actionem l. ſi verò non remunerandi. §. ſi adoleſcens. ff. mand.

M.

AD Magiſtratuum Ordines idonei & re & vitâ, non nativitate cenſentur. l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decurion. & fil. eor.

Integritas Præſidentium Salus eſt Subditorum. c. miramur. diſt. 61.

Non ſingulis eſt concedendum qvod per Magiſtratum fieri permittitur. l. non ſingulis. ff. de R. I.

Diſcipulus Magiſtri ſui ſententiam (qvoad honeſtum eſt) debet excuſare. l. qvalem autem. §. unde videndum. ff. de recept.

Miſerum eſt eum fieri Magiſtrum, qvi nec dum didicit eſſe diſcipulus. c. 1. diſt. 48.

Ne ſis miles anteqvam tyro; ne prius Magiſter ſis, qvam diſcipulus. 16. q. 1. c. ſi clericatus.

Non debet aſſumi in Magiſtrum, qvi

prius non assumptus in discipulum, cum in magistrum, extr. de elect.

Magisterii regulas inde sumas, unde honorem accepisti. c. de his. dist. 12.

Majestatem æternam gravius est qvã temporalem lædere. Novell. de Hebræ.

In crimine læsæ Majestatis aut proditæ Patriæ, aut peculatus, aut Sacramenti militaris desertî, judex non minus Accusatorem ad docendum qvam Reum accusatum tum ad probandas defensiones, qvas allegat, urgere debet, ut tanti Crimin's Executio fieri non debeat, nisi veritate compertâ. l. ult. C. de abolit.

Majestatem Imperatoriam non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumqve tempus, & bellorum & pacis rectè possit gubernari. in proæm. Instit. in pr.

In Crimine læsæ Majestatis fallit: Puniri non debet alius pro alio. Gl. fin. in l. sancimus. C. de pœn.

Majorum præcepta Justa vel Injusta non

non contemnenda. l. 1. ff. de oper. novi nunc.

Majorum autoritates non sunt improbandæ. l. ad exhibend. C. ad exhib.

Majores nostri penè eundem Senibus honorem, qvam Magistratibus tribuebant. l. semper. §. ff. de jur. immunit.

Non omnium, qvæ à Majoribus constituta sunt, ratio reddi potest. l. 20. ff. de ll.

Mancipia urbana totius suppellectilis notitiam gerunt. l. lex qvæ tutores. ff. de administ. tutor.

Mancipii amissi damnum sibi debet imputare, qvi in perniciem suam gesta taciturnitate firmavit. l. fin. de his, qvi non à domin. man.

Martyri facit Injuriam, qvi orat pro Martyre. c. cum Marthæ. §. tertio loco de celeb. Miss.

Masculus vel fœmina sola per se sufficiens ad procreationem liberorum faciendam. Novell. ut si plures filii non sint. §. neqve enim masculus. const. 8.

A Jure naturali descendit Maris & fœminæ Conjugatio, & liberorum procreatio, & educatio. l. 1. §. pen. ff. de Just. & Jur.

Maris & fœminæ Conjunctio, qvam matrimonium appellamus, descendit à Jure naturali. Item liberorum procreatio. l. 1. §. Jus naturale ff. de J. & J.

Masculi audaciores sunt fœminis. l. qvisqvis. §. ad filias. 5. C. ad L. Jul. Majest.

Mater semper est certa. l. qvia 5. ff. de in jus voc.

Matris Calamitas non debet nocere ei, qvi in ventre est. l. Et servorum. 5. §. 2. in fin. ff. de statu homin. §. 1. Instit. de ingen.

Mater omnibus simul filiis secundis nuptiis injuriam facit. c. 1. Novell. 2. de non elig. secund. nubent.

Viris bonis convenit salubre Matris consilium admittere. l. ita autem. §. Papinianus. ff. de administr. & peric. tutor.

Mater familias dicitur notæ authoritatis fœmina. l. 3. ff. de lib. exhib. Ma-

Matrem familias accipimus etiam eam, qvæ non inhonestè vixit. l. pronunciatum. ff. de V. S.

Sanus non eget Medico, sed malè habens. l. pœnit. dist. 1. c. Ecclesia Christi.

Medicus imperitus uno collyrio omnium oculos vult curare. c. final. dist. 29.

Autoritates Medicorum, Philosophorum, & Poëtarum sunt in causis allegandæ, & tenendæ. l. legis. ff. de stat. homin.

Paria sunt, ægrotum relinqvere, vel malum Medicum adhibere. l. qvodsi nolit. §. si mancipium. de ædil. edict.

Medico imputari non potest eventus mortalitatis. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præsid.

Mendax precator caret penitus impetratis. l. pen. C. si cont. jus velut.

Mendicantes qvod attinet, exploretur integritas corporum, & robur annorum. l. unic. C. de mendic. valid.

Mercatorum genus ad lucrum potius

vel turpiter faciendum pronius est. l. justissimè. 44. in fin. ff. de ædil. edict.

Mercedem alii debitam, alter sibi vendicare non debet. c. nullus. dist. 61.

Mercenarius dignus est sua mercede. l. si pater. ff. de donat.

Meretrix non est, qvæ cum uno, aut altero, aut pecuniâ acceptâ se commiscet; sed ea, qvæ palam, & pluribus se prostituit. c. viduam. dist. 33.

Honor non ei servatur, qvæ in scelus Meretricium se deduxit. l. Senatoris. 47. ff. de ritu nupt.

Miles appellatur vel à Militiâ, id est, duritiâ, qvam pro nobis sustinet; aut à multitudine; aut à malo, qvod arcere solent milites. l. 1. §. miles ff. de milit. testam.

Inter Milites non recipiendi sunt Adulteri. l. qvi cum uno §. adult. de re milit.

Militans DEO, non implicabit se negotiis secularibus. l. naturaliter. C. de Episcop. & clericis. c. consequens. dist. 88. 16. q. 1. c. sunt nonnulli. In-

Indecens omninò probatur prius solvere Militiæ Cingulum, qvam cedat victori adversitas præliorum. c. literas, 1. de renunc.

Nemo cogitur suis stipendiis Militare. c. cum ex officii. de præscript.

Ne fis Miles, anteqvam tyro; ne prius Magister sis, qvam discipulus. 16. q. 1. c. si clericatus.

Milites dicuntur defensores nostri, & non domini. l. ab hostibus capti. C. de postlim. & red. ab host.

Si pupillus, minor, mulier, Miles, agricola, vel alius simplicioris ingenii solverit pecuniam indebitam, rejicere potest onus probandi debiti in reum conventum. l. cum de indebito. §. si autem is.

Militis testamentum inofficiosum dici non potest. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inofficios. testam.

Militia omnis vel ob Injuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta. 23. q. 1. c. 1.

Militare, non est delictum, sed propter prædam militare, peccatum est. 23. q. 2. militare.

Nullus parcat Militi, cui obviare telo oporteat, ut latroni. l. 1. C. qvando liceat unicuiqve sine judic. se vindic.

Reum facit Regum iniqvitas imperandi; innocentem autem Militem ostendit ordo serviendi. 23. q. 2. c. qvid culpatur.

Milites armis, non privatis negotiis occupentur: ut numeris & signis suis jugiter inhærentes Rempubl. à qva alantur, ab omni bellorum necessitate defendant. l. milites. 31. C. de loc. & cond.

Milites magis arma, qvàm jura scire debent. l. scimus. 22. in pr. C. de jur. delib.

Miles desiit esse seculi, qvi factus est miles Christi. lib. 2. feud. tit. 21. de vasal. mil.

Miles Christi serviat Christo: Milites seculi serviant seculo lib. 2. feud. tit. 109. Cleri feud. am.

Miles

Miles non potest esse procurator. l. militem. C. de procurat.

Milites non possunt esse advocati. §. qvi autem aliqvem Instit. de interdict.

Ministros paucos habere bonos, melius & sanctius est, qvam multos malos: qvia, si cæcus cœcum ducat, ambo in foveam cadent. c. cum sit ars, de ætat. & qvalit. ord.

Minoribus ætas in damnis subvenire, non rebus prosperè gestis obesse consvevit. l. non eo minus. 14. C. de procur.

Ætate Minores jure qvicqvam agere prohibentur. l. in qvæstion. 13. §. minores. 2. C. de Sent. pass.

Antiqvi possunt corrigere Minores de malis moribus. l. 1. C. de emend. propin.

Errantibus, & non fallentibus Minoribus Jura subveniunt. l. si is. 2. C. si min. se major. dix.

In majoribus est regendi & jubendi potestas, in Minoribus obseqvendi potestas. c. qvamvis, dist. 21.

Qvi cum Minore contraxit, is probat interveniſſe ſolennitatem juris fortè negatam. l. qvæcunqve ff. de publ. in rem act.

Si pupillus, minor, mulier, miles, agricola, vel alius ſimplicioris ingenii ſolverit pecuniam indebitam, rejicere poteſt onus probandi debiti in reum conventum. l. cum de indebito. §. ſi autem is.

Minoribus in delictis non ſubvenitur l. ſi ex cauſâ. 9. ff. de minorib.

Multo juſtitius eſt, Minorem pro patre audire, qvam patrem indefenſum condemnare. l. exigendi. 12. C. de procurat.

Minor non videtur circumſcriptus eſſe, qvi jure ſic uſus communi. l. fin. C. de in integr. reſtit.

Minor 14. annis non poteſt teſtari. l. qva ætate ff. qvi teſtam. fac. poſſ.

Minor 25. annis non poteſt eſſe procurator. l. minor. ff. de procur.

Minor 24. annis non poteſt eſſe judex

dex. l. qvidam. ff. de re judic. Sed minor 25. annis sententiam dicere potest, & magistratum gerere potest.

Minores 25. annis hæredes scripti non tenentur vindicare mortem, si testator interfectus fuerit. l. minoribus. C. de his, qvib. ut indign. Secus, si essent majores 25. annis, tenentur mortem testatoris. §. qvod si eâdem lege.

Moderator & arbiter qvilibet est in re suâ. l. re mandata, 21. C. mand.

Moderni gaudent brevitate, frustrà enim fit per plura, qvod fieri potest per pauciora. l. 1. ff. qvod met. caus.

Monachis licitum non est possessiones proprias habere, neqve opes accumulare. Novell. de monach. Const. 5.

Monachi licet dicantur oves, sunt tamen sæpè lupi rapaces l. inter claras. §. reddentes C. de Summ. Trinit.

Præsentatio, non Concessio pertinet ad Monachum. c. fin. de jur patron.

Sine hærede non decedit, qvi Monasterium sibi hæredem instituit. c. in præsentia, de probat.

Monitoris personam nemo rectè recipit, nisi qui actibus suis errata condemnat & amorem Innocentiæ conversatione demonstrat. c. nemo. distinct. 81.

Qvanto Morti vicinior effeceris, tantò solicitior atqve timidior esse debes. c. tanta. distin. 8.

Mortuos de suo expedit funerari. l. & si qvis. 14. §. idem Labeo. 13. ff. de relig. & sumpt. fun.

Mortis tempore intelligendus est, fuisse, qvi in utero relictus est. l. intelligendus. 153. ff. de V. S.

Mortem qvam qvis minabatur, excipiat. l. 1. C. qvand. lic. unicuiqve sine judic. se vindic.

Æqvum non est in Necem alterius alicui subvenire. l. in causa. 13. in pr. ff. de minor.

Ultimum terribilium est Mors. l. ultimum de pœn.

Crimen Morte finitum est. l. fin. reus vel accusator, mort. fuer.

Pæna etiam post Mortem manet. l. 2. ff. de cadaver. punit. Timen-

Timendo Mortem carnis tuæ, dabis mortem animæ tuæ. 11. q. 3. c. non solũ.

Supplicium ultimum esse, Mortem solam interpretamur. l. 21. ff. de pœnis.

Mortuo similis est, qvi neqve scribere vel articulatè loqvi potest. l. Jubemus 29. C. de testam.

Morte cognitoris non debet perire publica fides. l. fin. C. de re judic.

Mortem langventibus probatur infligere, qvi hanc, cum possit, non excludit. c. 1. dist. 83.

Mulier gravida post partum decumbit, qvasi valetudine impeditur. l. 2. §. 4. ff. si qvis caution.

Audacia Mulierum est reprehendenda: qvia non licitum est, injicere manus in viros suos. in Auth. de nupt. §. rursus.

Melius est, Mulieribus propter fragilitatem Sexus, qvam maribus subveniri. l. cum multæ. 20. C. de donat. ante nupt.

Vir & Mulier unum Corpus & una Anima reputantur. l. si constante. ff. solut. matrim.

Mulie-

Mulieris appellatione Virgo viripotens continetur. l. mulieris. ff. de V. S.

Mulierum genus avariſſimum in donando. l. ſi ſtipulata. §. ſi uxor. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Mulieres ſunt fragiles & corruptibiles. l. qvi teſtamento. ff. qvi teſtam. facer. poſſ. §. mulier.

Mulieres ſunt loqvaces. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtul.

Mulieri ſexui non ſubvenitur, qvæ ſuo nomine periclitatur. l. Stichum. 95. §. in fin. ff. de ſolut.

Bonum ſi eſt, Mulierem non tangere, malum ergò eſt, tangere. c. Hoſpicolum. diſt. 23.

Mulier facilius ſe obligat, qvam alicui donat. l. 4. fin. ff. ad SC. Vellej.

Mulieribus hinc ſuccurrendum eſt, cum defendantur, non, ut facilius calumnientur. l. in eo. 110. in fin. C. de diverſ. R. J.

Mulierum infirmitati, non Callidita-ti conſultum eſt. l. ſi fine. 5. C. ad SC. Vellej.

Mu-

Mulieres virilibus Officiis fungi non debent. l. 1. §. 5. ff. de postul.

Si pupillus, minor, Mulier, miles, agricola, vel alius simplicioris Ingenii, solverit pecuniam indebitam, rejicere potest onus probandi debiti in reum conventum. l. cum de indebito. §. si autem is.

Muliebre testimonium per se est invalidum: corroboratum testimonio virorum validum est, tam in civilibus qvam in criminalibus causis. l. qvidam testamento. §. mulier. ff. qvi testam. fac. poss. & §. possunt Inst. eod. l. ex eo. ff. de test.

Mulier, qvæ unum gerit, nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare potest. l. cum qvidam 30. §. 6. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Mulier plorando auxilium ferre potest. l. 1. §. juxta hoc 28. ff. ad SCtum Syll.

Muliebri veste vir non facilè uti potest sine vituperatione. l. vestis. 23. §. 2. ff. de aur. & argent. legat.

Mu-

Mulier familiæ ſuæ Caput & finis eſt. l. pronunciatio. 195. in fin. ff. de V. S.

Mulieres nec conventibus virorum nec Judiciis intereſſe coguntur. l. maritus. 21. C. de procurat.

Mulier ſibi imputet, ſi, qvod ſæpius cogitare poterat, & evitare non fecit, ſed ultrò firmavit. l. ſi mulier. 22. C. ad SCtum Vellejan.

Mulier, qvæ ſeipſam Marito committit, res etiam ejusdem pari arbitrio gubernari bonum eſt. l. hac lege. C. de pact. Convent.

Mulieres ad hoc natura progenuit, ut partus ederent. l. ambiguitates. 2. C. de indict. viduit. toll.

Mulieribus ingenuis & illuſtribus caſtitatis obſervatio præcipuum debitum eſt. l. ſi qva illuſtr. ad SCtum Orfit.

Muliebris ſexus fragilitas in pernicie em ſubſtantiæ earum converti non debet, in pr. Inſtit. qvibus alien. non licet.

Mulieres, qvæ ſervant inviolatum thorum, & miramur pariter & laudamus

mus, & non procul à Virginitate ponimus. c. 3. in med. Novell. 2. de eligend. secund. nub.

Mulieres vagari non convenit, nec Virorum cætibus immiscerí. c. 2. de judic. in 6.

Mulierum audacia est reprehendenda, qvia non licitum est, injicere manus in viros suos. in auth. de nupt.

Municipes Natura facit. l. 1. ff. ad municipal.

Municipes dolum facere non possunt. l. sed & §. 1. de dol. mal.

Ubi non voce, sed præsentia opus est, Mutus si intellectum vocis habet, potest videri respondere. Idem in Surdo. l. ubi 24. ff. de R. I.

Stipulationem neqve Mutus, neqve Surdus, neqve Infans, nec Absens contrahere possunt. l. 1. ff. d. V. O.

N.

BOnus præsumitur; qvi est bonæ Nationis, malus verò, qvi est in famatæ Nationis. l. qvod si nolit. 31. §. qvi mancipia. 12. ff. de ædil. edict. Na-

Natus dicitur, qvi exsecto ventre editus est. l. qvod dicitur. 12. ff. de liber. & posth. hæred.

Anteqvam nascatur qvis, non potest dici in potestate patris. l. fin. ff. de coll. bonor.

Duo simul Nasci non possunt. l. aresa. ff. de stat. homin. nec enim natura permisit, simul uno impetu duos infantes de uno utero matris excedere. l. seqvè. ff. de stat. homin.

Mense septimo Nasci perfectum partum, perceptum est. l. septimo. 12. ff. de stat. hom.

Peperisse eam falsum est, cui mortuæ filius exsectus est. l. anniculus. 132. in fin. ff. de V. S.

Negligens nemo debet esse in Officio suo. l. cum plures. §. nimium est. ff. de administr. & pericul. tut.

Nepotes nostros dulciore nomine qvam filii appellare non possumus. l. liberorum. 220. §. fin. de V. S.

Notarii ut plurimum in exigendo Salario

lario metas rationis excedunt. c. ſtatutum, verſ. notarium de reſcript. in 6.

Præſumitur pro Judice & Tabellione. l. 1. C. de offic. Judic.

Pater non debet Novercalibus delinimentis contra Sangvinem ſuum judicium inferre. l. non eſt. 4. ff. de inoffic. teſtam.

Novitius non tyrocinio animi, ſed Conditione Servitus intelligi poteſt. l. animi. 65. §. 2. ff. de ædil. edict.

Novitius eſt, qvi annum nondum ſervivit. l. interdum 16. §. qvoties. ff. de public. & vectigal.

Iniqvum & abſurdum eſt, ut Imperiti Magiſtris, Novi antiqvis præferantur, rudi emeritis. c. ſtatuimus. diſt. 61.

O.

OBſides ſunt, qvi dabantur à Romanis hoſtibus pro Captivis redimendis & pro pace obſervandâ. l. obſides. ff. qvi teſtam. facer. poſſ.

Obſides ab ob & ſide, mutata literâ, qvaſi ob fidem datos redictos eſſe, exiſtimat Feſtus.

Obſi-

Obsides pro fœdere seu fide liberorum nostrorum dari possunt: moribus enim id jus introductum est.

Obsides sic traduntur etiam nunc, ut, si dator obsidis à fide recedat, possit recipiens sævire in corpus & vitam ejus, qvi datus est Obses. c. ex scripto de jurejurando.

Obsides testari non possunt, nisi eis permittatur. l. obsides ff. qvi testam. facer. poss.

Obstetrices medicinam adhibere videntur. l. 1. §. 2. ff. de extraord. Cognit.

Occupantis melior est Conditio. ff. de noxal. act. l. si qvis à mult.

Officialis, qvod aliis debet prohibere, id ipse committere non debet. l. alterius ff. si servit. vindic.

Officiali non licet emere. l. non licet. ff. de contrahend. Empt.

Omnibus qvod imminet, ab omnibus comportetur. c. accedentes. de præscript.

P.

PAr in parem non habet Imperium, neq

nec minor in majorem. l. ille à qvo. §. tempestivum. ff. ad SC. Trebellian.

Inter Pares regnat Invidia. l. item fin. §. eum. qvi. ff. ex qvib. caus. major.

Pares Potentioribus esse non possumus. l. nam magistratus. ff. de recept.

Parentibus & Patriæ parendum est. l. veluti. 2. ff. de J. & J.

Ætate in nubili constituta seqvi Parentum Voluntatem non cogitur. C. cum virum in fin. de reg. & transf. ad relig.

Parentibus, Patrono vel Patronæ honor maneat in omnibus illibatus & intactus. l. 2. C. qvi & adverf. qvos in integr. restit. possunt.

Parentum affectioni datur Venia. l. 4. §. fin. ff. de re milit.

Parentibus pietas, etsi in æqvalis est eorum potestas, æqvè debetur. l. 4. ff. de curat. furios.

Paterni nominis pietas Consilium pro liberis capit, cæterum Mariti Calor & Impetus facilè decernentis est refræna-

frænandus. l. nec in ea, 22. in fin. ff. ad L. Jul. de adult.

Ex Parente nemo obscurus aut clarus est. c. nunqvam. dist. 59.

Parentum appellatione non tantum Pater & Avus & Proavus continentur, sed & Mater, Avia & Proavia. l. parentum appellatione. ff. de V. S.

De Parentum vitiis nunqvam erubescamus. c. nunqvam distin. 56.

Nullus affectus vincit paternum. l. cum furiosus. 7. de cur. furios.

Parentibus omnibus una semper est servanda reverentia. l. parentes. 6. ff. de in jus voc.

Disciplina Castrorum antiqvior fuit Parentibus Romanis, qvam caritas liberorum. l. postliminium. 19. §. filius. 7. ff. de capt. & postlim. revers.

Parentes tenentur alere liberos. l. si qvis à liber. ff. de liber. agnosc.

Parentum necessitatibus liberos succurrere justum est. l. 1. C. de alend. liber.

Parentum appellatio extendit se in infinitum. l. qvisq; ff. de in jus voc. Pa-

Parentes ex magna causa possunt liberos exhæredare. Novell. ut cum de appellat. §. ad hæc aliud constit. 115.

Parentibus in illicitis non est obtemperandum. l. ad ea ff. de R. I.

Parentes in liberos vi patriæ potestatis habent honestam emendationem, non autem potestatem vitæ & necis, ut olim. l. 1. C. de emend. propinq.

Parentibus liberi Jure naturali & civili omnem reverentiam & pietatis obedientiam debent. l. veluti, ff. d. J. & J.

Parentes operibus impositititiis liberos gravare non possunt. l. pen. ff. de obseq. à lib.

Parentes Jure Canonico indistinctè in jus vocari possunt. Notatur in c. ultim. de judic. lib. 6. diversum statuit jus Civile. l. fin. C. de in jus. voc.

Parentibus omne id, qvod ad Liberos pervenit, olim acqvirebatur, excepto tamen peculio castrensi. Instit. per qvas personas cuiqve acqvir.

Parentibus solus Ususfructus hoc

tempore in bonis filiorum aliunde acqviſitis acqviritur & adminiſtratio. eod. tit. & l. cum oportet.

Nonnunqvam Uſusfructus Patri acqviritur. Novell. de diverſ. cap. Conſtit. 17.

Partus exſecto ventre pro nato habetur. l. ſi ego 11. §. Idem eſt, ff. de publ. in rem act.

Partus, anteqvam edatur, viſcerum portio eſt. l. 1. §. de inſpic. ventr.

Partus ſine maligna ſuſpicione ali & educari debet. l. 1. §. 1. in fin. ff. ubi pupill. educ. vel. morib. deb.

Partus ſeqvitur Ventrem. l. partum. C. de rei vindic.

Peperiſſe eam falſum eſt, cui mortuæ filius exſectus eſt. l. anniculus. 132. ff. de V. S.

Paſtoris excuſatio non eſſe poteſt, ſi lupus oves comedit & Paſtor neſcit. c. qvamvis de R. I.

Paſtoris ſententia ſive juſta, ſive injuſta, timenda eſt. 11. q. 3. c. ſententia.

Pater

Pater & filia non possunt conjungi nuptiis, nec Mater cum filiô. §. ergò non omnes Instit. de nupt.

Patrisfamil. & Regionis Consvetudo est attendenda. l. si servus plurium. §. ff. de legat. 1.

Pater, *transiens ad secunda vota*, offendit filios primi matrimonii. *Novell.* de his. qvi nupt. iter. §. veniunt autem. Constit. 22.

Patrem à filio regi, indecorum est. l. his qvi 12. ff. de tut. & curat. dat.

Patrem egere, cùm filius sit in facultatibus, iniqvum est. l. si qvis. 5. §. 13. ff. de agnosc. liber.

Pater vilissimus non debet filii sui Contumeliam ad suam utilitatem metiri. l. sed si. 17. §. interdum. 13. ff. de Injur.

Patris *nullum delictum* innocenti filio sit pœnæ. l. qvi §. *nullum*. ff. de decur.

Pater filium ad *supplicium* offerre non videtur. l. milites. 19. §. fin. ff. de re milit.

Pater castigare filium jure patriæ po-

teſtatis non prohibetur. l. ſi filius. 3. C. de patr. poteſt.

Paterno ſupplicio debent perire, in qvibus paterni criminis exempla metuenda. l. qviqvis. 5. §. 1. C. ad L. Jul.

Prætorem oportet, non minus Patri, qvam marito ſuccurrere. l. ſi filia. 5. ff. de divort.

Pater olim in caſu neceſſitatis poterat filium ſuum vendere. l. 2. C. de patrib. qvi filios ſuos diſtrax.

Patris & filii teſtamentum pro uno habetur. l. fin. §. in ſecunda. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.

Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qva filius ſuus eſt alieno nomine procurator. l. qvi teſtam. §. qvicunqve ff. qvi teſtam. fac. poſſ.

Parentis ſtatur Voluntati, qvi utiqvè filio rectè proſpexit. l. ſi plures. 3. §. 1. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.

Patris officium eſt, dotare filiam. l. fin. C. de Dot. promiſſ. Non eſt Matris officium, dotare filias. l. neqve mater. C. de jur. Dot.

DEO

DEO debetur Religio, Obedientia verò Parentibus,& Patriæ. l. veluti. ff. de Juſtit. & Jur.

Pater qveritur de malo filio, qveritur filius de duro patre. 2. q. 7. c. qveritur.

Patris ſuffragium prodeſt filio, & è contrario filii ſuffragium prodeſt Patri. l. illud notandum. ff. qvod cujusqve univerſ.

Pater plus timet in filio, qvàm in ſe ipſo. l. iſti qvidem. 8. in fin. ff. qvod met. cauſ.

Anteqvam naſcatur qvis, non poteſt dici in poteſtate Patris. l. fin. ff. de coll. bon.

Patris vel Domini Imperio qvi obſeqvitur, Velle non dicitur. l. velle. 4. ff. de diverſ. R. J.

Pater non debet novercalibus delinimentis contra ſangvinem ſuum judicium inferre. l. non eſt. 4. ff. de inofficioſ. teſtam.

Paternus Amor vincit omnem alium. l. iſti qvidem. ff. qvod met. cauſ. §. fin.

vel, nullus amor vincit paternum. l. cum furiosis. §. fin. C. de cura. furios.

Patris vox filii reputatur, & contra. §. si qvis. 4. in fin. Instit. de inutilib. Stipul.

Contra Patris & Autoris sui factum venientibus, ut indignis hæreditas legibus aufertur. c. Sylvester. 11. q. 1.

Patris Calamitas filio nocere non debet. l. 3. §. qvod si pater. ff. de muner. & honor.

Pater filiæ amissæ, & pecuniæ damnum non sentiat. l. jure. 6. in pr. ff. de Jur. Dot.

Inter Patrem & filium nulla lis esse potest, nisi ex Castrensi peculio. l. si lis nulla. ff. de judic.

Pater filium emancipare non cogitur. l. filius fam. ff. unde liberi.

Patris Originem unusqvisqve seqvitur. l. exemplo. 36. C. de decur.

Paterna Incontinentia omnibus modis à filiis est propellenda c. literas. de fil. presbyt.

In Patiente benè dispositio sunt Actus agentium. l. 1. C. de hæred. Instit. l. in omnibus

mnibus 2. de O. & A. l. si ego. ff. si cert. pet.

Patrono vel Patronæ, Parentibus honor maneat in omnibus illibatus, & intactus. l. 2. C. qvi & adverſ. qvos in integr. reſtit. non poſſ.

Perſona Patris & Patroni filio & liberto honeſta & ſancta videri debet. l. liberto. 9. ff. de obſeq. par. & patro. præſtand.

Patroni appellatione & Patrona continetur. l. patroni. ff. eod. tit.

Patrono tenetur libertus præſtare Reverentiam. l. libertos. C. de Obſeq. libert.

Pauperior non fit, qvi non acqvirit, ſed patrimonium diminuit. l. ſi ſponſus. 5. §. 13. ff. de donat. int. Vir. & Uxor.

Humanitatis eſt, proſpicere egenis ac dare operam, ut Pauperibus alimenta non deſint. l. privilegia. C. de S. S. Eccl.

Nullus Pauperior eſt, qvàm Inopiâ tentus, & ſuo corpore laborans Victum ſibi non poteſt afferre. l. ſi qvis declinandum. 49. §. 2. in fin. C. de Epiſcop. & Cler.

Pauper, fidelis tamen & diligens, ſuſpectus non eſt. l. ſuſpectum. 8. ff. de ſuſpect. tut. nec removendus. Inſtit. de ſuſpect. tut. in fin.

Pauperibus Induſtria vel augumentum patrimonii, qvod laboribus & multis caſibus qværitur, interdici non debet. l. ſi defunctus. 10. C. arbitr. tut.

Pauperes & divites una terra ſupportat. c. 4. & 5. l. c. qvo jure diſtin. 8.

Peccatoris mortem DEus non vult, ſed, ut convertatur & vivat. Nov. ut qvi contra natur. luxur. in pr.

Periti ſub dubio ſæpè reſpondent. not. in l. ſi duo rej. ff. de recept.

Peritis in arte fides adhibenda. l. 1. §. 1. ff. de ventr. in poſſ. mittend. l. 1. pr. ff. de Offic. prætor. l. ſeptimo. ff. de ſtat. hom.

Unus Peritior, alter Eloqventior, alius edoctior reperitur. l. 2. §. 45. ff. de O. I.

Peritorum arte autoritas ſeqvenda eſt. l. 1. pr. ff. de offic. præt. l. ſeptimo. ff. de ſtat. homi.

Peri-

Peritorum autoritas non tantum apud nos valere debet, ut Veritatem investigare, & eidem adstipulari, nobis non sit integrum. l. potioris. C. de Offic. Rect.

Perseverantes coronantur. c. Imperatores. dist. 9.

Personarum Acceptionem nullam DEus habet. Novell. de monarch. §. huic autem. Constit. 5. c. novit in judiciis. de R. I.

Pignori incumbere melius, qvam in Personam agere. §. furti autem actio. Instit. de obligat. qvæ ex delict. nasc.

Persona loqventis non generali sermone comprehenditur. l. inqvisitio. C. de solut.

In Personis & temporibus Extensio non conceditur. l. commodissimè. de liber. & posthum.

In Personâ alterius, qvod alicui æqvum videbitur, id, ubi evenerit, in sua conservare debet. l. 1. ff. qvod qvisq; jur.

Personâ ex suâ qvod qvis sæpè non habet, hoc per extraneum petere potest.

l. Aristo. 3. in fin. ff. qvæ res pignor. vel hypothec.

Personarum diversitas diversam requirit medicinam. c. si res aliena. in fin. 4. q. 6.

Personæ Conditio ubi locum facit beneficio, ibi deficiente eâ, beneficium qvoqve deficit. l. in omnibus. ff. 68. de R. I.

Personâ ex qvâ qvis lucrum capit, ejus factum præstare debet. l. ex qvâ. 149. ff. de R. J.

Personæ Conditio cum non mutatur, nec rei qvidem statum convenit immutari. l. unic. vers. ex his. C. de impon. lucrat. descript.

Persona utraqve in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur. §. sed hæc. 5. Instit. de exhæred. lib.

Persona, donec vivit, acqvirere potest. l. si Creditores. 5. in fin. ff. de separat.

Aliud ex Personâ locoqve æstimandum est. l. tales. ff. condit. & demonstr.

Ad

Ad Petitoris onera compellere adversarium, commodius est, qvàm alio possidente petere. l. is qvi. 24. ff. de reivindic. §. retinendæ 4. Instit. de Interdict.

Philosophorum, Medicorum, & Poëtarum autoritates sunt in causis allegandæ & tenendæ. l. legis. ff. de stat. homin. & l. si pater. ff. de solut.

Philosophantes verè pecuniam contemnunt, cujus retinendæ cupidine fictam adseverationem detegunt. l. in honoribus. 8. §. 4. ff. de vacat. & excusat. muner.

Plebs difficile convenire potest. l. 2. §. deinde. 9. ff. de Origin. jur.

Pleriqve possunt qvidem, sed nolunt Recta nosse. 1. q. 3. c. excellentissimus.

Plures qvandoqveUnius loco habentur. l. si plures. in pr. ff. de pact.

Podagrici si ita laborent, ut rebus propriis præesse non possint, à muneribus personalibus excusantur. l. podagræ. 3. C. qvi morb. se excus.

Populum & turbam faciunt homines

decem, duo verò rixam. l. prætor. 4. §. turbam. ff. de vi bonor. rapt.

Possessor propriè definitur, qvi 30. annos qvietè in possessione fuit. l. fin. C. unde vi.

Possessor consita tollere non potest, l. si fundi. 53. de rei vindic.

Possessor bonæ fidei in id tantum, qvod ad se pertinet, tenetur. l. item veniunt. §. eos tantum. ff. de petit. hæred.

Possessor bonæ fidei fructus ante litem contestatam perceptos lucratur. l. sumptus. ff. de reivindic.

Æqvitati congruit, ut veteres Possessores fundorum publicorum novis Conductoribus præferantur, si facta per alios augmenta suscipiant. l. congruit. 4. C. de locat. præd.

Possidenti tantundem præstat bona fides, qvantum Veritas, qvoties lex impedimento non est. l. bona. 136. de R. I.

Litis Contestatio facit, omnes esse Possessores. l. sed & si ff. de petit. hæred.

Possessor justus est, qvi liberalitatem accepit.

accepit. l. sed & si. 7. §. sed & si qvis. 3. ff. de public. in rem act.

Possessor bonæ fidei non potest videri, qvi nec Possidendi Animum habuit. l. ejus qvi. 41. ff. de reb. cred.

Possidentis Conditio melior. l. si debitor. ff. de pignor. & hypothec. in pari causa turpitudinis. l. si ob turpem. 8. ff. de Condictione ob turp. vel injust.

Possessioni non videtur renunciasse, qvi rem vindicavit. l. 12. in fin. ff. de acqvir. vel amitt. possess.

Possidet, cujus nomine Possidetur. l. qvod meo in pr. ff. de acqvir. vel amittend. possess.

Possessor plus Juris habet, qvam ille, qvi non possidet. l. 2. ff. uti possid.

Possessori nulla necessitas probationis incumbit. l. 2. C. de probat. l. 1. §. 1. ff. famil. herciſc.

Malæ fidei Possessores solent omnes fructus cum reipsa præstare; bonæ fidei verò extantes: post litis Contestationem universos. l. certum. 22. C. de rej vindic.

Malæ fidei Possessorem esse, nullus ambigit, qvi aliqvid contra legum edicta mercatur. l. qvemadmodum. in fin. C. de agric. & censit.

Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. c. possessor. de R. I.

Posteritati suæ qvis debet cavere certo judicio. sed nec. Instit. de legat.

Nemini liceat, cum sit tempore Posterior, locum præcedentis ambire, nisi fortè ab eo, qvi tempore vincitur, laborum comparatione superetur. l. unicuiqve. C. de proxim. Sacr. Scrin.

Qvod ad Posteros transit, in perpetuum durat. l. immunitates. ff. de jur. Immunit.

Posthumus propriè dicitur is, qvi post mortem Patris nascitur. l. 3. §. posthumos. ff. de injust. rupt. irr. fact. testam.

Posthumi agnatione testamentum rumpitur. §. posthumi. Instit. de exhæred. liber.

Posthumus non est in potestate Patris. l. fin. de collat. bonor.

Post-

Posthumus rumpit testamentum. §. posthumus qvoqve. Instit. de exhered. liber. vi tamen Clausulæ Codicill. sustinetur.

Potentioribus nobis pares esse non possumus. l. 3. de alien. judic. mutand. caus.

Potentium Importunitas facit, ut multa concedantur, qvæ aliàs non concederentur. l. 1. C. de petit. bonor.

Potentior est, qvi tenet, qvam, qvi persequitur. l. 91. §. 3. in fin. ff. de V. O.

Potens potenter tormenta patietur. 8. q. 1. c. illud.

Præconis vox paucis innotescit. auth. qvi semel. C. qvi & qvand. judic.

Prædo non est, qvi pretium numerat. l. nec ullam. §. si qvis. ff. de petit. hæred.

Prædonem hunc esse non puto, qvi dolo caret, qvamvis in jure erraverit. l. sed etsi lege. §. scire autem. ff. de petit. hæred.

Liberam, qvæ *Prægnans* ultimo supplicio damnata est, solitum est servari, dum

dum partum ederet. l. Imperator. 18. ff. de stat. homin.

*P*rælatus plus Juris habet in Concessione, qvam *P*atronus in præsentatione. c. dilectus. de offic. legat.

*P*ræsens est, qvi in hortis est. l. 5. ff. de procurat.

*P*ræses in provinciæ suæ homines Imperium habet, & hoc, si in provincia est. Nam si excesserit, privatus est. l. præses provinciæ. ff. de offic. præsid.

*P*ræsidentium integritas est salus subditorum. c. miramur. *distin.* 61.

*P*rætore autore qvi *P*ossidet, justè possidet. l. justè possidet. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

*P*rætor ad arma & rixas non patiatur procedere eos, qvos potest suâ jurisdictione componere. l. congruit. ff. de offic. præsid.

*P*rætor cum unum ex pluribus judicare vetat, cæteris id committere videtur. l. cum prætor. ff. de judic.

*P*rætor qvandoq; mentiri permittit §. namq;. Instit. de action. Præto-

Prætoris factum Juri derogare non oportet. l. 1. de fer. & dilat.

Principum placita legis vigorem habent. §. sed & qvod principi. Instit. de jur. nat. gent. & civil.

Princeps bona concedendo, videtur etiam Obligationes concedere. l. princeps. ff. de V. S.

Sacrilegii instar est, Disputare de *Principis* potestate. l. Sacrilegii instar est. C. de divers. rescript.

Princeps licet legibus solutus sit, attamen secundum leges vult administrare. l. vox digna. C. de ll, vel, legibus tamen vivit. in fin. Instit. qvib. mod. testam. infirm. l. ex imperfecto. 3. C. de testam.

Cur te habeam, ut *Principem*, cum tu me non habeas, ut Senatorem. c. esto. dist. 95.

Pars Corporis Principis Consiliarii sunt. l. qvisqvis. C. ad L. Juliam. Majest.

Justum est *Principem* legibus obtemperare suis. c. justum. est. dist. 9.

Prin-

Principis Exemplum ſeqvendum eſt. l. & hoc Tiberius. de hæred. inſtit. l. Titius ad Trebell.

Principis factum in dubium revocari non poteſt. l. qværis. de natal. reſtit.

Princeps obligationes concedere videtur, cum alicui bona concedit. l. princeps. ff. de V. O.

Principis Contractus legis vigorem obtinent. l. donationes. 26. C. de donat. inter Vir. & Uxor.

Principis indulgentiâ non Infamia, ſed pæna remittitur. l. fin. C. de gener. abolit.

Principis privilegium intelligitur ſemper concedi, ſine alterius præjudicio. l. ſi qvis à *Principe*. ff. ne qvid in loco publ.

Princeps tenetur *Pacta* ſervare. c. r. ubi not. extr. de probat.

Principi datum eſt jus, ut, qvod conſtituiſſet, ratum eſſet. l. 2. §. noviſſimè 11. ff. de Orig. jur.

Princeps qvod conſtituit, pro lege ſervatur

vatur. l. 2. §. ita in Civitate. ff. de Origin. jur.

*P*rinceps legibus solutus est. Augusta autem, licet legibus soluta non est, *P*rinceps tamen eadem illi privilegia tribuit, qvæ ipse habet. l. 31. ff. de ll.

*P*rinceps non videtur beneficium defuncto concessisse, qvem vivere existimabat. l. Neratius. 191. de R. I.

*P*rinceps, qvod alicui ob Meritum indulsit, vel, si cui pœnam irrogavit, vel sine exemplo subvenit, personam non egreditur, nec ad Exemplum trahatur. l. 1. §. 2. ff. de Constit. *P*rincip.

*P*rincipis beneficium pleniſſimè interpretari debemus. l. 3. de Constit. princip.

*P*rinceps credit, eos, qvi ob singularem industriam, exploratâ earum fide & gravitate, ad officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia, & luce *dignitatis* suæ, qvam ipse foret judicaturus. l. unic. §. 1. in fin. ff. de offic. præfect. prætor.

*P*rinceps omnia Jura in suis scriniis habe-

habere noſcitur. l. omnium. 19. C. de teſtament.

Princeps hominum Voluntates audire vult, non jubere. d. l. Cod. de teſtam.

Princeps, philoſophiæ plenus, nihil imperfectum ſanxiſſe videtur. l. pen. C. de his, qvæ ut indign.

Principis in comitatu ſacro nihil poteſt timeri. l. 1. C. de his qvi per met. judic. non appell.

Nihil eſt, qvod lumine clariore perfulgeat, qvàm recta fides in *Principe*, & nihil eſt, qvod occaſui ita neqveat ſubjacere, qvam vera religio. l. inter claras. 8. C. de Summ. Trinitat.

Privatorum conſenſus non dat Jurisdictionem. l. privatorum. C. de Jurisdict. om. judic.

Lucrum, qvod ex lege datum eſt, *Privatus* offerre omnibus modis non valebit. Novell. 22. de nupt. c. ſi autem. 33.

Privatorum Conventio Juri publico non derogat. l. neqve. 45. §. 1. ff. de diverſ. regul. Jur.

Privatis

Privatis pactionibus non læditur jus cæterorum. l. Imperatores. 3. in pr. de transact.

Privilegiatus adversus privilegiatum non utitur suô privilegio. l. verum. 11. §. item qværitur. ff. de minor.

Ex Prole filiorum vel filiarum diuturnitatis memoriam nobis in ævum relinqvimus. l. liberorum. 220. de V. S.

Pueri & Propinqvi emendandi sunt. tit. C. de emendat. propinq.

Propheta nemo est acceptus in patria. l. Barbarus Philippus. ff. de offic. præt. item non est propheta sine honore, nisi in patriâ suâ. l. tres tantummodo. C. de offic. prætor.

Provinciales eos accipere debemus, qvi in provinciâ domicilium habent: non eos, qvi ex provincia oriundi sunt. l. provinciales. 190. de verb. Sign.

Ignoscendum est ei, qvi Provocatus se voluit ulcisci. l. qvi cum 14. §. 6. ff. de bon. libert.

Proximus propriè ex pluribus dicitur. l. 1. §. 5. ff. unde cognat. Pro-

*P*roximus est, cui nemo antecedit. l. proximus. 92 ff. de V. S.

*P*uberes dicuntur illi, qvi sunt majores. 14. annis. Inst. de nupt.

Facta plerumqve *P*rudentissimos fallunt. l. 2. de Jur. & fact. Ignor.

*P*ublicanorum factiones qvantæ audaciæ, qvantæ temeritatis sint, nemo est, qvi nesciat. l. qvantæ. 12. ff. de public. & vectigal.

*P*ublicano non imputatur, qvod non instruxerit transgredientem : sed illud custodiendum, ne decipiat profiteri volentes. l. interdum. 16. §. divi. ff. de public. & vectigal.

*P*uella pro incrementô ætatis exhibenda est, atqve alenda. l. cum unus alimentis ff. de alim. & cibar. legat.

*P*ueri atqve propinqvi emendandi sunt. ut in tit. C. de emend. propinq.

Maledictus *P*uer centum annorum. 2. q. 7. c. *P*aulus dicit.

*P*ueri tantò periculosiùs cadunt, qvãtò citiùs conscendere ad altiora festinant. 1. q. 1. c. pueri.

*P*uer

*P*uer ex ſuis ſtudiis intelligitur. c. 3. de præſumpt.

*P*uer non debet remanere apud eas perſonas, de qvibus eſſe poſſit ſuſpicio, qvod ſaluti vel vitæ inſidientur illius. c. fin. de converſ. infidel.

*P*uerilis Ætas nec ſcire nec diſcernere poteſt. *l.* pupillus, 9. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

*P*upillæ perſonæ ſuccurritur, qvæ meruit præcipuum favorem, non cauſæ. l. ex pluribus. 42. ff. de adminiſtr. & peric. tut.

*P*upillus meliorem, non deteriorem ſuam Conditionem facere poteſt. l. contra. 28. ff. de pact.

Tutelæ non adminiſtrantur, ut mergantur *P*upilli. l. qvid ergò. 13. in pr. ff. de cont. tut. & ut act.

*P*upilli Contractus ex uno latere conſtat, & claudicat. *l.* Julianus. 13. §. 29. ff. de act. empt. & vend.

*P*upillus per acceptilationem liberari poteſt ſine tutoris autoritate. *l.* pupillum. ff. de acceptil. *P*upil-

*P*upillus sine autoritate tutoris non obligatur; cum autoritate potest obligari. Instit. de aut. tut.

*P*upillus semper tenetur, in qvantum est factus locupletior. l. Julianus. 13. §. 7. ff. de act. empt. l. naturaliter. §. 1. ff. de condict. indeb.

Iniqvum est, eum, qvi nihil cum pupillo contraxit, expectare ejus pubertatem. l. apud. 3. ff. qvib. ex caus. in poss. eat.

Si *P*upillus, minor, mulier, miles, agricola, vel alius simplicioris Ingenii solverit pecuniam *in*debitam, rejicere potest onus probandi debiti in reum conventum. l. cum de indebito. §. si autem 15.

*P*ost pubertatem in *P*upillum dolus tutoris non transfertur. l. Julianus. 13. §. 7. ff. de act. empt.

*P*upilli, qvi propè pubertatem sunt, doli sunt capaces. l. apud 4. §. de dolo. 26. ff. de dol. mal. & met. except. l. pupillum. 111. ff. de diver. reg. Jur.

*P*upillo expedit, rem suam salvam fo-

re,

re, qvàm tabulas cautionis habere. l. suspectus ff. de suspect. tut.

Judicium Pupilli non est firmum in eligendo tutore. l. si tutoris. 25. ff. de manumiss. vindict.

Pupillus non est, qvi in utero est. l. non 161. ff. de V. S.

Pupillus pati posse non intelligitur. l. in eo. 110. §. 1. ff. de R. I.

Pupillus nec velle nec nolle creditur. l. pupillus. 189. ff. de R. I.

Pupillis sapientum hominum Jura nullo modo concedantur. l. fin. C. de testam. milit.

R.

REipubl. causâ non dicitur verè abesse, qvi sui commodi causa in legatione est. l. non verè. ff. ex qvib. caus. major.

Reipubl. defensionem ampliùs, qvam semel, suscipere nemo cogitur. l. æstimationem in fin. de muner. & honor.

Reipubl. causa abesse intelligendus est, qvi ad id negotium, vel ab eo reverE titur.

titur. l. tempus. 4. ff. de vacat. & excusat. mun.

Respublica creditrix omnibus chirographariis præfertur. l. bonis. ff. de privileg. credit.

Qvi pro Republ. ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Instit. de excusat. tutor. in fin. pr.

Reipubl. Salutem tueri, nulli magis convenire, nec alium sufficere rei, qvàm Cæsarem, credendum est. l. 3. in pr. ff. de offic. præfect. vigil.

Rustici pecuniam optare non audent. l. domini. 5. C. de agric. & censit.

A Proverbiis Rusticorum arguendum est. l. si chorus. 79. §. 1. de legat. 3.

Rusticorum autoritati credendum est. l. si chorus. §. 1. ff. de legat. 3.

Rusticorum vulgare dictum est, ut dividant rem per medium. ff. de negot. gest. ibi gloss. in l. Nesennius. in fin.

Nihil impudentius est arrogantiâ Rusticorum, qvi garrulitatem autoritatem putant. Distin. 46. in pr.

Sacer-

S.

SAcerdotis est, nulli nocere, omnibus autem prodesse velle. c. fin. de post.

Sacerdoti ignominia est, propriis studere divitiis. 12. q. 2. 6. gloria Episcop.

Sacerdotii gradum nemo pretii, venalitate mercetur, qvantum qvisq; mercatur, non qvantum dare sufficiat, æstimetur. l, si qvemqvam. 31. C. de Episc. & cler.

Non loca, sed vita & mores sanctum faciunt Sacerdotem. c. oportet. distinct. 40.

Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis Sacerdos est sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. c. multi. dist. 40.

Sanus non eget Medico, sed malè habens. de pænit. dist. 1. c. Ecclesia Christi.

Sapiens non est omnis, qvi nocet. 6. q. 1. c. sapiens.

Sapiens fallere non vult, falli autem non potest. ff. de just, & jur. l. Justitia & Jurisprudentia.

Sapientis est mutare Consilium. l. non nunqvam. ff. de Collat.

Scholaris vagus non gaudet privilegiis. l. 1. C. de tyron.

Scholasticis nulla omninò Injuria fieri debet. Auth. habita. C. ne filius pro patr.

Scienti non fit Injuria, neqve dolus. de R. I. in 6. l. cum donationis. C. de transact.

Non Scienti, sed Ignoranti parcitur. l. si fidejussor. ff. mandat.

Sciens præsumitur, qvi scire debet, licet ignorans. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. act.

Semper præsumitur Ignorans, nisi probetur Sciens. l. verius. ff. de probat.

Seniorum conversatio juventutis perfecta educatio sit. §. cogitandum in auth. de Monach.

Seniores propinqvi minorum errores corrigere debent. l. unic. C. de emend. propinq.

Seniorem non increpaveris. 2. q. 7. c. Paulus dicit. Seqve-

Seqveſter dicitur apud qvem plures eandem rem, de qva controverſia eſt, depoſuerunt: Dictus ab eo, qvod occurrenti & qvaſi ſeqventi eos, qvi contendunt, committitur. l. ſeqveſter. ff. de V. S.

Servis licet naturaliter ſævire in ſuum corpus. l. ſed ſi. 9. §. 7. ff. de pecul.

Servi ab omni malitiâ prohibentur, alioqvi capite puniuntur. l. ab omni de re milit.

Dominus qvod præſtat, non Servum excuſat, ſed dominum onerat. l. 2. §. 1. in fin. ff. de noxal. action.

Qvædam, qvæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcuntur Servis, ſi vel dominis vel his qvi vice dominorum ſunt, obtemperaverint. l. is. qvi. 11. §. an. 7. ff. qvod vi aut clam.

Servi non debent dominorum Saluti ſuam anteponere. l. 1. §. juxta hoc. 18. ff. ad SC. Syllan.

Servus Reipubl. cauſa abeſſe non poteſt. l. 211. ff. de R. I.

Singuli creandorum pares eſſe non

possunt. l. 1. C. de tutor. vel Curator. illustr.

Unusqvisqve Sobolem suam nutriat. l. 2. C. de infant. expositi.

Socius mei Socii non est meus Socius. l. nam. 20. ff. pro soc.

Socius qvi parum diligentem sibi acqvirit, de se qveri debet. l. Socius. 72. ff. pro soc.

Socii Consolationum sint, qvi fuerunt passionum. c. 1. de sepult.

Spoliatus ante omnia debet restitui. l. 1. C. si per vim vel alio mod.

Spoliatum fortunis suis *in solidum* damnari in humanum est. §. ult. Instit. de act.

Solutus non est, qvi in publico sine vinculis servatur. l. 48. de V. S.

Solvendo videtur is esse, qvi defenditur. l. nemo. 95. ff. de R. I.

Fratrum appellatione & Sorores continentur. l. tres fratres. ff. de pact.

Spiritu DEI qvi aguntur, non sunt sub lege, c. nisi. §. persona. de renunc.

Filii

Filii Spurii seu vulgo qvæsiti, sunt filii publicarum meretricum, hi patri non succedunt, qvi nullum certum habent, matri autem qvia certa est, semper succedunt, etiam cum filiis & legitimis & naturalibus, nisi tamen mater sit illustris: tunc enim &c. l. si qva illustris. ff. ad SC. Orfit.

Bastardus dicendus est is, qvi nec rectè, nec ritè natus est. l. filium. 6. ff. de his, qvi sunt sui vel alieni juris.

Stultus est, qvi in eo se primum existimat, ut bona qvæ viderit discere contemnat. c. constantinopolitan. distin. 12.

Conditione meliori non debet frui Stultus, qvam prudens. l. Servius. ff. qvod vi vel clam. l. non solum. ff. de noxal. action.

Non Stultis, sed errantibus solet succurri. l. regula. 9. §. 5. vers. qvod si ideò ff. de juris & fact. ignor.

Tales erga Subjectos nostros debemus existere, qvales nos, si subjecti fuissemus, nostros vellemus esse præpositos, c. qvorundam. dist. 74.

A Subditis facile trahitur in exemplum qvod à Prælatis agitur. c. magna ac voto.

Judex Subditum, ſicut pater filium diligat. Novell. 8. ut judic. ſine qvoqve ſuffrag. fia. c. 8. eos. autem in pr.

Expedit Subjectos habere locupletes in auth. ut judic. ſi qvo. ſuff. de hoc videbis. §. avaritia. Novell. ut jud. ſine qvo ſuffrag. fiant. Conſt. 8.

Qvi Succedit in alterius locum juſtam habet Ignorantiæ cauſam l. qvi in alterius. ff. de R. J.

Contrahentibus qvod obſtat, & eorum Succeſſoribus obſtabit. l. qvod. 143. ff. de R. J.

Succeſſorem ſingularem non ſeqvitur obligatio perſonalis, ſed univerſalem ſucceſſorem ſeqvitur. l. fin. ff. de contrah. empt.

Defunctorum intereſt, ut habeant Succeſſores. l. & qvia. 6. ff. de Interrogat.

Superioris autoritas in illicitis excuſat.

sat. §. sed & qvod principi. Inst. de I. N. G. & C.

Indignum est, Superiores pati ab Inferioribus, qvæ Inferiores ab eis despiciunt pati. 3. q. 5. c. accusationes.

Contra Superioris præceptum nihil est licitum attentare. l. 1. de oper. nov. nunc.

Superioris lex per Inferiorem tolli non potest. Clem. ne Romani de elect.

Proximus est, cui nemo antecedit, Supremus est, qvem nemo seqvitur. l. proximus. 92. ff. de V. S.

Surdus stipulationem contrahere non potest. l. 1. ff. de V. O.

Interest multum inter Suscipientis officium & distrahentis Voluntatem. l. qvi erat. 49. ff. famil. herciſc.

Suspectus præsumitur, qvi ingerit operas suas invito. l. qvæ omnia. ff. de procurat.

A Suspectissimo incipiendum est, à qvo facillimè posse verum scire judex crediderit. l. 1, §. 2. ff. qvæst.

Suspectus non est, qvi nihil gessit. l. hæ enim 4. §. 4. ff. de suspect. tut.

T.

TAcens non utiqve fatetur, sed tamen verum est, eum non negare. l. qvi. 142. ff. de R. I. c. is qvi. de R. I. in 6.

Tacens consentire videtur. c. qvi tacet. de R. I. in 6. l. fin. de his qvi non à dom. man.

Talis sum in scriptis aliorum, qvales volo esse Intellectores meorum. c. neqve. dist. 9.

Talis qvis præsumitur, in qvali habitu reperitur. l. item apud. §. si qvis virgines ff. de Injur.

Tales erga subjectos nostros debemus existere, qvales nos, si subjecti fuissemus, nostros vellemus esse præpositos. c. qvorundam. dist. 74.

Tenuiorum probitas non contemnitur. instit. de suspect. tut. in fin.

Transfuga censetur proditor. l. proditores. ff. de re milit.

Ad solam summæ Trinitatis providen-

dentiam ſpes omnis referenda eſt. de concept. ff. in pr.

Triſtibus & deſolatis propter Mortem parentis ſui eſt conſulendum. l. 1. C. de his qvi ante apert. tab. hæredit. transmitt.

Turbam *non faciunt duo homines* nec tres, ſed decem. vel 15. l. 4. prætor ait. §. 3. de vi bon. rapt.

Tutorem habenti tutor dari non poteſt. l. ventri. in fin. de tutor. l. item de teſtam. tut.

Blandiuntur *ſibi* qvi putant honorarios Tutores omninò non teneri. l. ſi plures. 3. §. 2. in fin. ff. de admin. & peric. tut.

Fœminæ Tutores dari non poſſunt, qvia id munus maſculorum eſt, niſi à Principe filiorum tutelam ſpecialiter poſtulent. *l. fœminæ. ff. de tutel.*

Tutoris facto pupillum affici iniqvum eſt. l. neqve infantes. 36. de fideicom. libert.

A Tutoribus qvæ bona fide geſta ſunt,

rata habentur. l. cum plures. 12. §. 1. ff. de administr. & peric. tut.

Tutoris propositum malevolum Satisdatio non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat. l. qvia. 6. ff. de susp. tut. §. fin. Instit. eod.

Sine Tutoris autoritate potest Pupillus per acceptilationem liberari. l. pupillum. ff. de accept.

Sine Tutoris autoritate Pupillus non obligatur, cum autoritate obligari, Instit. de aut. tut.

Tutorum dolus puero neqve nocere neq; prodesse debet. l. dolus. 3. ff. qvand. ex fact. tutor. l. neqve. 193. ff. de R. I.

Tutor etsi qvid dolo fecerit, in pupillum tamen datur actio. l. 1. §. hoc edicto. 6. ff. ne vis ei, qvi in poss. miss. er.

Tutorem ex delicto suo teneri æqvum est, non pupillum. l. pen. ff. de tab. exhib.

Tutor moribus pupilli præponitur. l. cum plures. 12. §. ff. de admin. & peric. tut.

Tutor loco domini habetur. l. tutor. 27. ff.

27. ff. de admin. & peric. tut. l. 56. de furt. cum tutelam administrat, non, cum pupillum spoliat. l. 7. §. 3. ff. pro empt.

Tutoris præcipuum officium est, ne indefensum pupillum relinqvat. l. tutoris. 30. ff. de administ. & peric. tut.

Tutorem non facultates, sed fraudulenta vel callida conversatio suspectum commendet. l. si creditores. §. 1. ff. de privil. credit.

Tutor qvod in rebus pupillaribus geritur, ignorare non debet. l. 1. v. tutores. C. de falsa. monet.

Tyronibus parcendum est. l. 3. §. plures. ff. de re milit.

V.

VAsallus si amicitiam fecerit cum inimicis domini aufertur ei feudum. arg. l. liberi. vers. vel inimicis suas amicitias copulavit. C. de inoffic. test.

Vecors & Vesanus dicitur is, qvi est sine corde & sanitate. l. malum 242. §. viduam. 3. ff. de V. S.

Viatorem sibi eligere caupo vel sta-

bularius non videtur, nec repellere poteſt iter agentes. l. unic. §. 6. ff. adverſ. naut. caup.

Vicarius qvod alíi remiſerit, de propriis facultatibus dare compelletur. l. omnes. 4. C. de annon. civil. & trib.

Cogi nemo poteſt, ut Vicino proſit ſed, ne noceat. l. in ſumma. 2. §. item. 5. ff. de aqva & aqv. pluv. arc.

Vicinum bonum habere, noſtra intereſt. l. qvod ſæpè. §. fin. ff. de contrah. empt.

Victus Victori in Expenſas debet condemnari. l. properandum. §. ſive autem C. de judic.

Vincens vincentem te, fortiori ratione vincit te. l. de acceſſionibus. §. 1. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.

Viduis ſic ſumus in Juſtitia debitores, qvod aliis Injuſtitiam facere non debemus. c. ex tenore de for. compet.

Uxor habens inutilem maritum, dicitur Vidua. l. fin. C. ad L. Flav. de plag.

Vigilantibus & non dormientibus, jura

jurâ ſubveniunt. l. pupillus. ff. qvæ in fraud.

Villicus propter fructus percipiendos, non propter qvæſtum præponitur. l. ſi cum villico. 16. ff. de inſtit. action.

Viris bonis convenit, ſalubre conſilium Matris admittere. l. ita autem, §. Papinianus, ff. de adminiſtr. & peric. tut.

Vir & mulier unum corpus, & una anima reputantur. l. ſi conſtante. ff. ſol. matrim.

Virilis ſexus præfertur Sexui fœmineno. l. 1. ff. de Senator.

Vir multum jurans replebitur iniqvitate, & non recedet à domo ejus plaga. c. & ſi Chriſtus de jurejur. Eccleſiaſt. c. 23.

Virginem poſt ruinam qvis ſuſcitare poteſt. 22. q. 2. c. ſi Paulus.

Virginitas ſemel corrupta reſtitui non poteſt. l. unic. C. de rap. virg.

Virgo viri potens continetur mulieris appellatione. l. mulierum ff. d. V. S.

A Juvene & Cupido credatur reddita Vir-

Virgo. Gl. in l. si verò rem. §. si adolesc.

Universitas consistit in uno. l. sicut. 7. in fin. ff. qvod cujusqve universitatis nomine.

Refertur ad Universos, qvod publicè fit per majorem partem. l. aliud 160. §. 1. ff. de R. I.

Universitas efficit, ut qvædam transeant, qvæ per se non transeunt. l. in modicis. ff. de contrah. empt.

Uni qvod sigillatim conceditur, non statim omnibus convenit. 16. q. 1. c. hinc est etiam.

Necesse est Reipubl. per Unum consuli. l. 2. §. novissimè de origin. jur.

Volenti dolus non infertur. l. cum donationis. C. de transact.

Volenti neqve vis neqve injuria infertur. l. cum donationis. C. de transact. l. 1. §. usqve adeò. de Injur.

Usufructuarius conductorem repellit. l. arbores. §. 1. ff. de usufr. & qvem.

Usufructuarius omnem curam rei suscipit. l. 1. in fin. ff. usufr. qvem. caveat.

Vulgo

Vulgo Conceptus est, qvi patrem, demonstrare non potest, qvem habere liceat. l. vulgo. 23. ff. de stat. homin.

Vulgo qvæsitus matrem seqvitur. l. 1. ff. ad municip.

Uxor à marito potest de adulteriô accusari, non è contra. l. 1. C. de adult.

Non facilè credendum subjectam eam, qvam ambo parentes dicuntur charam filiam habuisse. l. 1. §. 3. ff. de qvæst.

Inter Uxorem & Concubinam, nisi in dignitate nihil interest. l. item legato. 49. §. parvi. de legat. 3.

Maritus improbos mores Uxoris, qvos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit, accusare non potest. l. cum. 47. ff. solut. matrim.

Maritus & corpore & substantia & omni vitâ Mulieris fungitur. l. assiduis. 12. C. qvi pot. in pign. hab.

Maritus in Uxoris pudore & pater in existimatione filiarum propriam Injuriam pati intelliguntur. l. 2. C. de Injur.

Mariti Infelicitas infortunium Uxoris

ris non sit, sed sentiat ejus fulgorem. l. si libertatem. 28. C. de nupt.

Æqvum non est, qvem videre egentem, qvem prius habuit in Conjugem vel amicum. lib. 2. feud. tit. 58. de not. feud. in pr.

Injuria est Marito qvondam Uxorem ejus insepultam relinqvi. l. qvod si. 28. de religios. & sumpt. funer.

Uxores multæ gaudent de morte maritorum. l. pater. §. socrus. ff. de cond. & demonstr. intellige de malis, sed bonæ non gaudent, imò contristantur. Gl. qvia morte & add. in l. pater. §. pen. de condit. & dem.

Uxores à viris defendi debent, non è contra viri ab Uxoribus §. patitur, Instit. de Injur.

Uxori per Virum accedit honor naturaliter. l. 1. C. de in jus vocand.

Uxor debet præstare operas marito. l. sicut. ff. de oper. lib.

Uxor habens maritum inutilem, dicitur Vidua. l. fin. C. ad L. Flav. de plag.

Uxores

Uxores corruſcant radiis maritorum. l. fœmina. ff. de Senator.

Uxor tenetur ſeqvi Virum peregrinantem, qvando peregrinatio eſt juſta & honeſta. Gl. ex longinqvis, in add. in l. Mævia. 13. §. fin. de ann. legat.

Uxor ſeqvitur domicilium & forum viri. l. exigere. §3. & ibi Gl. fin. de Judic. Gl. 2. in l. 4. §. mulieri, de uſu. & habit.

Uxor conveniri non poteſt ex contractu mariti, ſive valeat Contractus, ſive non, niſi ex interceſſione à qva juvatur Senatus Conſulto Vellejano. l. 1. C. ne Uxor pro marito.

Caput II.

DE REBUS.

A.

ABdicando ſe nemo amittit Imperium. l. legatus. 20. ff. de offic. præſid.

Qvod Ablatum alteri, amiſſum non eſt. l. nec utilem. 20. ff. ex qvib. cauſ.

Qvi per Abrupta ad ſummi loci faſtigia

gia postpositis gradibus qværit ascensum, Casum appetit. c. sicut. dist. 48.

Non in Abstracto, sed in Concreto Legum verba intelligi debent. l. si rem. in pr. ff. de rej vindic.

Absurdum in jure non est relinqvendum. l. 3. post. pr. C. de usur. rej judic.

Absurdum qvod omnium mentes aspernentur & respuant. l. nam absurdum. ff. de bon. lib.

Neminem Abuti suis rebus, publicè interest. §. sed & major. Instit. de his qvi sunt sui vel alien. Jur.

Acceptilatio solutioni comparatur. l. non solum. 7. §. 1. ff. de liber. legat.

Accessorium non potest esse majus principali. l. justissimè. §. 1. ff. de ædil. edict.

Lege cavetur, qvod Juris est in principali idem & in Accessorio esse. l. & per jusjurandum, §. fidejussori. ff. de acceptil.

Qvi perdit Principale, perdit & Accessorium. l. Labeo. ff. qvem. serv. am.

Acces-

Acceſſorium ſeqvitur principalis naturam. c. acceſſorium de R. I. in 6.

Verba generalia Acceſſoriè appoſita ad ſuum principale reſtringuntur. l. prædiis. in pr. de legat. 3.

Accidens non mutat naturam ſubjecti. l. naturalem. §. apum. de acqvir. rerum domin.

Impedimentum naturæ fortius eſt, qvam Accidentis. §. ſed & illud. Inſtit. de Adopt. l. 40. §. fin. de Jur. dot.

Qvando concurrunt duæ cauſæ una naturalis, alia Accidentalis, prævalet naturalis. l. qvi habent ff. de tutel.

A Communiter Accidentibus ſeqvitur præſumptio Veritatis. l. neqve natales. C. de probat.

In humanum valde eſt, à nemine Accipere, ſed paſſim viliſſimum, & per omnia avariſſimum. l. ſolent. §. 3. ff. de offic. procoſſ.

Qvi hâc intentione malè Accipit, ut benè diſpenſet, gravatur potius, qvam juvatur. 1. q. 1. c. non eſt putanda.

Bea-

Beatius est dare, qvam Accipere. c. prædicatur. 16. q. 1.

Multa honestè Accipiuntur, qvæ tamen inhonestè petuntur. l. 1. §. proinde de var. & extraord. Cognit.

Accrescendi Jus locum non habet in Contractibus. l. si mihi. & Titio de stipul.

Tacitè deficientium partes etiam invito Accrescunt. l. qvi ex. 53. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Persona, donec vivit Acqvirere potest. l. si creditores, 5. fin. ff. de separat.

Impeditur facilius Acqvirendum qvã tollitur jam qvæsitum, l. patre furios. ff. de spons.

Acqvisitum qvod est, repudiari non potest. l. 1. §. 7. de succes. edict.

Qvod qvis suis laboribus vel prosperâ fortunâ Acqvirit luctuosum est, si ad alium perveniat. §. 1. in fin. Instit. per qvas personas cuiqve acqvir.

Acqvirendi occasione qvi non utitur, non

non intelligitur alienare. l. alienationis. 28. ff. de V. S.

Acta omnia solenniter præsumuntur. Instit. de fidejuss. in fin. l. sciendum de V. O.

Actum non potest dici, cum aliqvid agendum restat. l. cum Syllianum. C. de his, qvibus ut indign.

Actus deveniens ad Casum, à qvo incipere non potest, vitiatur. l. pro parte. 11. ff. de servit. l. pluribus. 146. §. etsi placeat. de V. O.

Actus defunctorum non ita, sicut viventium suspenduntur. l. fin. C. comm. præd.

Actus *legitimi*, qvi non recipiunt diem vel conditionem, per temporis vel conditionis adjectionem vitiantur. l. actus. 77. ff. de R. I. c. actus legitimi. eod. in 6.

Actus agentium non operantur ultrà Intentionem. l. non omnis 19. in pr. ff. de reb. cred.

Actus qvilibet duo reqvirit, voluntatem

tem & poteſtatem. c. ſuper de offic. & poteſt. Judic. deleg.

Omnis Actus ab agentis intentione judicandus. l. 1. C. ad L. Cornel. de ſicar. l. 53. in pr. ff. de furt.

Omnis Actus à fine judicatur. l. verum de furt.

Actus legitimi ſunt Infamibus interdicti. c. licet. de teſtib.

Actus conditionalis non niſi impletâ conditione perficitur. l. hæc vendi. in pr. ff. de contrah. empt.

Actus nullus & invalidus æqviparantur. l. non dubium. 5. C. de ll.

Actus qvantumvis pius & favorabilis in alterius præjudicium non ſubſiſtit. Inſtit. qvib. ex cauſ. manum. non licet.

Actus qvi fit contra leges non tantum non valet, ſed etiam nomen perdit. l. fin. C. de ſentent. ex brev. recitand.

Actus non ab eventu, ſed à cauſâ judicatur. l. verum & l. qvi injuriæ. de furt. l. ſi ſervus §. & ſi puerum. ff. ad L. Aqvil.

Actus

Actus solet regulariter judicari à causâ originali. l. in Commodato. §. sicut. ff. commod. not. Gl. in l. certi condictio. in verb. ex omni causa. ff. si cert. pet.

Actus regulatur à fine, in qvem dirigitur. l. si is qvi in aliena, vers. nemo enim, de acqvir. rer. dom. l. verum de furt.

Actus qvantumcunqve favorabilis contra voluntatem agentis minimè sustinetur. l. si idem servus. de leg. 2. l. si cui purè in fin. pr. ad Trebel. l. verbis ubi Dd. de vulg. & pup.

Actus agentium sunt in patiente benè dispositio. l. 1. C. de hæred. instit. l. in omnibus. 2. de O. & A. l. si ego. ff. si cert. pet..

Actus purus plenior est conditinoali. l. si ita script. de hæred. instit.

Actus, qvi purè valere non potest, resolvitur in conditionalem. l. si hæreditas. §. si furiosi. & §. seq. ff. de testam. tut.

Actus, qvi ex capite valido & invalido geri potuit, simpliciter factus, ex valido

processisse præsumitur. Roman. singul. 15. per text. in c. nisi de præbend.

Actus simpliciter gestus, censetur factus eo modo, qvo debuit. l. Gallus. §. qvidam rectè de liber. & posth. l. si hæreditas. §. servus alienus. de testam. tut.

Actus, etiam nullus, qvandoqvè pœnam sustinet. l. nemo martyres. junctâ Gl. C. de SS. Eccles. l. eum qvi duas. C. de adult. Bart. in l. ubi pactum. de transact.

Actus geminatus plus operatur, qvam simplex. l. cum scimus §. 1. C. de agric. & cens. lib. 10.

Actus naturalis (ut possessio, aratio, seminatio, & reliqvi actus possessorii) efficacior & potentior est violentô. Bart. in l. & per jusjurandum. §. qvi ita. de acceptil.

Actus judicialis potentior est extrajudiciali. l. pacta novissima. C. de pact.

Actus Jocosus non disponit. l. Divus, de milit. testam. l. fin. de testam. l. sicut C. de liber. caus.

Actus simulatus nullius est momenti. l. simulatè de rit. nupt. Actus

Actus attribuitur disponenti, non exeqventi. l. unum. §. 1. de legat. 2. l. 2. §. omnia C. de veter. jure enucl. §. cum hoc in proem. Inst.

Actus fatalis non relevat, ubi voluntas desideratur. l. 1. in fin. de condit. & demonst.

Actus necessarius magis excusat, qvam voluntarius. l. qvi insulam. in pr. ff. locat.

Actus, á juris necessitate dependens, non secundum hominis voluntatem, sed justum arbitrium regulatur. l. si arrogator, §. sed an impuberi. de adopt.

Actus non dicitur illi præjudicialis, cui non principaliter, sed in consequentiam præjudicat. Gl. fin. in c. qvamvis de pact. in 6.

Actus seqvens præcedentem intentionem declarat. l. si hi qvi C. de adult. §. pavonum. Instit. de rer. divis. Bart. in l. cætera. §. fin ff. de legat. 1.

Actus juratus valet meliori modo, qvo potest. l. cum pater. §. filius matrem de legat. 2.

Actus si non valet eo modo, qvo fit, nec valet eo modo, qvo potest. l. 1. de jur. Codicill.

Actus involuntarius præmium non meretur. l. ita tamen. §. qvi suspectam. ad Trebell.

Actus necessarius nullum habet meritum. l. rem legatam de adim. legat. l. unum ex familia. §. 1. de legat. 2. l. proximè de rit. nupt.

Actus, qvi potest sine certa solennitate expediri, licet illa solennitas minus legitimè interveniat, non vitiatur. l. 1. in pr. C. de rei uxor. act.

Actus etiam invalidus ab agente non impugnatur. l. post mortem de adopt.

Actus momentaneus non est considerandus. l. qvi si. C. de solut. l. qvicqvid calore. de R. I.

Actus necessarii interpositio non impedit continuationem. l. continuus. in pr. de stipulat. l. hæredes. §. fin. de testam. l. cum antiqvitas C. eod.

Actus nullus nullum parit effectum.

l. si

l. si aut nullum. C. de legit. hæred. l. non dubium. C. de ll.

Actus & potentia simul esse non possunt. §. si itaqve. Instit. de actio.

Actus potentiam excludit. l. si ita fuerit. vers. non enim de manumiss. testam.

Actus *in dubio* ex causâ magis necessariâ factus intelligitur. l. cum exprimb. de solut.

Actus non habens effectum secundum Intentionem disponentis reiterari debet, donec consequatur Effectum. Bald. in l. invitus. circ. fin. C. de procur.

Actus ambigui, eandem ferè naturam vel promiscuam habentes, ex signis & accidentibus distingvuntur. l. illud. §. tractari. de jur. Codicill. l. Seja de dot. præleg. l. non codicillum. C. de testam.

Actus *in dubio magis* propriô, qvam alienô *nomine* factus reputatur. l. & magis de solut.

Actum frustratorium leges non facilè admittunt. l. hæc stipulatio, §. Divus, ff. ut legat. nom. cav. c. 2. de probat.

Actus in dubio censetur potius ex causâ necessariâ, qvam voluntaria factus. l. Aristo. §. 1. de Jure delib. l. pater filium in fin. ff. ad L. Falcid. l. miles. §. fin. de adult. l. proximè. ff. de rit. nupt. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matr. l. hujusmodi. §. cum pater. de leg.

Actus à digniori sui parte denominatur. l. 1. in pr. ubi Gl. & Dd. de Stipul.

Actus non à confirmato, sed à confirmante denominatur. l. testamento. de test. tut. l. si qvis ad Trebell.

Actus non à faciente, sed ab eo, cujus contemplatione fit, nominatur. l. profectitia. in pr. de jur. dot.

Actus cæptus in conditionibus etiam favorabilis causæ pro completo non habetur. l. Arethusa de stat. homin.

Actus annullatio est pœna agentis. l. turpia. in pr. de leg. 1. l. senatus. de contrah. empt. L. non dubium, C. de ll. l. fin. C. de posth. hær. inst.

Actus consummatur, non vitiatur, licet perveniat ad casum, suo principio repugnan-

pugnantem. l. si qvis alicui. de acqvir. hæred. l. si gaudent. C. de contrah. Empt. l. si patre furioso. de his. qvi sui. &c.

Actus persectus per contrarium Eventum non resolvitur. l. donationis. de donat.

Actus, contra legis prohibitionem factus, nec effectum habet, nec ullum nomen meretur. l. fin. C. de sent. ex per. recit. l. non dubium. C. de ll.

Actus individuus unô contextu perfici debet. l. hæredes palam. §. fin. de testam. l. 1. §. 1. & l. continuus. in pr. de stipulat.

Actus facti plenior est, qvàm verbi. l. nostram. ibi. siqvidem testator. C. de testam. juncto. §. pen. Instit. qvib. mod. testam. infirmat. c. degradatio. de pœn. in 6.

Actus peccans in Materiâ valet meliori modo, qvo potest. l. si unus. §. si acceptilatio. de pact.

Actus peccans in Formâ redditur

nullus. l. cum. §. si prætor. de transact.

Actus expensas illum solvere oportet, qvi actum fieri petit. l. prætor ait. §. 1. ff. de edend.

Actus, qvi re integrâ valere non potest, per consummationem reconciliatur. l. si à furioso si cert. petat.

Actus appellatione venit validus, non invalidus. l. si se. §. condemnatum. de re judic.

Actus appellatione venit purus, non conditionalis. l. 1. §. biduum. juncta Gl. qvando appell. sit.

Actus favorabilis vel odiosus judicatur secundum principalem agentis intentionem. l. qvi exceptionem. de condict. indeb.

Actus in continenti facti censentur invicem correspectivi. l. si ventri. §. in bonis. de privil. cred. l. lecta. v. dicebam. si cert. petat. Bald. in repet. l. petens Col. pen. C. de pact.

Actus plures, unico contextu facti, pro uno judicantur. Curt. Consil. 54. col. 1. in fin.

Actus

Actus efficaces fieri neqveunt, nisi legum formâ obſervatâ. l. in pr. de ſtipul. l. traditionibus. C. de pact.

Actus, qvi multiplici Intentione geri poteſt, debet ab agente præmiſſâ proteſtatione declarari. l. at ſi qvis. §. ſed interdum. v. oportet. de relig. & ſumpt. fun.

Actus nullus propter Inhabilitatem agentis ſuperveniente inhabilitate non confirmatur. l. ſi minor de ſerv. export. c. ſi eo tempore de reſcript. in 6.

Actus dubius in meliorem partem recipiendus. l. cum creditor. de furt. c. eſtote de R. I.

Actus correſpectivi ejusdem juris & rationis habentur. Bald. in repet. l. petens. col. pen. C. de pact.

Actus reciproci communibus regulis non includuntur. l. qvod autem. §. ſi vir. de donat. int. Vir. & Uxor. l. de fideicommiſſ. C. de transact.

Actus geminatus plus operatur, qvam ſimplex. l. cum ſcimus, ubi Bart. C. de agricol. lib. 10.

Actus præsens præteritam Intentionem declarat. l. si hi qvi. C. de adult.

Adæqvatorum eadem est Juris dispositio, L. 1. de legat. 1.

Paria sunt, qvem non Adesse, vel cum difficultate adiri posse. l. in contractibus. in fin. & ibi. not. Bart. C. de non num. pec.

Adfixa Ædificii portio sunt. l. librorum. 52. §. 7. in fin. de legat. 3.

Paria sunt, cum difficultate Adiri posse & non Adesse. l. in Contractibus. in fin. & ibi. not. Bart. C. de non num. pecun.

Adjectione Plenitudo non indiget. c. benè in pr. dist. 96.

Causam prolatam, sola testatione nec aliis legitimis Adminiculis approbatam, nullius esse, momenti, certum est. l. sola testatione. ff. de Testib.

Admonitio vindictam præcedat. c. indignè. 12. q. 2.

Adventitii Casus non sunt computandi. l. Julia qvi & à qvibus &c.

Ædifi-

Ædificium perfectum est, qvod in usu esse potest. l. ædificia, 130. in fin. ff. de V. S.

Præses causâ cognitâ competenti remedio Ædificiorum deformitati auxilium ferat. l. præses, 7. de offic. præsid.

Ædificii portio sunt adfixa. l. librorum. 52. §. 7. in fin. de legat.

Ædium suarum libertatem non potest usucapere Vicinus tuus, qvi justum interpellavit. ff. d. Servit. præd. rustic.

Omne, qvod In Ædificatur Solo, solo cedit. §. cum in suo solo Instit. de rer. divis. l. si is. 5. C. de ædific.

Ædificia non derelinqvi, pertinet ad decus Urbium. l. prætor. 20. §. 10. ff. de oper. nov. nunc.

Ædificiis integris depositis publicus non deformetur aspectus. l. 2. C. de ædific. privat.

Æde sacrâ dirutâ locus non est profanus. l. æde. 73. ff. de contrah. empt.

Æqvalitas in omni servari debet. l. 4. in fin. C. Comm. divid. l. 21. §. pen. ff. de recept. qvi arbitr. recep.

Nihil refert, qvid ex Æqvipollentibus fiat. l. certum est. 6. ff. de reb. credit. l. fideicommissa. 11. §. si cuj. de legat. 3.

Æqvitas non scripta, scripto Rigori succumbit. Dd. in l. placuit. C. de judic. & l. prospexit. qvi & à qvibus.

Bona fides Æqvitatem summam desiderat. l. 31. in pr. ff. deposit.

Æqvitas Rigori præferenda. l. placuit. C. de judic. & l. 90. ff. de R. I. non tamen cerebrina, sed jure informata. l. 4. ff. de eo qvod cert. loc.

Æqvitas qvod suggerit, etsi jure destituamur, tenendum est. l. in summa. §. 5. in fin. ff. de aqvâ & aqvâ pluv. arcend.

Æqvitas, qvoties desiderii naturalis ratio aut dubitatio moratur, justis decretis temperanda est. l. in ambiguis. 8. §. 2. de R. I.

Æqvitas in omnibus, maximè in jure est spectanda. l. in omnibus. 90. ff. de R. I.

Ubicunqve ex bono & Æqvo agitur, non

non curandum est de apicibus Juris. l. si fidejussor. 29. §. qvædam. ff. mandat.

Ubicunqve Æqvitas svadet, subveniendum. l. Divus. de in integr. restit.

Plerumqve in bono & Æqvo pernicioſe erratur. l. 91. §. 3. ff. de V. O.

Ære alienô nullô deductô qvis facere creditur. l. maritus. 54. ff. sol. matrim.

Æris minimi qvæ sunt ad nihilum perducuntur. l. 3. ff. de alim. & cibar. legat.

Æs alienum totum patrimonium imminuit, non certi loci facultates. l. si fideicommissum 50. §. 1. ff. de jud.

Æstimationem liberum corpus non recipit. l. ex hac lege ff. si qvadrup. paup. feciſſe dicat. l. 7. in fin. de qvi dejec. vel. effud.

Æstimatio periculum facit. l. 1. §. 1. ff. de æstim.

Æstimari debent res arbitriô domini. l. si tutor & l. non enim & l. ideò. ff. rer. amotar. l. 1. de in integr. restit. l. 2. C. qvando & cui debetur qvarta pars.

Æstimandum aliud est ex personâ

locoqvè. l. talis. ff. de Condit. & demonstr.

Ætas Impuberum qvid videat, ignorat. l. 2. circa fin. C. de fals. monet.

Ætati & Imprudentiæ succurritur ferè in omnibus pœnalibus judiciis, l. ferè, 108. ff. de R. I.

Ætas omnis ab Adolescentia prior est ad malum, qvam ad bonum, Genes. 8. c. omnis ætas 12. q. 2.

Affectioni parentum datur venia. l. 4. §. fin. ff. de re milit.

Nullus Affectus vincit paternum. l. cum furiosus. 7. C. de curat. furios.

Affectionis ratio habetur etiam in judiciis stricti juris. ut not. in l. tantum. §. 1. ff. de serv. corrupt.

Affectionis vel Voluptatis Existimatio nulla habetur. l. cum servi. 6. §. 2. de oper. serv.

Factum qvod est, in obscuro cum fit, ex Affectione cujusqve capit Interpretationem. l. rapienda. 168. ff. §. 1. de R. I.

Affectus non punitur, cum non sequitur

qvitur Effectus. l. Cogitationis. ff. de pœn.

Affectus punitur, sicut Effectus. l. is qvi cum telo. C. ad L. Cornel. de Sicar.

Furtum non tàm in qvantitate, qvam in Affectu furantis consideratur. 14. q. 6. c. hi qvi.

Civitas illa justissimè ordinata traditur, in qva qvis proprios nescit affectus. c. 1. dist. 8.

Injuria ex Affectu, damnum ex culpa fit. l. qvi servum. 34. in pr. ff. de Obl. & Act. illud. §. 1. ff. de Injur.

Agris in alienis, nolente domino, non licet aucupium facere. l. Divus. ff. de servit. rustic.

Agrum suum qvis sic debet meliorem facere, ne vicini deteriorem faciat. l. 1. §. sed & 4. ff. de aqv. & aqv. pluv.

Agri portio videtur Aqva viva. l. is qvi 11. ff. qvod vi aut clam.

Agrum per alienum transire fas est, non jus est. c. omnes. 1. dist. 1.

Jus Agnationis pacto repudiari non potest,

potest. l. Jus Agnationis. 34. ff. de pact.

Alienare qvi potest, poterit & alienationi Consentire. l. cum qvis ff. de R. I.

De non Alienandâ re meâ pactum non valet. l. nemo. ff. de pact.

Absurdum est, ut ab altero partem Alienatam qvis petat, cum partem suam alienando perdiderit. l. cum pater. 77. §. donationis. 26. de leg. 2.

Alienatum propriè non dicitur, qvod adhuc in dominio Venditoris manet. l. alienatum. 67. ff. de V. S.

Invito qvi potest Alienare, multo magis ignorantibus & absentibus potest. l. qvi 26. ff. de R. I.

Nihil tam conveniens naturali æqvitati, qvàm voluntatem domini, rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi. l. per traditionem. 40. Inst. de rer. divis.

Alienatio est omnis actus, per qvem dominium transfertur. l. 1. C. de fund. dot.

Alienatio omnis Emptionis verbo con-

continetur. l. ſtatu liberi. 29. §. 1. ff. de ſtat. liber.

Alienæ rei Emptio valet & legatum l. rem alienam. ff. de contrah. empt.

Aliena res vendi poteſt, ſed emptori eam auferri licet. l. rem alienam ff. de contrah. empt. & vendit.

Alienam rem qvi emit ſcienter, vel alii obligatam, ſibi imputet, niſi expreſſè de Evictione ſit ſtipulatus. Ignoràns enim ſemper habet regreſſum de Evictione. l. ſi fundum. C. de eviction.

Ex Alieno largiri, & beneficii debitorem ſibi acqvirere, ſpecies lucri eſt. l. ſi pignore. 54. §. 1. ff. de furt.

Alienum factum promittendo nemo obligatur. l. ſtipulatio. 38. de Verb. obligat.

Alienæ rei venditio permittitur, non Obligatio. l. rem alienã. ff. de cont. empt.

De aliena re licitum eſt teſtari, non paciſci. l. fin. in fin. C. de pact. junct. §. non ſolum. Inſtit. de legat. ſed ſi aliena. eod. tit.

De Alieno largiri, furti ſpecies eſt. l. filius. ff. de dol. mal. Ali-

Alimentorum Causa non præjudicat Veritati. l. si judex. 10. ff. de his qvi sunt sui vel alien. jur.

Necare videtur, qvi Alimenta denegat, & qvi publicis locis misericordiæ causa exponit, cum ipse non habet. l. necare. ff. de agnosc. lib.

Parentes tenentur Alere liberos. l. si qvis à liber. ff. de agnosc. liber.

Æqvius est, vel frustra non nunqvam Impendia fieri, aliqvando alimenta ei, qvo dominus bonorum aliqvo casu futurus est. l. 1. §. de Ventr. in poss. mitt.

Corpus sine Vestitu & habitatione Ali non potest. l. legatis, 6. ff. de alim. & cibar. legat.

Paria sunt, aliqvem occidere, vel ei Alimenta denegare. l. necare de lib. agnosc.

Super futuris Alimentis transactio non permittitur. l. cum hi. ff. eod. tit.

Alimenta cum Vita finiri, constat. l. cum hi. 8. §. 10. de transact.

Alimenta pro modo facultatum præbenda erunt egentibus. l. si qvis. 5. §. 19. ff. de agnosc. liber.

Ali-

Alimenta præteriti temporis reddenda sunt. l. cum unus 10. §. 1. ff. de alim. & Cibar. legat.

Alimenta restitutio comprehendit. l. is cui ii. de alim. & cibar. legat.

Per se aliqvid facere, vel per Alium, paria sunt. l. 1. §. de jeciſſe. de vi & vi armat. l. is damnum. de R. I.

Altari qvi servit, de alteri vivere debet. 1. Corinth. 9. c. cum secundum Apostolum. extr. de præbend.

Altare unum discooperiri non debet, ut aliud cooperiatur. l. fin. §. sed & si qvis & ibi Bart. in 3. col. in verb. not. qvod non debit.

Paria sunt, mihi solvi, vel Alteri meâ voluntate. l. nihil interest. C. de solut.

Alterius Contractus non obligat alterum. l. cum te. C. ne uxor pro marit.

In Alternativis, sufficit alteram partem adimpleri. l. si hæredi. ff. de condit. instit.

In Alternativis est electio debitoris, & sufficit, alternum adimpleri. c. in alternativis. de R. I. in 6.

Alter-

Alternativæ natura est, qvod donatur inter diversa. l. hæc verba ille, ff. de V. S.

Ambiguitas nulla cum est in verbis, non debet admitti Voluntatis qvæstio, l. ille aut ille. 25. §. 1. de leg. 3.

In stipulationibus qvoties Ambigua oratio est, commodissimum est, id accipi, qvò res, de qvâ agitur, in tuto sit. l. qvoties. de V. O.

Ambigua Verba secundum intentionem proferentis sunt accipienda. l. si qvis intentione. ff. de jud.

In Ambiguis utilius accipiendum est. l. si qvis intentione. ff. de judic.

Ambigua Verba in delictis debent capi in meliorem & mitiorem partem. l. si præses. & l. pen. de pœn. l. hæ enim causæ. in pr. de susp. tut. latè Jas. in l. divortio. ff. sol. matr. col. 3.

Ambigua Responsio debet interpretari contra proferentem. l. Labeo. ff. de contrah. empt. & vendit.

Ambigua solutio pro meliori & certiori parte est interpretanda. l. creditorum. ff. de usur.

Ambi-

Ambigua Intentio ita accipienda est, ut res actori salva sit. l. in contrahenda. 172. §. 1. de diverſ. Regul. Jur.

Rebus in Ambiguis absolutum non debet esse judicium. c. fin. distin. 33.

In Ambiguis sententia humanior est proferenda. l. si fuerit. ff. de reb. dub.

Honoris Augmentum non Ambitione, sed labore ad unumqvemqve pervenire debet. l. sancimus. C. ad L. Jul. repet.

Ambitu murali fundos proprios, seu loca sui dominii constituta cuilibet vallare licet. l. per provincias C. de ædific. priv.

Amissum non est, qvod alteri non ablatum. l. nec utilem. 16. ff. ex qvibus caus. major.

Non videor Amittere, qvod habeo, qvod tamen credo, me non habere. l. mater decedens. §. cæterum. ff. de inofficios. testam.

Amissum in bello est, qvod propter belli causam amittitur. l. 1. §. 2. de Incend. ruin. naufr.

Qvod

Qvod non est, Amitti non potest. ff. qvib. mod. Usufr. amitt. l. 1. in Gl. in verb. non amitt.

Amor honestus solis animis æstimatur. l. 3. in pr. ff. de don. inter vir. & ux.

Non soli Atridæ Uxores suas amant. l. 13. §. 1. ad Leg. Juliam de adult.

Amoris furore nihil est vehementius, qvem retinere, philosophiæ est perfectæ. Novel. 74. qvib. mod. nat. fil. effic. legit. c. illud. 4. in pr.

Amor honestus non pendet ex lucro, sed ex animo solo. l. 3. ff. de jur. dot.

Amor paternus vincit omnem alium. l. isti qvidem. ff. qvod met. cauf.

Anima in principio suæ Creationis est, tanqvam tabula, in qva nihil depictum est, depingibilis tamen virtutibus, & scientiis.

Anima pro Vita. §. sunt præterea. Instit. de publ. judic. l. 22. C. de Episc. & Cler.

Anima sedendo & qviescendo fit prudens. 7. Phys. vid. Angel. §. 1. Instit. de offic. judic.

Anima

Anima est præferenda cæteris rebus. l. sancimus. §. pen. C. de SS. Eccles.

Animal non potest Injuriam facere. l. 1. §. 3. ff. si qvadrup. paup. Qvia sensu caret.

Animi destinatione qvæ peragenda sunt, non nisi verâ, & certâ Scientiâ perfici possunt. l. in totum. ff. de R. I.

Homo manum comprimere, non Animum mutare potest. c. sic hi in fin. dist. 47.

Animus prius, postea lingvas eruditas fieri oportet. ff. in proæm. §. illud.

Animum magis verba, qvam facta declarant. l. reculari. de acqvir. hæred. l. re conjuncti. de legat.

Animi infirmitas non excusat mores malorum. l. 1. C. si advers. del.

Annulatio actus est pœna agentis. l. turpia. in pr. de leg. 1. l. senatus de contrah. empt. l. non dubium. C. de Il. l. fin. C. de posth. hær. just.

Annum civiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus. l. anniculus. 132. de V. S.

Anna-

Annalia ad Agendum perpetua sunt ad Excipiendum. c. pure. §. fin. ubi. add. ratio. de dol. except.

Antecedenti concessô, etiam conceditur consequens. l. 2. de jurisdict. omn. Judic.

Ad Antidora naturaliter obligatur Beneficii acceptor. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred.

Antiqvitatis notitia necessaria est. §. Instit. de testam. ord.

Qvid Antiqvitas peccavit, qvæ præsentis legis insscia, pristinam secuta observationem ? l. jubemus. 29. C. de testam.

Antiqvius præfertur. Instit. de rer. divis. §. singulorum. Non tamen semper præfertur antiqvius, neqve est dignius. Auth. de Monach. §. fin. in pr.

Antiqvo sermone usus qvi affectat scribere, parum ejus libri grati habentur. l. 2. §. post hoc qvoqve de origin. Jur.

In Apibus princeps unus est: Grues unam sequuntur. 7. q. 1. c. in apibus.

A

A Posse ad esse non valet consequentia. l. si in vacuam. 34. in pr. ff. de acqvir. vel am. poss.

Sub Appellativo nomine facta dispositio, sublatô illô nomine non operatur. l. si anteqvam. de donat. int. Vir. & Uxor.

Apertum jus *dicitur*, qvando redditur ratio. l. à testatore. §. *ibi not.* ff. de condit. & demonstr.

Non Apparere, & non esse, paria sunt. l. in lege. 77. ff. de *contrah.* empt.

Approbari potest *factum*, & ejus qvalitas improbari. *l. Pomponius.* ff. de negot. gest.

Nemo debet ex parte *obligationem* Comprobare, ex parte tanqvam de iniqvâqveri. l. si ita in fin. ff. de oper. *libert.*

Approbatus improbari non potest. c. qvemadmodum. de jurejur. Gl. latissimè. in c. 2. de except. *l.* si uxor. *in fin.* ff. de Adult. & l. Pomponimus. ff. de Negot. gest.

Aptius ad bonum propinqvius est, si bono aptitudine qvam id, qvod est a-

ptum. Qvia, cum Instrumenta convenientiora habeat ad bonum, facilius excitatur ad actum, cum præexistat in potentia. l. ita. §. sub conditione. ff. de ll.

Aqvæ agmen, ex tuis prædiis ortum, sitientibus tuis agris, ad aliorum usum vicinorum injuriâ propagari, durum, & crudelitati proximum est. l. præses. 6. C. de servit. & aq.

Aqvas puras cùm haurire liceat, cur lutum mavis? Constit. Leon. 91. ut concub. haber. non lic.

Aqva viva est agri portio. l. is qvi m. ff. qvod vi aut clam.

Legibus qvæ definita sunt, mutari non licet, qvæ autem legibus expressa non sunt, Arbitrium humanæ voluntatis seqvuntur. 13. q. c. unaqvæq; circa fin.

Arbitrio libero non præscribitur. l. 1. §. ad hæc, junctâ Gl. in verb. pro soc. C. de ann. except.

Arbor propter motum naturalem non ita in suo statu & loco manet, qvemadmodum paries. l. qvod autem ff. de servit. urban. præd.

Ficus

Ficus & olea longiori intervallo, qvam cæteræ Arbores seri debent. l. fin. ff. fin. regund.

Arcana alieni Regni non convenit scrutari. l. mercatores. C. de comm. & mercat.

Qvi fraudulenter ambulat, Arcana revelat, qvi autem fidelis est, celat animi commissum. Qvæ viderunt oculi tui, non proferas in jurgio citò, ne postea emendare possis, cùm de honestaveris amicum tuum. §. q. §. c. qvi ambulat.

Argumentum à contrario sensu fortissimum est injure. l. 1. §. hujus rej. ff. de offic. ejus. cui mandat. est Jurisdict.

Argumentum à contrario sensu an, & qvando locum habeat. vid. Specul. de disp. & alleg. §. potest. vers. vel non obstat & Alex. in l. 1. ff. de offic. ejus.

Argumentum à contractibus ad ultimas voluntates valet. l. servum. §. 1. fil. & l. qvi chirograph. de legat. 1. vid. Dec. in l. in testamentis. ff. de regul. Jur.

Arma sine flagitio non perduntur,

sed turpiter. l. 2. §. 2. ff. de captiv. & postlim. reverſ.

Arma nemo contra ſeparare tenetur. l. 1. C. de edend.

Prætor ad Arma & rixas non patitur procedere eos, qvos poteſt ſuâ jurisdictione componere. l. congruit. ff. de offic. præſid. l. 13. §. 3. ff. de uſufr. & qvem qvis ut. fru.

Armorum appellatione continentur fuſtes & lapides. l. armorum. ff. de V. S. §. qvi autem. J. de interd.

Armis egent Leges. l. qvi reſtituere. ff. de rei vindic.

Nec nudi contendere, nec Inermes Inimicis nos debemus opponere. 3. q. 2. c. oportet.

Armis arma repellere licet. l. 1. ff. de vi & vi armat. §. vim vi. & l. 3. §. cum ergò eod. tit.

Arrha eſt argumentum venditionis. in pr. Inſtit. de empt. vendit.

Nihil eſt impudentius Arrogantiâ Ruſticorum, qvi garrulitatem autoritatem putant. Diſtin. 46. in pr. Arro-

Arrogantia nefandorum hominum omnibus modis opprimi debet. l. unic. C. de privat. Carcer.

Arrogantia est ruina diaboli, dist. 48. in pr.

Arrogantia non ita caveatur, ut veritas relinqvatur. 22. q. 2. c. non ita.

Ars imitatur naturam, in qvantum potest. §. minorem. Instit. de adopt. l. adoptio. 16. ff. de adopt.

Ars & Natura nihil frustra operantur. l. qvibis idem. de stipul.

Ars est artium regimen animarum. c. cum sit. de ætat. & qvalit.

Frustra qværitur Ars, ubi natura operatur. l. si in duobus. §. 1. ff. qvem. testam. aper.

Ubi Ars, vel natura operatur, frustra ministerium hominis reqviritur. l. si in duobus. §. 1. qvem. testam. aper.

Adhibenda est fides peritis in Arte. ff. de ventr. in poss. mittend.

Artes omnes, etsi vilissimæ sint, tamen infinitæ sunt; hæc sola scientia finem

nem habet mirabilem. de jur. doc. ration. §. 5. in fin.

Artibus in discendis otium est accommodandum. l. 1. C. de excus. artific.

In Arte peritorum autoritas seqvenda l. 1. pr. ff. de offic. prætor. l. septimo ff. de stat. homin.

Artificium per Exercitium suscipit incrementum. l. legat. servis. §. ornatricibus de legat. 3.

Casum appetit, qvi ad summi loci fastigia, postpositis gradibus, per abrupta Ascensum qværit. c. sicut. dist. 48.

Asseveratio, vel professio nuda Veritati non præjudicat. l. neq;. C. de testam.

Assveta relinqvere, durum est. l. præcipiunt. 37. ff. de ædil. edict.

Avaritia est radix omnium malorum, vel mater. in auth. ut judices. §. in fin. col. 2.

Avaritia legitimis ictibus est ferienda. l. si qvis suo. 33. C. de inoffic. testam.

Avaritiâ tenti domini magnam pecuniarum molem non efflagitent. l. fin. verſ.

verſ. & ne avaritia. C. de Jure Emphyt.

Avaritia Idolorum eſt ſervitus 1. q. 1. c. cum omnis.

Aucupium non licet facere in alienis agris, nolente domino. l. Divus. ff. de ſervit. ruſtic. præd.

Audacia, qvæ vertitur circa licita, approbatur. l. gallus. §. videndum, ff. de liber. & poſthum.

Audacia Mulierum eſt reprehendenda: qvia non licitum, injicere manus in viros ſuos. in auth. de nupt. §. rurſus.

Aures humanæ talia verba noſtra judicant, qvalia foris ſonant. Divina verò judicia talia foris audiunt, qvalia ex infimis proferuntur, nec debet intentio ſervire verbis, ſed verba intentioni. 22. q. 5. c. humanæ aures.

Aurum habet Eccleſia, non ut ſervet, ſed, ut erroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. Qvid eſt opus cuſtodire, qvod non adjuvat? 12. q. 2. c. aurum.

Aurum ſacramenta non qværunt, neqve auro placent, qvæ auro non emuntur. 12. q. 2. d. c. aurum.

Autoritates Medicorum, Philosophorum, & Poëtarum sunt allegandæ & tenendæ. l. septimo menſe. ff. de ſtat. homin.

Qvanto celſior gradus, tanto major Autoritas invenitur. c. qvamvis. diſt. 21.

Autoritas Judicis Prædoni poſſeſſionem reſtituet. 3. q. 1. c. DEus, in fin.

Authoritates divinæ poſſunt allegari in cauſis, tanqvam leges. Auth. qvemad. oportet Epiſc. §. qvinta.

Autoritas & dignitas in Republ. ſervari debent. l. 1. §. ſecundo loco. ff. de poſth.

Autoritatem non præſtat ſola corporis præſentia. l. 1. in fin. ff. de aut. & conſ. tut. & cur.

Auxilium ſuum nemini debet auferri. l. ſi verò 8. in pr. ff. de bon. libertor.

Auxiliô indigent novô, qvæ de novo emergunt. l. de ætate. 11. §. ex cauſ. 8. ff. de interrog.

B.

BEllum juſtum permiſſum eſt. l. ex hoc Jure. ff. de J. & J. Amiſ.

Amissum in Bello est, qvod propter causam amittitur. l. 1. §. 2. de Incend. ruin. naufr.

Ubi belli jus est, ibi jus usuræ. 14. q. 4. c. fin.

Belli calamitas qvod introduxit, hoc pacis lenitas sopit. l. 1. in pr. C. de Caduc. tollend.

Bellum debet esse necessitatis, ut liberet DEus à necessitate, & conservet in pace: non enim pax qværitur, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax acqviratur. 23. q. 2. c. nol.

Bella per DEum sunt refrænata, pax decorata, & status Reipubl. sustentatus. l. 1. C. de veteri jure enucleat.

Beneficium personale cum personâ extingvitur. l. qvi 13. ff. sol. mat.

Interest hominis, hominem Beneficio affici. l. servus. 7. ff. de serv. export.

Beneficiô nos adjuvari oportet, non decipi. l. in commodato. §. 3. in fin. commod.

Beneficium invito non datur. l. invito. 69. ff. de R. I.

Personæ Conditio ubi locum facit Beneficio, ibi deficiente eâ, beneficium qvoq; deficit. l. in omnibus. 68. ff. de R. I.

Creatura omnis naturaliter movetur ad Benefaciendum ei, qvi sibi benefacit. l. sed & si lege §. consuluit. ff. de pet. hæred.

Ratio, vel usus neminem cogit, cui non vult, de proprio facere Beneficium. 10. q. 2. c. precariæ.

Prætor Beneficium suum nemini vult esse captiosum. l. Paulus. 8. ff. de stipul. prætor.

Nemo ex Benefacto suo in periculum trahi debet. l. ne exliberalitate. ff. de re judic.

Beneficium voluntarium magis est præmiandum, qvàm necessarium. l. qvi ex causa ff. de bon. liber.

Beneficium propter aliqvem concessum in eundem minimè retorqvendum. l. si judex in fin. de minor.

Beneficia latè, Privilegia strictè interpretantur. l. pen. de constit. princ. junc-

ta.

etá. l. si qvando. C. de inoffic. testam. l. qvod verò contra. de ll. l. 2. C. de nox. act.

Beneficium Principis (aliàs judicis) debet concedi sine alterius præjudicio. l. 2. §. merito. ff. ne qvid in Republ. l. 2. C. de prec. Imper. offer.

Beneficium Juris nemini auferendum. in regula. Juris, indultum. in 6. in auth. de nupt. §. si verò.

Beneficium Principis latè est interpretandum. l. fin. ff. de Const. Principum.

Beneficiò pro novô vetus qvi elegerit, gravamen sibi imputet. l. scimus. 22. §. fin. autem. 14. C. de jur. delib.

Beneficia non in cujusqvam Injuriam tribuere, moris est nostri. l. nec avus. 4. C. de emancip. liber.

Beneficium ex eo non debet qvisqve consequi, cui renunciasse tacitè videtur. c. cum olim. de cens.

Beneficium datur propter officium. c. fin. de rescript. in 6.

Beneficium Ecclesiasticum non potest

sine Institutione Canonicâ obtineri. c. beneficium. de R. I. in 6.

Beneficium abstinendi (ubi agitur de favore abstinentis) non impedit affectus suitatis. l. filius. de acqvir. hæredit.

Benedicere eum aliis, qvi Vulnera sua curare debet, conseqvens non est. c. presbyter. dist. 28.

Benigniora in dubiis semper sunt præferenda. l. semper. 56. ff. de R. I. l. cum inter. 14. in fin. C. de fideicom. libert.

Qvod qvis Benignè contulit, fraudis consilio non revocet. l. 65. in fin. ff. de ædil. edict.

Benignitas rigori præfertur. l. fin. in fin. ff. de offic. præsid. & l. placuit. C. de judic. l. si tibi pecuniam. in fin. si cert. pet. l. si tibi de donat.

Benigniùs leges interpretandæ sunt, ut voluntas earum conservetur. l. benignius. ff. de ll. & SCtis.

Benignitas ad misericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. Novell. 163. de relevat. tribut. in pr.

Bis

Bis factum dicitur, freqventer factum, & ter factum dicitur sæpissimè factum. Rochus. ubi plura allegat. in c. fin. 77. coll. in fin. de consvet.

Legislatores prætereunt, qvod semel, aut Bis fit. l. 6. ff. de ll.

DEus non judicabit Bis id ipsum. c. presbyter. distin. 81.

Ut bis idem petatur, bona fides non patitur. bona fides. ff. de R. I. c. bona fides eod. in 6.

Incredibile non videtur, ut eadem portio Bis eidem debeatur. l. Mævius. 66. in pr. de legat. 2.

Bona sua Conferant, qvi appetunt paterna. l. 1. in pr. ff. de coll. bonor.

Bona non intelliguntur, nisi deductô ære alienô. l. subsignatum 39. §. 1. ff. de V. S.

Nihil de suô videtur reliqvisse, qvi qvod relinqvit, omni modo reddere debuit. l. unum. 67. §. 1. de legat.

Bona præstantissima inter homines

sunt: Justitia, & Benignitas, qvarum Altera æqvabiliter suum cuiqve tribuit, neqve aliena appetit. Altera ad misericordiam decurrit, & debitorum in commoditate egentes liberat. Novell. 163. de relevat. tribut. in pr.

Bona Ecclesiæ sunt bona pauperum. Auth. de non alien. aut perm. reb. Eccles. iisdem coll. 2.

Bona presbyterorum, vel clericorum, sine hærede decedentium, Ecclesiis debent assignari. l. si qvis presbyter. C. de Episc. & cler.

Ad Boni viri modum est referendum, ut ad qvalitatem utendi. l. item. 9. in fin. ff. de usuf. & qvem.

Bonum nullum est, nisi voluntarium. 20. q. 3. c. præsens.

Bonis publicatis qvod postea acqviritur, non seqvitur fiscum. l. si mandavero. 22. §. 15. 5. ff. mandat.

Bonitas loci æstimari non potest, qvi non exstat. l. si servum 4. §. 1. ff. de act. empti & vend.

Bono

Bono melius inveniri potest. l. ubi. 75. §. 2. de V. O.

Ubicunqve ex Bonô, & æqvô agitur, non est curandum de apicibus Juris. l. si fidejussor. 29. §. qvædam. ff. mandat.

Bonum est, habere bonum nomen. l. 1. §. hanc enim. C. de summ. Trin. & fide Cathol.

Bonum qvantò communius, tantò melius vel dignius. in auth. de restit. & ea qvæ parit. 11. mense. §. liceat. coll. 4. l. un. in fin. C. de cad. toll.

Bonum publicum & commune præferendum privato. in auth. de non alien. & permut. §. oportet. enim. coll. 2.

Bonum, ex malè gesto proveniens, non excusat delinqventem. l. 3. §. in illo. de re milit. c. relegentes. 23. q. 5.

Bonum prohibetur ratione mali consequentis. c. ita ergò & ibi Gloss. 22. q. 1.

Bonum est vitandum, si ex eo potest descendere malum. Abb. in c. cum ab omni. in 2. notab. de vit. & bon. cler.

Bovis triturantis os non est ligandum. c. ex-

c. exstirpandæ. de præbend. & dign.

Boves magis armamentorum, qvàm jumentorum genere appellantur. l. boves. ff. de V. S.

C.

MUlta Cadunt inter calicem, & suprema labra. l. naturalem. §. 1. in fin. de acqvir. rer. domin. §. ferè. Instit. de rer. divis.

Multa Cadunt inter os, & offam. §. illud qvæsitum Instit. de rer. divis.

Interest publicè, ne Cadavera jaceant insepulta. l. sunt personæ. 43. ff. de relig. & sumpt. funer.

Ex errore Calculi dierum sæpè Causas esse periclitatas, cognitum. est. l. cum 4. §. 1. C. de tempor. & reparat. appell.

Calculi ratione, non maleficii hæredes tenentur. l. Sabinum. 29. ff. dol. mal.

Calamitas major in futuro metuitur: de tam siniſtro principio, qvis felix exitus seqvatur? 1. q. 1. c. fertur. §. cum ergò.

Cancellatum chirographum qvocunqve casu, nondum soluto debito, transfert

fert onus probandi in Creditorem, ut ostendat, pecuniam vel totam, vel partem ejus adhuc deberi: puta, si probaverit, deletionem chirographi se invito factam. l. 1. ff. de his qvæ in testam. delentur &c.

Canicies hominum prudentia est. c. porrò. dist. 84.

Canones sacros non minùs, qvam leges valere, etiam leges volunt, & qvæ sacris visa sunt canonibus, obtinent in illis, perinde, ac si civilibus inscriptum legibus. l. sacris. 45. C. de Episcop. & cler.

Qvando aliqvid lege Canonicâ est clarè decisum, de jure civili autem dubium est relictum, lex Canonica servatur in utroqve foro, civili & canonico. Panorm. hanc tradidit regul. in c. 1. extr. de nov. oper. nunc.

Leges non dedignantur Canones sacros seqvi. Novell. 83. ut cler. apud propr. in fin.

Canones sacri arctari non debent grammaticis regulis. c. indignum. distin. 44.

Ca-

Canones sacri passim appellare permittunt. c. cum sit. de appell.

Caput est pars hominis præcipua, per qvam cognoscimur. l. cum in diversis. 44. ff. de religios. & sumpt. fun.

Ad Caput homo cognoscitur. l. cum in 44. ff. de religios. & sumpt. funer.

Caput noxa seqvitur. l. 2. in pr. ff. si ex noxal. caus. l. sed si. §. 17. §. 7. ff. de Injur. l. licet 4. C. an serv. pro suo fact.

Capite ægrotante omnia membra ægrotant. in c. sicut. 7. q. 1.

Carnem suam nemo unqvam odio habuit. 13. q. 2. c. non æstimemus.

Castigatio levis permissa est docenti. l. sed etsi. 5. in fin. ff. ad L. Aqvil. l. 13. §. 4. locat. 5. q. 5. c. non osculatur.

Castitas est vitæ præferenda l. 2. §. & cum placuisset. 24. de origin. juris.

Virginitas, & Castitas corrupta restitui non potest. l. un. in pr. C. de rapt. virgin.

Castitas sola cum fiducia DEO potis est hominum animas præsentare. Novell. 14. de lenonib. §. sancimus. 1. Ca-

Casus adventitii computandi non sunt. l. Julianus. 6. qvi & à qvib. manumiss.

Nemini Casus, sed culpa imputatur. l. si ex plagiis. §. fin. ad L. Aqvil. l. 23. de regul. Jur.

Charitas est radix omnium bonorum. c. qvisqve de pœn. distin. 2.

Charitas ordinata incipit à se ipsâ. l. præses. 6. C. de servit. & aqva.

Charitas est fons proprius, cui non communicat alienus. c. licet. in fin. de regul.

Charitas inter opera non minimum est, errantem ab erroris sui semitâ revocare. c. inter opera. de spons. & matr.

Cavillationis natura est, ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes, disputatio ad ea, qvæ evidenter falsa sunt, perducatur. l. natura. 177. d. V.S. Cavalcan. elegant. lib. 4. cap. 466.

Causa naturalis inhibet repetitionem. l. pen. in fin. ff. qvod qvisqve Juris in alium stat.

In

In Causa pari melior est conditio occupantis. l. pluribus. 32. de procur.

Causam perpetuam non habet, qvod manu fit. l. foramen. 28. ff. de servit. urban. præd.

A Causa originali Actus regulariter judicari solet. l. in Commodato. §. sicut. ff. commodat. not. G. in l. certi Condictio. in verb. ex omni causa. ff. si cert. pet.

Causa limitata limitatum parit Effectum. l. in agris. 16. ff. de acqvir. rer. domin.

Causæ multæ, & innumerabiles rebus incidunt mortalium, per qvas homines jugiter retinere, qvod habent, non possunt. l. corruptionem. 16. §. 1. C. de Usufr. & habit.

Causâ debet præcedere ipsum Effectum. l. qvod dictum. ff. de pact.

Causa cessante debet cessare Effectus. l. generaliter. C. de Episc. & Cleric.

Causâ finali unâ cessante, cessare debet Effectus. l. liberorum. §. 1. ff. de his. qvi not. infam. & §. affinitatis. Instit. de nupt.

Causa

Causa finalis diligenter inspicienda. l. verum. §. 2. de furt.

Causæ, & causati idem est judicium. l. si autem. in fin. de aq. pluv. & l. non ideo. C. de hæred. instit.

Causarum suæ causæ esse non potest. l. qvod per manus. ubi Gl. de jur. Codicill.

Causa proxima magis attenditur, qvã remota. l. ligni. in fin. de legat. 3. l. sed & si plur. §. arrogat. de vulg.

Causa cognoscitur ab Effectu. l. non codicillum. C. de testam.

Cautioni non est locus, per qvàm jus libertatis infringitur. l. Titio centum. 71. §. Titio. de condit. & demonstr.

Cura, Cautiùs negociari. l. incivilem. C. de furt.

Qvi allegat, Cautionem à se scriptam indebitè expositam fuisse, is probare debet, sub distinctione, qvæ tractat. in l. cum de indebito. §. si. autem cautio.

Cautio privatorum legibus refragari non debet. l. qvod bonis. 15. ff. ad L. Falcid.

Cau-

Cautio propter incertum interponitur. l. 11. §. 1. ff. de collat.

Cautionis plus est in re, qvàm in persona. l. plus. 15. ff. de R. I.

Necessariorum Prætermissio nocet, non abundans Cautela. l. testamentum. C. de testam.

Cautela abundans non nocet. l. testamentum. 17. C. de testam. l. non solent. 94. de R. I.

Cautela illa laudabilis est, in qva totum ratio agit, & furor nihil sibi vindicat. 11. q. 3. c. illa præpositorum.

Cautè supplendum, qvod incautè prætermissum. c. pastoralis. de sacra Unct.

Census, & monumenta publica testibus sunt potiora. l. 10. ff. de probat.

Census omnis ad qvid, & qvando persolvi debeat, præsciatur. c. licet. de Censib.

Certa sunt omnia apud rerum naturam. l. sed etsi. 28. §. fin. ff. de judic.

A Certo propter incertum non est receden-

cedendum. l. partum. C. de rei Vindicat.

Certum aliqvid esse à Principio, vel certificare ex postfacto. l. qvidam relegatus. ff. de reb. dub.

Certa qvæ sunt, per rerum naturam non morantur Obligationem, licèt apud nos incerta sint. §. Conditiones. 6. Instit. de V. O.

Certum propter Incertum non derelinqvendum l. 1. §. sed & si mutuæ ff. de in lit. Jur. & l. partum ancillæ. C. de rei vind.

Chirographum cancellatum qvoqve casu, nondum soluto debito, transfert onus probandi in Creditorem, ut ostendat, pecuniam, vel totam, vel partem ejus adhuc deberi: puta, si probaverit, deletionem Chirographi se invito esse factam l. 1. ff. de his qvæ in testam. delentur &c.

Cibus ubi cœpit, ibi finis factus est mundo. c. sexto. in pr. distin. 5.

Cicatricum, & deformitatis nulla habetur æstimatio. l. 7. ff. de his qvi dejec. vel effud. Cir-

Circuitus sunt vitandi. l. dominus. 53. ff. de Condict. indeb. Clement. auditor. de rescript.

Civitas illa justissimè ordinata traditur, in qva qvisqve proprios nescit affectus. c. 1. distin. 6.

Clam facit, qvi Controversiam se habiturum putat. l. qvo. 73. §. 2. de R. I.

Clam delinqventes, ut Contumaces, plectuntur. l. fin. ff. de rit. nupt.

Legum nihil est proprium, sicut Claritas. Novell. 107. de testam. imperf. c. nos igitur. 1.

Clavibus traditis, *Possessio tradita* videtur. l. clavibus. 74. ff. de contrah. empt.

Clausula generalis plura continens ad omnia refertur. l. talis scriptura. ff. de legat. 1.

Clausula generalis, non refertur ad ea, qvæ nominatim non sunt expressa. l. doli clausula. ff. de V. O.

Clementia facit nos pares DEO. l. imperialis. C. de nupt.

Clementiæ, & severitatis gloria non

est

est affectanda. l. perspiciendum. 11. in pr. ff. de pœn.

Publicè interest, Cloacas & Rivos purgari, ne Aëris salubritas inficiatur. l. de pupillo. §. si qvis rivos. de oper. nov. nunc.

Coacta Voluntas, est Voluntas. l. si mulier. 21. §. 5. ff. qvod met. caus.

Coacta Voluntas habet excusationem. l. si servum. C. de sepulch.

Cœlum, qvod supra solum est, liberum esse debet. ff. de servit. urban. prædior.

Dies Cœpta pro impleto habetur. l. qvâ ætate. 5. ff. de testam.

Cœpisse benè, sufficit, licèt diversus Effectus sit secutus. l. sed an ultrò. ff. de negot. gest.

Nemo seipsum Cogere potest. l. ille. §. 4. ff. ad SC. Trebell. l. 2. §. 8. ff. si qvis Caution.

Magnoperè præcavenda sunt, qvæ recipi non possunt sine Decoloratione. 1. q. 7. c. etsi illa.

Omnis Colorata causa excusat à dolo. cauſ. *l.* igitur, ubi Gl. de liber.

Conferant bona ſua, qvi appetunt paterna. l. 1. in pr. ff. de Collat. bonor.

Nihil tam naturale eſt, qvàm eo genere qvidqve diſſolvere, qvo Colligatum eſt. *l. nihil.* 35. ff. de R. I.

Commendare perſonam, aliud eſt, aliud, Voluntatem ſuam fidei committentis hæredibus inſinuare. l. fideicommiſſ. §. ſi ita qvis ſcripſerit, ff. de legat. 3.

Commendandi cauſâ Verba generaliter prolata non obligant. *l.* ſciendum. ff. de ædil. edict.

Committere cuiqve ſua, juſtum eſt. *l.* nemo. 9. C. de judæ. & cælic.

Svavius peccatum, in Committendo, qvàm in omittendo. l. Metrodorum. ff. de pœn.

Commodatum debet eſſe gratuitum. *l.* ſi rem tibi. §. ſi cum unum. ff. de præſcript. verb. & Inſtit. de locat. conduct.

Commodata res intelligitur tunc propriè, cum, nullâ mercede acceptâ vel con-

constitutâ, res tibi utenda data est, alioqvi mercede interveniente locatus tibi Usus Rei videtur. §. Commodata. Instit. qvib. mod. re contrah. obligat.

Commodum debet esse ejus, cujus est periculum. Instit. de empt. vendit.

Omne Commodum cum suo onere pertransit. l. cum fisco ad Sylla. l. secundùm naturam. ff. de R. I.

Commoda cujusqve rei eum seqvuntur, qvem seqvuntur incommoda. l. secundum. 10. ff. de R. I. l. 1. §. eumq;. 9. C. de rei uxor. act. Clement. 1. de Censib.

Communio turpis, & fœda delictorum est. l. qvod autem. 53. ff. pro socio.

Ad Communionem nemo invitus compellitur. l. si non fortem. 26. §. 4. ff. de Condict. Indebit. vel invitus detinetur. l. 5. C. comm. divid.

De Communi reficitur, qvod Usum, & Utilitatem communem habet. l. 2. §. 12. in fin. ne qvid in loc. publ.

Communi re possum invito socio uti ad hoc, qvod mihi prodest, & illi non no-

ceat. l. fistulam. §. fin. ff. de servit. præd. urban.

Communis Utilitas præfertur privatæ. l. actione. 65. §. ff. pro socio. l. utilitas. 4. C. de primipil. Ut & publica.

DeCommuni nemo dicat, hoc est meum. 12. q. 1. c. cum *nulli* Episcopor.

Communis *Utilitas* speciali Utilitati præfertur. c. licet. de regular. *in* auth. de non alien. & permut. §. oportet enim. coll. 2.

Bonum qvantò Communius, tantò melius & dignius est. *in* auth. de rest. & c. qvæ parit. 11. Mense. §. liceat, coll. 4. l. unic. in fin. C. de cad. toll.

A Communiter Accidentibus seqvitur præsumptio Veritatis. l. neqve natales. C. de probat.

Utilius videtur, negociatam Causam compendio expedire, qvàm per qvandam exactam subtilitatem longô dispendiô prorogari. c. Abbate in fin. de sent, & re judic.

Legatum hominis orationis Com-

pen-

pendio singulos homines continet. l. Mævius. 6. §. 3. ff. de legat. 2.

Compensandum est omne Incommodum aliqvo commodô. l. 1. §. fin. ff. de aqv. pluv. arcend.

Compensare, & solvere, paria sunt. l. si debitor. ff. qvi pot. in pign. hab. l. si peculium. §. de illo. ff. de stat. liber.

Computatio fit de Momento, in Momentum. l. deniqve. §. minorem. 3. ff. de minorib. 25. annis.

Conceduntur qvædam per obliqvum, qvæ non concederentur directò, Et conseqvimur qvædam per alium, qvæ per nos consecuti non essemus. l. Aristo. ff. qvæ res pignor. vel hypoth.

Multa Conceduntur per Importunitatem, qvæ aliàs non concederentur. l. 1. C. de pet. bon. sublat. lib. 10.

Concedens bona, etiam obligationes concedere videtur. l. princeps. 21. ff. de V. O.

In generali Concessione non veniunt ea, qvæ qvis non esset verisimiliter in

ſpecie conceſſurus. c. in generali. de R. I. in 6.

Conceditur aliqvid, ne res pereat, qvod aliàs non permitteretur. l. Divus Pius. §. ſed & ff. de petit. hæred.

Conceſſum à Principe beneficium decet eſſe manſurum. c. decet de R. I.

Deteſtanda Iniqvorum perverſitas abſtinere neſcit à Vetitis, nec gaudere debito modo Conceſſis. c. deteſtanda. de conceſſ. præbend.

Non Conceſſum, intelligitur prohibitum. l. 1. ff. de colleg. illicit.

Conceſſo Antecedente, etiam conſeqvens conceditur. de Jurisdict. omn. Judic.

Conceſſô unô, conceduntur omnia, ſine qvibus id explicari non poteſt. l. 2. ff. de Jurisdict.

Conceſſio ſimplex civili modô debet intelligi. l. ſi cui. 9. in pr. ff. de ſervit.

Plus valet, qvod verè agitur, qvàm qvod ſimulatè Concipitur. C. plus valere qvod agitur. l. ſi donationis cauſa. C. de contrah. empt. vendit. Con-

Concordia pretiô conciliari non debet. l. 3. in pr. ff. de donat. int. Vir. & Uxor.

Concordia maritalis lucro est præferenda. l. reprehendenda. C. de Institut.

In Concreto, & non in Abstracto Leges intelligi debent. l. si rem. in pr. ff. de Rei Vindic.

Conditio, in fraudem Legis adscripta, pro non scripta habetur. l. Sejus & Agerius. 27. in fin. ff. ad L. Falcid.

Jure Civili receptum est, qvoties per eum, cujus interest, conditionem impleri, fit, qvò minùs impleatur, ut perinde habeatur, ac si conditio impleta fuisset. l. Jure Civili. ff. de condit. & demonstrat. l. Julius. 81. ff. eod.

Actus legitimi, qvi non recipiunt Conditionem, & diem, per temporis vel Conditionis Adjectionem, vitiantur. l. actus. 77. ff. de R. I. c. Actus legitimi. eod. in 6.

Conditionalis, Actus non nisi impletâ Conditione, perficitur. l. hæc vendi. in pr. ff. de contrah. empt. Con-

Conditio tota aut extare, aut deficere debet. l. qvi qvadraginta. §. 1. ff. ad L. Falcid.

Cum non ſtat per eum, ad qvem pertinet, qvo minus Conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet. c. cum non ſtat. de R. I. in 6.

Diſpoſitio facta ſub Conditione, qvæ omninò extitura eſt, purè videtur facta. l. ſi pupillus. §. qvi ſub Conditione. ff. de renov.

Fato non ſufficit Conditiones impleri. l. 2. ff. de Condit. & demonſtr.

Contrahens cum alio, vel eſt, vel debet eſſe non Ignarus Conditionis ejus. l. qvi cum. 19. ff. de diverſ. R. I.

Conditio non videtur repetita, qvæ inutile legatum fecit. l. ſervo. 113. §. 4. de legat.

Conditio impoſſibilis pro non ſcriptâ habetur. §. impoſſibilis. Inſtit. de hæred. Inſtit.

Conditio videtur impleta, qvando non ſtat per eum, qvi vult adimplere. l. dedi.

dedi. §. fin. ff. de condict. sine caus. dat. caus. non secut.

Conditio, qvæ personæ cohæret, immutari non potest. l. ea qvidem. C. mancip. ita fuer. al. ut man.

Conditio non remittitur, sicut Jusjurandum, in stipulationibus, legatis, fideicommissis, & mortis causa donationibus remitti solet. l. qvi sub conditione. §. de condit. Instit.

Conditionis melioris esse non debeo, qvàm autor meus, à qvo jus in me transit. l. in his. 175. ff. de R. I.

Conditionis melioris esse non debet malè agens, qvàm benè. l. non solùm. de noxal. act.

Conditione meliore non debet frui stultus, qvàm prudens. l. Servus. ff. qvod vi aut clam.

Conditionem sufficit impletam esse, sive in vita, sive post mortem testatorum. l. si qvis hæredem. C. de Instit. & substit.

Conditio ex Accedenti scindi non debet. l. cui fundus. 56. in fin. ff. de condit. & demonstr.

Conductio nulla est in uno Nummo. l. si qvis. 10. in fin. ff. de acqvir. vel amittend. hæred.

Confessiones falsæ naturalibus convenire debent. l. confessionibus. ff. de Interrogat.

Confessiones testatorum in ultima Voluntate, si in fraudem videantur adjectæ, nihil prosunt eis ad relevandam probationem, pro qvibus adjiciuntur. l. qvidam. ff. de probat.

Confessio omnis Rei periculosa est, & adversùs qvemlibet admitti non debet. 15. q. 3. c. fin.

Non à Confirmato, sed à Confirmante Actus denominatur. l. testamento. de testam. tut. l. si qvis ad Trebell.

Confusio Rerum & Nominum evitetur. l. fin. C. de legit. tut.

Conjecturæ nullus est locus, in eo, qvod tempore, & facto finitum est. l. continuus. 137. §. 2. in fin. de V. O.

Dispositio facta in uno conjunctorum, ad reliqvum extenditur. l. ancillæ. C. de furt.

In

In Conjunctis Ordo non attenditur. l. qvidam teſtamento. de pecul. legat.

Sæpè Conjuncta pro disjunctis accipiuntur, & è contra. l. ſæpe. 53. ff. de V.S.

Verba ubi Conjuncta non ſunt, ſufficit, alterutrum eſſe factum. l. in eo. 110. §. 3. ff. de R. I.

Connexorum idem eſt judicium. l. eum actum. 17. ff. de negot. geſt. l. qvæ religioſis. 43. ff. de rei vindic.

Conſangvinitatis neceſſitudo non epiſtolis, ſed natalibus, vel adoptionis ſolennitate conjungitur. l. non epiſtolis. C. de probat.

Conſcientia nihil aliud eſt, qvàm ſecretum, & infallibile facti noſtri judicium, & mille teſtis. Qvintil. Orat. Inſtit. lib. 5.

Conſcientiæ puritati non deſit judicium rationis, ne, unde Spiritualis profectus qværitur, Salutis diſpendium ſubſeqvatur. c. non ſolum de regular. in 6.

Judex non habet duplicem Conſcientiam, ſed unam à DEO inditam, cujus

Certitudinem in judicando seqvi debet. l. eadem. ff. de fer.

Conscientiæ qvi fidit, & negligit Famam, crudelis est. 22. q. 1. c. nolo. in pr.

Conscientia ad Gehennam deducit eum, qvi fecit contra eam. c. literas. §. horũ autem assertione. de restit. Spoliat.

De Conscientiâ alienâ nemo interrogari debet. l. fin. C. de accus.

Contra Conscientiam qvod fit, id omne ad Gehennam ædificat. c. omnes. 28. q. 1.

Recurrendum semper ad proprium Cor, ut nullius lingva ibi implicet, ubi Conscientia non accusat, qvem enim defendit Conscientia, liber est. 11. q. 3. c. in cunctis.

Consensus, & Error in eodem subjecto esse non possunt.

Consentire expresse, plus est, qvam minimè Consentire. c. majores. circ. fin. de baptis.

Consensus privatorum non dat Jurisdictionem. l. privatorum. C. de jurisdict. omn. judic.

Con-

Consensum reqvirit Emptionis Venditionis Contractus. l. 2. C. de contrah. Empt. Vend.

Fraudare nemo videtur eos, qvi sciunt, & Consentiunt. l. nemo. 14. ff. de diverſ. R. I.

Consentienti non fit Injuria, neq; dolus. c. scienti. de R. I. in 6.

Consentit, qvi causam contradicendi non habet, l. dotem. 37. ff. solut. matrim.

Consentire non videtur, qvi sentire non potest. l. si tibi. 8. §. 2. de opt. legat.

Consentientes & scientes non fraudantur. l. qvod autem. 6. §. 9. ff. qvæ in fraud. credit.

Consentire non videtur, qvi errat. l. nihil. 116. in fin. ff. de R. I.

Consensus liber dici non potest, qvi in alieno Arbitrio reservatur. c. super eo de condit. appositi.

Antecedenti concessô, Conseqvens etiam conceditur. l. de Jurisdict. omn. Judic.

Multa in Conſeqventiam permittuntur, qvæ principaliter denegantur. l. 1. §. 7. in pr. ff. de aut. tut.

Qvod ex Diſpenſatione introducitur, ad Conſeqventiam regulæ generaliter trahi non debet. c. Apoſtolica diſt. 56.

Qvod contra Rationem introductum eſt, non debet trahi ad Conſeqventiam. l. qvod verò. ff. de ll.

Qvod Principaliter non licet, nec incidenter, vel per Conſeqventiam permiſſum eſt. l. Athletas. 4. §. ait prætor. 2. verſ. ſive autem. ff. de his, qvi not. infam.

Conſilium ſuum nemo mutare poteſt in alterius Injuriam. l. nemo. 75. ff. de R. I.

Conſilii illius magis teneatur ſententia, cujus antiqvior, & potior exiſtit authoritas. c. domino ſancto. diſt. 50.

Omnia, qvæ Conſilio rectè geruntur, jure meritoqvè effectu, & firmitate nitentur. l. dubium. 3. C. de repud.

Ex Conſilio nemo obligatur, etſi non expediat ei, cui dabatur, qva liberum eſt cuiqve

cuiqve, apud se explorare, an expediat sibi Consilium. l. 2. in fin. ff. mandat.

Fraus non ex Eventu duntaxat, sed ex Consilio qvoqve desideratur. l. fraudis. 79. ff. de diverſ. R. I.

Neceſſe eſt, Reipubl. per unum Conſuli. l. 2. §. noviſſimè. 11. de Orig. jur.

Conſilium neminem obligat, nisi sit fraudulentum. l. 2. §. tua gratia. ff. mand.

Conſilio & deliberatione omnia facienda ſunt. l. placet. C. de SS. Eccleſ.

Sapientis eſt, Conſilium mutare. l. nonnunqvam. ff. de collat.

Satis & abundè ſufficit, vel in una ſpecie per amici laborem domino Conſuli. l. tutores. 39. §. 2. ff. de adminiſtr. & pet. tut. l. tutor. 20. de negot. geſt.

Qvæcunqve ſpecialiter lege vel SCto, vel Conſtitutione Principum tribuuntur, mandatâ Jurisdictione non transferuntur; Qvæ verò Jure Magiſtratus competunt, mandari poſſunt. l. 1. ff. de offic. cui eſt mandat. Jurisd. in pr.

Con-

Consita tollere non potest Possessor. l. si fundi. 53. de rei vindic.

Consvetudo inveterata pro lege custoditur. l. de qvibus. 32. ff. de legib.

Consvetudinem faciunt duæ vices. l. 3. ff. de Episc. audient. l. 1. ff. de Jur. patron.

De Consvetudine, cum consideratur, id primum explorandum est, an contradictorio Judicio confirmata sit. l. 34. ff. de II.

Par est Virtus Consvetudinis, & legis. l. de qvibus. de II.

Ratio, qvæ Consvetudinem svasit, custodienda est. l. 1 C. qvæ sit longa Consvet. c. Consvetudo. dist. 12.

Tolerabilia sunt, qvæ Consvetudo vetus comprobat. l. Imperatores. 13. ff. de pollic.

Consvetudo diuturna pro lege habetur. l. diuturna. 33. ff de II.

Consvetudine longâ qvæ comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, veluti tacitâ Civium Conventione, non minùs, qvam ea, qvæ scripta sunt jura,

jura, ſervantur. l. ſed ea qvæ. 35. ff. de ll.

Conſvetudo eſt optima legum Interpres. l. 37. ff. de ll.

Conſvetudo Regionis inſpici debet. l. ſi fundus. 6. ff. de evict. l. 1. fin. ff. de inſpic. ventr.

Conſvetudo eſt altera natura. l. ſi qvis poſthum. 9. in pr. ff. de liber. & poſth. hæred. inſtit.

Conſvetudo mala non minus, qvàm pernicioſa corruptela, vitanda eſt. c. malæ. diſt. 8.

Conſvetudini ſi Veritas ſuffragatur, nihil oportet firmiùs retinere. c. fruſtra. diſt. 8.

Conſvetudo ſine Veritate, vetuſtas Erroris eſt. c. conſvetudo. diſt. 8.

Conſvetudo prava corruptela eſt dicenda. c. inter dilectos. de exceſſ. prælator.

Conſvetudines rectè appellantur mores. l. de qvibus. ff. de legib. Qvia Mos eſt Vitæ Inſtitutum, conſvetudine firmatum.

Con-

Consvetudo dat Jurisdictionem ordinariam. l. cum inspeximus. C. de emancip.

Consvetudo honesta, qvæ diu obtinuit, neminem lædens, conservari debet. l. si in aliqvam. ff. de Offic. procoss.

Consvetudo Patrisfamilias, & Regionis attendenda est. l. si servus plurium. §. ff. de legat. 1.

Consvetudo licèt magnæ sit autoritatis, nunqvam præjudicat Veritati vel legi. l. 2. C. qvæ sit long. Consv.

Consvetudo bona vincit legem, non autem mala. l. 2. C. qvæ sit long. Consvetud.

Consvetudo probatur sex modis. l. de qvibus. ff. de legib.

Consvetudo contra jus naturale, aut lædens ullo modo Rempubl. est tollenda. 32. q. 7. c. flagitia.

Actus, qvi re integrâ valere non potest, per Consummationem reconciliatur. l. si à furioso. si certum pet.

Actus non à faciente, sed ab eo, cujus

jus Contemplatione fit, nominatur. l. profectitia in pr. de jur. dot.

Consultè agit, qvi præcepto legis obtemperat. l. filiæ. C. de Collation.

Contemptum parit nimia familiaritas. l. observandum. ff. de offic. præsid.

Propter Contentiones immensas res plerumqvè dividuntur. l. in re communi. 26. ff. de servit. urban. prædior.

Contentus qvisqve debet esse suis, nec invidere alienis fortunis. l. si irreptione. ff. fin. regund. l. 4. C. eod. c. si qvis. Episc. 7. q. 1.

Contextu uno fit, cum nullus alienus actus intermiscetur. l. hæredes. §. uno. ff. qvi testam. fac. poss.

Actus plures, unico Contextu facti, pro uno judicantur. Curt. Consil. 54. col. 1. in fin.

In Continenti factum Pœnitentiæ Contestatio consensu finita non rescindit. l. non idcircò. 12. in fin. C. de Contrah. Empt.

In Continenti cum aliqvo spacio accipitur. l. 1. §. item si. 8. ff. ad Falcid. In

In Continenti qvod qvis se voluit corrigere, non est verisimile. l. non ad ea, ff. de condit. & demonstr.

Pacta, in *Continenti* apposita, novam producunt actionem, & veterem infirmant. l. Juris gentium. §. qvin imò. ff, eod.

Continentia Causæ dividi non debet. l. non nulli. C. de judic.

Continus debet esse actus stipulatus, & promittentis. l. 1. §. 1. ff. de V. O.

Verba in omni Actu, sive dispositione ita sunt interpretanda, ne sibi invicem contradicere videantur. c. inter dilectos. §. cæterum de fide Instrum.

Indignum est, qvod qvis suâ voce dilucidè protestatus est, in eundem Casum Infirmare, testimonioqvè proprio resistere. l. generaliter, 13. in fin. ff. de non num. pecun. c. perpetuas de probat.

Non *Contradicere*, & *Consentire*, paria sunt. l. in adopt. de adopt.

Contraria se non possunt pati in eôdem Subjecto. l. si per Errorem. ff. de Jurisdict.

Argu-

Argumentum à Contrario ſenſu in jure eſt firmiſſimum. l. 1. hujus rej. ff. de offic. ejus cui mandat eſt Jurisdict.

Argumentum à Contrario ſenſu an, & qvando locum habeat. vid. Specul. de diſp. vel alleg. §. poteſt. verſ. vel non obſtat. & Alex. in l. ff. 1. de offic. ejus.

Contrariorum cognitô unô, cognoſcitur & reliqvum. l. 1. ibi nam ſi ff. de his qvi ſunt ſui vel alien. jur. §. 1. Inſtit. eod. l. 8. C. de accuſ.

Ex Contrariis duobus fit optimum temperamentum. l. ſed hæc neqve. ff. de procur.

Contrariæ Propoſitiones, qvæ univerſales, non poſſunt eſſe ſimul veræ. l. ſi is qvi ducenta. ff. de reb. dub.

Prætor, qvod juſſit vetuitvè, Contrariô Imperio tollere non poteſt. l. 14. ff. de re judic.

Contraria duo qvando ponuntur, ſeqvitur deſtructio unius. l. ſed etſi. §. ſi inſtitutorio. ff. de inſtit. action.

Pugnantia inter ſe ubi teſtamento juberen-

berentur, neutrum ratum est. l. ubi. 188. ff. de diverſ. R. I.

Imputet ſibi, qvi Contrarias inter ſe ſcripturas in judicio protulit. c. imputari. de fide Inſtrum.

Contraria, & turpia allegantes meritò repelluntur. l. 1. C. de furt.

Contraria allegans non eſt audiendus. C. de furt. l. 1. ff. de condit. & demonſtr.

Contrectatio eſt amotio de loco ad locum. l. 3. §. ſi rem. ff. de acqvir. poſſ.

Contributione omnium ſarciatur, qvod pro omnibus datum eſt. l. 1. ff. ad L. Rhod. de jact.

Qvæ ſine Controverſiâ ſunt poſſeſſa, transacta, & finita ſunt. l. 229. ff. de V. S.

Conventiones contra jus & bonos mores non valent. l. pacta, qvæ contra. C. de pact. l. 7. §. ff. eod. l. 4. C. de ſtipul. inutilib. l. 1. §. 7. ff. de poſſ. l. 14. §. 1. ſolut. matrim. l. 26. d. V. O.

Cui non Conveniunt verba legis, nec legis diſpoſitio conveniet. l. 1. §. Hoſtilius.

lius. ff. ne qvis eum, qvi in jus vocatus vi exim.

Cui non convenit Definitio, nec etiam convenit definitum. l. 2. §. appellata. & ibi Dd. ff. si cert. pet.

Paria sunt, non debere, & non conveniri posse. l. Fulcinius. §. si in diem. qvib. ex caus. in poss. eat.

Ex Conventione contractus accipiunt legem. l. 1. §. si convenit. 6. ff. depos. c. contractus. de R. I. in 6.

Dignitatis Contemptio ex conversatione inæqvali nascitur, & nimia familiaritas parit Contemptum. l. observandum. de offic. præsid.

Ad Veritatem Copulativæ reqviritur, qvòd utraqve pars sit vera. l. si qvis ita stipulatus fuerit. ff. de V. O.

Tolerabilius est, aliqvos contra statuta hominum copulatos dimittere, qvàm legitimè conjunctos separare. c. licet. in fin. de testib.

Cor Regis in manu DEI est, & ubi voluerit, inclinabit illud. l. inter claras. §. 8. C. de summ. Trinit.

Cor-

Corde creditur ad Justitiam, ore ad salutem confessio fit. 11. q. 3. c. nolite.

Recurrendum semper ad proprium cor, ut nullius lingva ibi implicet, ubi conscientia non accusat, qvem enim conscientia defendit, liber est. 11. q. 3. in cunctis.

Corpus liberum non recipit æstimationem. l. ex hâc lege. ff. si qvadrup. paup. fecisse dicat. l. 7. in fin. ff. qvi dejec. vel effud.

Cum corporibus non oportet ornamenta condi. l. & si qvis. 14. §. non. 5. ff. de relig. & sumpt. funer.

Corporum diversitatem seqvitur Animorum diversitas. c. qvia de concess. præbend.

Corporis Incompositio inducit Mentis inæqvalitatem. c. Clericus. dist. 41.

In Corpore humano indecorum est, ut alterum membrum alterius fungatur officiô. c. singuli. 2. dist. 89.

Corporis præsentia ad autoritatem non sufficit. l. 1. §. 1. de auth. & consens. tut.

De-

Decet omnes, qvi sunt ejusdem Corporis, unius etiam sint Voluntatis, sicut fratres ad invicem vinculo charitatis sint adstricti. Clement. 1. §. verum. de Excess. prælat.

Pro Corporalibus cãusis si cogitamus, qvantò magis pro animarum salute providentia est adhibenda. Novell. 115. & cum de appellat. cognosc. c. aliud. 13. §. si qvis. 14.

Corpus sine vestitu & habitatione ali non potest. l. legatis. 6. de alim. & cibar. legat.

Corpus non coinqvinatur, nisi de consensu Mentis. l. si Uxor. ff. ad L. Jul. de adult. §. si qvis planè.

Correctio legum est vitanda. l. minimè. ff. de ll.

Correctio Morum in qvibus inducitur, Fisci ratio haberi non debet. l. 2. C. de secund. nupt.

Correspectivi actus, ejusdem juris, & rationis habentur. Bald. in repetit. l. petens. col. pen. Cod. de pact.

Corrigere potest testis dictum suum, cum dubitatur de facto ejus. c. præterea. extrav. de testib. cogend.

Corruptionis tempus tantò debiliores habet Virtutes. l. qvoniam. C. de testam.

Creatura omnis naturaliter movetur ad Benefaciendum ei, qvi sibi benefacit. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred.

Crescere ut nemo invitus compellatur, justum est. c. gesta. dist. 74.

Melius est, ob Misericordiam rationem reddere, qvam propter Crudelitatem. c. alligant. 26. q. fin.

Cultus verus Christianorum est: adjuvare Pauperes, & in Necessitate positos. l. 1. C. de Episcop.

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti. l. Culpa de R. I.

Culpa est, tàm prohibita discere, qvàm docere l. culpa similis. C. de malefic. & mathemat.

Culpa est penes eum, qvi priùs percussit. l. si plagis. §. tabernarius. ff. ad L. Aqvil.

Sine

Sine Culpâ nemo est puniendus, nisi subsit Causa. c. sine culpâ, de R. I. in 6.

Currit frustra velociter, qvi prius, qvàm ad metam pervenit, deficit. c. in cassum de pœnit. dist. 3.

D.

DAmnum nullum datum videtur, æqvè perituris ædibus. l. si alius. §. 4. ff. qvod vi aut clam.

Damno duplici nemo debet onerari. l. navis. 4. §. 2. ff. ad L. Rhod. de Jact.

Nemo curare potest, ne aliqvis damnum det. l. ad eos. 19. ff. commod.

Qvando qvis de damno vitando certat, Error in propriô facto toleretur. l. sed etsi me putem. ff. de condict. indebit.

Damni non solùm, sed etiam lucri ratio habetur. l. 2. in fin. ff. de eo qvod cert. loc.

De Damno *vitando certanti magis* succurritur, qvàm de lucro captando. l. fin. §. fin verò. C. de jur. deliber.

Damnum magnum non est in Morâ modici temporis. l. si debitori. ff. de judic.

Damnum non facit, nisi qvi id fecit, qvod facere jus non habet. l. nemo. 151. ff. de R. I.

Damnum is dat, qvi jubet dare. l. 15. l. 169. ff. de R. I.

Damna fatalia nemo præstare tenetur. l. cum duobus. 52. §. ff. pro soc.

In Dispendium non est retorqvendum, qvod ob gratiam alicujus conceditur. c. qvod ob gratiam alicujus conceditur. de R. I. in 6.

Damna Morum à damnis rerum temporalium multum distent. 6. q. 1. c. sunt plurimi in fin.

Damnum justè illatum nemini imputatur. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad L. Aqvil.

Damnum, qvod qvis ex suâ Culpâ sentit, sentire non videtur, ergò sibi, & non aliis imputare debet. c. damnum, de R. I. in 6. & l. qvod qvis. ff. eod.

Damnum is dat, qvi jubet dare, ejus verò nulla culpa est, cui parere necesse sit. l. 15. damnum dat. ff. de R. I.

Damnum

Damnum, & Damnatio ab Ademptione, & qvasi diminutione patrimonii dicta sunt. l. 3. ff. de damn. infect.

Damnô vel jacturâ alterius nemo debet locupletari. l. nam hoc naturâ. ff. de Condict. indebit.

Damnum nemo pati debet, qvi præmium meretur. c. de fidejuss.

Damnari nemo debet sine Accusatore. l. rescripto. §. si qvis accusatorem. ff. de muner. & honor.

Datum ob Causam, Causâ non secutâ, repeti potest. 6. eâ lege. C. de condict. ob caus. dator.

Dare qvi voluit, & recusatur, proximus est danti. Novell. 91. ut ex actione instante. c. illud. 2.

Dare nemo potest, qvod non habet, l. nemo plus juris. ff. de R. I.

Dare aliqvis potest, qvod non habet, l. qvod ff. de Usufr. & qvemadmod.

Data non videntur, qvæ eo tempore, qvô dantur, accipientis non fiunt. l. non. 67. ff. de R. I.

Beatius est, dare, qvàm accipere. c. prædicatur. 16. q. 1.

Inter Dantem, & Accipientem personalis distinctio esse debet. c. fin. de Instit.

Nihil qvi habuit, nihil Dare potuit. 1. q. 7. c. Diabertum. in fin.

Qvi nihil omninò Dat, nihil omninò percipiat. c. 5. in fin. Novell. 2. de non eligend. secund. nubend.

Ad Factum nemo præcisè obligatur, secus ad Dationem. l. stipulationes non dividi. vers. Celsus. de stipul.

Decima ad Monetam currentem communiter levari potest, & debet. Clem. fin. de decim.

Dominii universalis in signum Dominus sibi Decimas reservavit. c. cum non de decim.

Laici Decimas retinere non possunt. c. causam. de præscript.

Justum est, ut ille, qvi olim Decipere voluit, suam sentiat jacturam. Novell. ut res immobilis. §. si qvis. constit. 61.

Deceptus non videtur, qvi jure communi

muni usus est. l. inter eos. §. cum inter. de fidejuss.

Decisa causa velamentô Erroris non instauratur. l. error. 7. C. de jur. & fact. Ignor.

Qvando alicujus Decisionis certa redditur ratio; pro expressa habetur. l. qvamvis. C. de fideicomm.

Defensionem alienam suscipere, virile officium est, & ultra Sexum muliebrem esse, constat. l. alienam. 18. C. de procurat.

Invitus nemo cogitur Defendere. l. invitus. ff. de R. I.

Jure tecum existimatur, qvod qvis ob Tutelam sui Corporis facit. l. ut vim. ff. de justit. & jur.

Nec nudi Contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere. 3. q. 2. c. oportet.

Nemo debet temerè jus suum Indefensum relinqvere. l. illud. 40. in fin. pr. ff. de petit. hæred.

Nemo ex his, qvi negant se debere,

prohibetur etiam aliâ Defensione uti, nisi lex impedit. l. nemo. 43. ff. de R. I.

Non rectè Defenditur, cum Exordium bonæ fidei ratio non tuetur. l. cum hæres. 11. in fin. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.

Poſſibile non eſt, & lædentem, & læſum Tueri. Nov. 17. de mandat. princip. c. 7.

Defenſio eſt licita contra Vim & Injuriam. l. ut vim. ff. de J. & J. l. 4. & l. ſcientiam. §. qvi cum ad L. Aqvil.

Omnis Definitio bona debet cum ſuo definito converti. l. 1. §. dolum. de dol.

Definitio omnis in jure periculosa est,

parum enim abeſt, ut non ſubverti poſſit. l. omnis. error. D. de diverſ. R. I.

Deformitatis aut Cicatricum nulla fit æſtimatio. l. 7. ff. de his qvi dejec. vel effud.

Defunctorum actus non ita, ſicut viventium, ſuſpenduntur. l. fin. C. de comm. præd.

Delegatio pro juſtâ præſtatione eſt. l. qvod debetur. 51. ff. de pecul.

Qvi

Qvi Deliberant, non sunt præcipitandi. l. 1. §. 12. in fin. ff. de succeſſ. edict.

Delicatorum votis non favet jus. l. ut pomum. ff. de servit.

Neqve Delicatus debitor, neqve oneroſus creditor audiatur. l. ſi ſervos. 23. in fin. ff. de pign. act.

Non Deliciis, ſed juſtis Affectionibus moveri debemus. l. illud. 16. in pr. ff. de manum. vindict.

Demonſtratio plerumqve vice nominis fungitur. l. nominatim. 34. ff. de Condit. & demonſtr.

Demonſtratio falſa non perimit legatum. l. ſi ſic. 75. §. in fin. de legat. 1. §. huic proxima. Inſtit. de legat. l. 2. C. de falſ. cauſ. adject. legat.

Intereſt multum inter falſam Demonſtrationem, & falſam Conditionem, ſive Cauſam. l. ſi ſic. 75. §. 2. de legat. 2.

Paria ſunt, aliqvid propriô nomine ſignificare, vel aliter Demonſtrare. l. certum. ff. ſi certum pet.

Denominatio fit à digniori, & potentiori.

tiori. l. cum igitur. 2. & l. qværitur. 10. de ſtat. homin.

Res Denomitatur à fine. l. ſi qvis à multis. ff. de noxal. action.

Debitores præſentes prius Denunciationibus conveniendi ſunt. l. debitores. 10. C. de pignor.

Trinâ Denunciatione Pactum tollitur. l. 4. in fin. ff. de pignor. action.

Deperditum eſt, qvod in rerum Naturâ eſſe deſiit, l. deperditum. 21. ff. de petit. hæred.

Depoſitis rebus, qvæ accedunt, Depoſita non ſunt. l. 1. §. qvæ. 5. ff. depoſit.

Depoſitarius & commodatarius non poſſident rem, apud ſe Depoſitam, vel Commodatam, ſed ipſe in Poſſeſſione eſſe dicitur, qvi Depoſuit, vel Commodavit. §. poſſidere autem. Inſtit. de Interdict.

Bona fides abeſſe præſumitur, ſi, rebus tuis ſalvis exiſtentibus, Depoſitas amiſiſti. c. bona. de depoſit.

Deſcenſus eſt facilior, qvàm Aſcenſus.

sus, Gl. singuli in l. verbis de vulg. facit text. in l. Scævola ad Trebell. junct. l. cohæredi. §. cum filio. de vulg.

Mens cum contempta Desideria sequitur, servire rebus convincitur, qvarum amore superatur. 14. q. 1. in pr.

Desinit, qvod cœpit, & perditur, qvod non habetur. l. omnes autem. ff. Usufruct. qvem. caus.

In actibus viventium sola Destinatio non facit Implementum. l. si nondum C. de furt.

De sursum est omne datum optimum & omne donum perfectum. 1. q. 2. c. qvam pii.

Dictum generale, generaliter intelligendum. l. 1. §. generaliter. 1. de legat præstand.

Nemo existimandus Dixisse, qvod non Mente agitaverit. l. Labeo. 7. §. 2. ff. de supell. legat.

Multa Dicuntur, qvæ non fiunt. l. sciendum. §. dictum de ædil. edict.

Dicta Specialiter valent, qvæ generaliter

liter dicta non valent, l. sed & 4. ff. si qvis caution.

Dies incertus appellatur Conditio. l. talis. 30. §. 4. de legat. 1. l. dies. 7. de Condit. & demonstr.

Actus legitimi, qvi non recipiunt Diem vel Conditionem, per temporis vel Conditionis adjectionem vitiantur. l. actus. 77. ff. de R. I. c. actus legitimi. eod. in 6.

Aliud est, Diem obligationis non venisse, aliud, Humanitatis gratiâ tempus Solutionis indulgeri. l. cum militi. 16. ff. de Compens.

In Obligationibus, qvoties Dies non ponitur, præsenti die pecunia debetur. l. eum qvi. 41. §. qvoties. 1. de V. O. l. in omnibus. 14. ff. de R. I.

Ex Errore Calculi Dierum sæpè causas esse periclitatas, cognitum. est. l. cum. 4. §. 1. C. de tempor. & repar. appellat.

Dies cæpta pro Impletâ habetur. l. qvæ ætate. 5. ff. de testam.

Diem incertum Mors habet. l. 1. §. dies. 2. ff. de Condit. & demonstr.

Di-

Dies interpellat pro homine. l. magnam. 12. C. de contrah. & committend. Stipul. c. fin. de locat.

Dies Dominicus sit à Conventionibus, & Contractibus alienus, sileſcat præconis horrida vox, reſpirant à Controverſiis litigantes. l. dies feſtus. C. de fer.

Dies Naturalis continet 24. horas, & incipit à mediâ nocte usqve ad mediam noctem ſeqventem, more Romano. l. more Romano. ff. de feriis.

Die feriato ad judicium venire nemo compellitur. l. 2. ff. ſi qvis in jus vocat.

Diffidentia plerumqve Juvenes avertit. l. 2. C. de annal. Except.

Dignitas major eſt in Sexu virili. l. 1. ff. de Senat.

Ad Dignitates, & regimina non pretium, vel Ambitio, ſed probata vita provehere debet. l. fin. C. ad L. Jul. repet.

A Digniori & Potentiori ſit Denominatio. l. cum igitur. 2. & l. qværitur. 10. de ſtat. homin.

Faſces repetiti, virtutes ſæpè meriti

comprobant, non augent, qvia nihil altius est Dignitate. l. 1. C. de Consul.

Dignitatum summis apicibus qvod non est concessum, hoc alii sibi non audeant vindicare, l. fin. C. de decur.

Verisimile non est, qvod aliqvis Violentiam ei inferat, qvi habet claram in Urbe Dignitatem. l. non est verisimile. ff. qvod met. caus. Nam Potentioribus pares esse non possumus.

Præcipuum qvid haberi oportet Dignitatis onera. l. 1. §. sed an id. ff. de Collat. bonor.

Dignitas & Autoritas in Republ. servari debent. l. 1. §. secundo loco. ff. de posthum.

Dignitate nihil altius. l. 1. C. de Consul.

Dignitatis in uno eodemqvè genere prior esse debet, qvi prior meruit Dignitatem. l. 1. C. de Consul.

Dignitatis Contemptus ex Conversatione inæqvali nascitur. Et nimia familiaritas parit contemptum. l. observandum. de offic. præsid. Digni-

Dignitas filii, laus & gloria Patris est, Novell. 81. Constit. qvæ de dignit. §. sanè in genere. Constit. 81.

Dignitas qvæsita liberis propter Casum Patris, remoti à Senatu, auferenda non est. l. filiam. 9. ff. de Senat. l. 34. in fin. ff. de rit. nupt.

Dignitas ejus, qvi nihil admisit, non est impedienda. l. spurii. 6. in pr. ff. de decur.

Dignitas domicilii adjectionem potiùs dedisse, qvàm permutasse videtur. l. Senatores. 11. ff. de senat.

Dignitas alterius adjectu aliqvid perire non patimur, sed pro superioris fortunæ judicio vetera labore qvæsita serventur. l. jubemus. 4. C. de prox. Sac. scrin.

Dignum majus trahit ad se minus dignum. c. si is. de præbend. in 6.

Digniora sunt præponenda. Instit. de J. N. G. & C. §. fin. & §. aliam verò. Instit. de bonor. poss.

Interest multum, cujus causâ Dilatum

est

est tempus. l. si ita. 43. §. 2. de legat.

Diligentia misera est. l. 88. in fin. de legat. 2.

Industria pœnas desidiæ solvere non debet. l. fin. C. depositi.

Diligentiæ conjuncta sit bona fides. l. labeo. 21. ff. de stat. liberor.

Interest multum inter Insolentiam incuriosam, & Diligentiam non ambitiosam. l. si benè. de Usur.

Præscriptio non Negligenti non currit. l. contra majores. C. de inoffic. testam.

Diligens qvilibet esse debet, & non negligens in officio suo. l. si duas. §. decet autem. ff. de excusat. tut.

Diligentem non est verisimile, facilè errare. l. cum de indebito. §. qvi enim solvit. ff. de probat.

Diligens & sollicitus in agendo jus suum minuere non videtur. l. aliam. de novat.

Diligentior deterioris Conditionis esse non debet. l. in Compensationem. ff. de Compensat.

Dili-

Diligentiam qvisqve in suo Officio præstare debet. l. 3. C. de offic. præfect. prætor. orient.

Tolerabilius est, aliqvos contra statuta hominum Dimittere Copulatos, qvàm conjunctos legitimè contra statuta domini separare. c. licet. in fin. de testib.

Diplomate falso uti non licet. l. eos. 27. §. 3. ff. ad L. Cornel. de fals.

Directum facilius obliqvatur, qvàm è contra. l. Scævola. ad Trebell. l. verbis. ubi Gl. & l. cohæredi. §. cum filia. de vulg.

Qvando aliqvid Directò fieri prohibetur & per obliqvum. l. si sponsus. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Discendi Cupiditas sola vivendi ratio optima est. l. apud. 20. ff. de fideicommiss. libert.

Stultus est, qvi in eo se primum existimat, ut bona, qvæ viderit, Discere contemnat. c. Constantinopolitana. distinct. 22.

Etsi alterum pedem haberem in tumulo, non pigeret aliqvid addiscere. l. apud. ff. de fidecommiss. libert. Sem-

Semper bonum est, Addiscere. l. apud Julianum. ff. de fideicom. libert.

Disciplinæ gubernaculum ubi contemnitur, restat, ut Religio naufragetur. Clem. 2. in pr. de Stat. Monach.

Disciplina Castrorum antiqvior fuit Parentibus Romanis, qvam Charitas liberorum. l. postliminium. 19. §. filius. 7. ff. de capt. & postlimin. reversi.

Disciplina vel Misericordia multum destituitur, si una sine alterâ teneatur. c. disciplina. distin. 45.

Discordes concursu se impediunt. l. qvoties. 34. ff. de usufr. & qvem.

Discordiarum occasiones penitus removendæ. l. æqvissimum. de usufr. l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. 2. l. 21. ff. de reb. cred. l. 1. §. 10. de nov. oper. nunc.

In Discordiâ Sortiri oportet. l. si qvæ sunt. 6. ff. famil. herciscæ.

Discretio mater est omnium Virtutum. 1. q. 5. c. de offic. custod.

Pro Disjunctis sæpè Conjuncta accipiuntur

piuntur, & è contra. l. sæpè. §3. ff. de V.S.

Ad veritatem Disjunctivæ Propositionis sufficit, alteram partem esse veram. l. si ita qvis. ff. de V. O. l. si qvis §. utrum. ff. de reb. dub.

Qvi hâc Intentione malè accipit, ut benè dispenset, gravatur potiùs, qvàm juvatur. 1. q. 1. c. non est putanda.

Qvod ex Dispensatione introducitur, ad Conseqventiam Regulæ generaliter trahi non potest. c. Apostolica. distin. 56.

Dispositio, facta in uno Conjunctorum, ad reliqvum extenditur. l. ancillæ. C. de furt.

Ordo non attenditur, ubi mens Disponentis certa reperitur. l. in his. §. fin. & ibi Bart. de solut.

Disponat unusqvisqve super suis, ut dignum est, & sit lex ejus Voluntas. Novell. 22. de nupt. c. secundum verò.

Dispositio eo loco facta videtur, in qvem confertur ejus Effectus. l. contraxisse. ff. de O. & A.

Dispositio generalis omnes Casus includit,

cludit, datô, qvòd major sit ratio in uno, qvàm in alio. l. 1. §. qvod autem, de aleat. lus. & aleat.

Dispositio specialis derogat generali. l. Titia. §. pen. de legat.

Dispositio magis specialis, derogat minùs speciali. l. servo manumisso. de pecul. legat.

Disposition generali per minùs generalem derogatur. l. uxorem. §. Codicillis. de legat. 3.

Disposition, qvantumcunq; generalis, non extenditur ad incogitata. l. cum Aqviliana. de transact.

Disposition generalis includit etiam Casus privilegiatos. l. in fraudem. §. fin. de milit. testam.

Disposition de aliqvo actu, facta ad necessarium, sed voluntarium refertur. l. peto. §. prædium. de legat. 2. l. cum fideicommiss. libert.

Disposition facta sub nomine appellativo, sublato illo nomine, non operatur. l. anteqvam. de donat. int. vir, & uxor.

Dispo-

Dispositio generalis, continens extensionem non concessi actus, non restringitur ad habilitatem. l. 1. §. nunciatio. de nov. oper. nunc. l. 3. §. 1. ff. de tutel.

Dispositio realis plenius providet, qvàm personalis. l. Jurisgentium. §. pactor. de pact. l. si necessarias. §. vendendo. de pignor. act.

Dispositio, qvando potest referri ad duo tempora, tunc secundum relationem una vitiatur, & secundum aliam utilis est, sed tamen relatio facienda est ad tempus, secundum qvod valet dispositio. §. sed hactenus. Instit. de militar. testam.

Dispositio facta sub Conditione, qvæ omninò extitura est, purè videtur facta. l. pupillus. §. qvi sub conditione. ff. de renov.

Dispositio omnis ita *intelligi* debet, ne sibi contradicere videatur. c. inter dilectos. §. cæterum. de fid. Instrum.

Dispositio legis & hominis æqviparantur. l. si in testamento. in fin. de vulg.

Dispo-

Dispositio limitata secundum limites adjectæ rationis extenditur. l. nomen. §. fin. de legat. 3. l. regula. §. fin. de jur. & fact. ignor.

Dispositio prohibitiva potentior est permissivâ. l. alienatum. de V. S. junctâ. l. filiusfam. §. fin. de donat.

Dispositio hominis non æqvè facilè extenditur, ac dispositio legis. c. susceptum. de rescript. in 6. c. cum illis. de præbend. in 6.

Disponens & dispositum se sub eodem genere non compatiuntur. l. fin. de fund. Instrum. Din. in c. mora. de re judic.

Dispositum in uno Correlativorum, censetur dispositum in altero. l. fin. C. de indict. vidui. toll. l. fin. ubi Bart. de acceptil.

Dispositio generalis, qvæ non potest verificari, nisi in una Specie, censetur Specialis. l. si optio. ff. de opt. legat. l. 2. de liber. & posthum.

Dispositio exorbitans non debet extendi ultra Casum, specialiter expressum.

l. si

l. si servum. §. non dixit prætor. de acqvir. hæred. l. Constitutionib. ff. ad municip.

Dispositio ita sanè intelligenda est, ut Absurditas excludatur. l. de pupillo. §. si qvis fortè. de nov. oper. nunc. l. pen. ad exhibend.

Dispositio qvælibet intelligenda secundum naturam rei, super qva interponitur, & secundum subjectam materiam. l. stipulatus. §. verum. ff. de usur.

Dispositio qvævis ex qvalitate Exceptionis regulariter declarari solet. l. nam qvod liqvidæ. de pen. legat.

Dispositio omnis, qvantumcunq; generalis, restringenda est, ne qvis indebitè damnum patiatur. l. 2. C. de noxal.

Dispositio hominis, licet extendatur de Casu ad Casum, non tamen de persona ad personam. l. siqvè ita §. pen. de testam. tut. Aret. in l. Gallus. §. & qvod si de liber. & posth.

Dispositio facta in favorem aliqvotum, ad alios non extenditur. Dec. consil. 87. col. 5. verſ. 2. propius. Ri-

Rigor juris in strictâ Disputandi ratione consistit. l. ita vulneratus. circ. fin. ad L. Aqvil.

Disputatur frustra de validitate actus, cujus nullus est Effectus, l. 1. C. ne uxor pro marit.

Dissessiones & Scandala privatis actibus aditum præparant. Clem. dudum. §. scimus de sepult.

Dissensus vitiat Contractum. l. si pecuniam. 18. ff. de reb. credit.

Dissimulare qvis debet, ne curiosus videatur. l. doli. 19. in fin. ff. de novat.

Nihil tam naturale est, qvam eo genere qvodqve Dissolvere, qvo colligatum est. l. nihil. 35. ff. de R. I.

Res omnis, per qvascunqve causas noscitur, per easdem Dissolvitur. c. de R. I.

Obligationes, qvæ consensu contrahuntur, contrariâ Voluntate Dissolvuntur. §. hoc ampliùs. Instit. qvib. mod. tollat. obligat.

Ubi lex non Distingvit, nec nos distingvi-

ſtingvemus. l. præſes. ff. de Offic. præſid.

Diverſis nominibus non ſunt appellanda, qvæ ſunt eadem. l. ſi idem. C. de Codicill.

Circa idem Diverſis reſpectibus licitum eſt, variare. l. Papinianus. §. ſed nec. de inoffic. teſtam.

Eadem res non debet Diverſo jure concedi. l. eum qvi ædes. de Uſucapion.

Feſtinans ad duo Diverſa, neutrum benè peragit. l. nemo. C. de aſſeſſor.

Diverſa loca, diverſa rerum conſtituunt pretia. l. ideò in fin. ff. de eo qvod certo loco.

Ex Diverſis, & Separatis non fit illatio, l. fin. de calumn.

Diverſa plura, ſimul juncta, pro uno habentur. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pupill.

Diverſum qvi aſſerit, præſumitur negare. l. cum precibus. l. maritus. C. de procur.

Circa Diverſa admittitur variatio. l. de rebus rer. amot.

Diversa Causa est voluntatis expressæ, & ejus, qvæ inest. l. eum qvi. §. 1. ff. de V. O.

Qvælibet, vel minima Diversitatis ratio reformat jus. l. inter positas 13. C. de transact.

Diversorum diversum est judicium. l. *inter stipulantem.* §. sacram. de stipulat.

Diversitas locorum non debet introducere diversum jus; nisi tamen ex diversitate locorum oriatur.

Diversitas Rationis diversitatem Juris inducit. l. fin. de rit. nupt.

Diversitas Accidentium non inducit specificam differentiam. l. fin. de fund. instruct.

Diversitas nominum arguit rerum Diversitatem. l. si idem. C. de Codicill.

Nominibus diversis non sunt nominanda, qvæ censentur eadem. l. si idem C. de Codicill.

Diversitas temporum testium testimonium non admittit. 3. q. 9. c. si debitum.

Diver-

Diversitatem Corporum diversitas seqvitur animorum. c. qvia. de conces. præb.

Dividi qvæ commodè non possunt, debent manere indivisa. l. si familia. §§. ff. famil. herciſc. §. 5. vers. qvod si commodè. Instit. de offic. judic.

Divisio vicem Venditionis obtinet. l. 1. C. comm. utriusqve judic.

Divinatio nunqvam in bonam partem accipitur. 1. q. 1. c. nunqvam.

Divinare nemo cogitur. l. si fidejussor. §. si cum debitor. ff. mand.

Divinare nemo potest. l. si putator. 3. in fin. ff. ad L. Aqvil. c. 1. ut Eccles. benef.

Divinare nemo tenetur id, qvod nescit. l. fidejussor. §. si cum debitor. ff. mandat.

Divini, & publici Juris qvod est, in nullius bonis est. l. 1. ff. de rer. divis.

Divinæ res sunt perfectissimæ, humani verò juris Conditio in infinitum decurrit, nec est in eâ, qvod perpetuò stare possit. l. 3. C. de vet. jur. enucl. §. sed qvia divinæ.

Divina revelatio ſuperat omnem legem. c. ex parte. de converſ. conjugat.

Divitiis auctis, onera debent augeri. l. his oneribus. ff. de muner. & honor. §. auctis.

Diviti plus creditur, qvàm Pauperi, qvanqvã tenuiorum probitas non contemnitur. *Inſtit. de ſuſpect. tutor.* in fin.

Dives ſemel, ſemper præſumitur dives; vel, præſenti ex ſtatu præſumitur in præteritum, &, qvalis qvisqve reperitur, talis præſumitur fuiſſe, niſi probetur contrarium. l. experſona. C. de probat.

Durum, & in humanum eſt, publicatione, pompavè rerum familiarium & paupertatis detegi Vilitatem, & Invidiæ exponere Divitias. l. meminimus. verſ. qvid enim. C. qvand. & qvib. qvart pars.

Per Divitias ſalvetur alterius Conjugis inopia. Novell. 53. de exhibend. & introducend. re in fin.

Ditari qvem prohibent ex ſcelere alieno. l. unic. C. ex delict. def.

Locupletes ſubditos habere, Magiſtratus

tus & judicis intereſt. Novell. ut præſ. absqve ulla datione. §. tam & ſi enim. Conſtit. 8.

Nemo debet Locupletari cum jacturâ alienâ, vel alieno damno. l. nam natura. ff. de Condict. indebit.

Nemo ex alieno damno fiat Locuples. l. cum hi. §. 22. de transact.

Docenda ſunt ea, qvæ auditorum Ingeniis conveniunt. c. oportet. 8. q. 1.

Doctrinæ gratiâ unicum Exemplum ſufficit. l. ita vulneratus. circ. fin. ad L. Aqvil.

Docetur ſæpè homo exemplô alterius. l. aut facta. §. fin. de pœn.

Benè ſi Docueris, & malè vixeris, tui ſolius condemnator eris. c. multi. diſtin. 40.

Docere alios qvi debet, ab aliis doceri non debet. 123. c. ſancimus. 1. §. damus. 1. §. damus. 2. l. ſi qvis argentariis. §. ait Prætor. ff. de edend.

Dolorem juſtum temperare, difficillimum eſt. l. ſi adulterium. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.

Dolorem justum exeqventi non resistendum. l. si qvis. 3. §. si tamen. ff. de SC. Syllan.

Præter locum Domicilii, & delicti commissi, delinqventes in qvolibet etiam loco, in qvo reperiuntur, convenirì possunt. l. 1. C. ubi de crimin. agi oportet.

Qvæ Domi geruntur, per alienos non facilè poterunt confiteri. l. consensu. 8. §. servis. C. de repud.

Domicilii Dignitas potiùs adjectionem dedisse, qvàm permutasse videtur. l. Senatores. 11. ff. de senat.

Domus propria tutissimum refugium est. l. plerisqve. 18. ff. de in jus voc.

Domus tuta esse debet patrisfamilias. l. 1. ff. de Senat. Syllan.

Domicilium qvis duobus locis habere potest. l. adsumptio. 6. §. 2. ff. ad municip.

Domicilium Filiusfamilias habet, ubi constituit. l. placet. 3. cum l. seq. ff. ad municipal.

Domicilium nusqvam habet, qvi locis

cis pluribus ex æqvo negociatur. l. Labeo. ff. ad municipal.

Domus vinis instructa intelligi non potest. l. si ita. 15. §. 1. de instruct. & instrum. legat.

Ædificiorum deformitati Præses causâ cognitâ competenti remediò auxilium ferat. l. præses. 7. ff. de offic. præsid.

Domum suam unicuiqve reficere licet. l. domum. 61. ff. de R. I.

Domi suæ nemo invitus opprimi debet. l. pleriqve. ff. de in jus voc.

Domus nulla tuta est, nisi à domesticis qvis tutus sit. l. 1. in pr. ff. de SC. Syllan.

De Domo suâ nemo extrahi debet. l. sed & si is. 20. ff. de in jus voc. l. nemo. 103. D. de divers. R. I.

Dominia rerum traditionibus, & usucapionibus, non nudis pactis transferuntur. l. traditionibus. 20. C. de pact.

Duorum qvidem in solidum Dominium, vel possessio esse non potest, nec qvisqvam partis Dominus est, sed totius

Corporis pro indiviſo pro parte Dominium habet. l. Mævius. §. ſed ſi pars fundi. ff. de legat.

Nam plures in uno fundo Dominium juris Intellectu, non diviſione Corporis obtinent. l. ſi duo. in pr. ff. uti poſſid.

Dominium vel Uſucapiendi Conditionem transferre, paria ſunt. l. ſi finita. §. Julianus. de damn. infect. l. ſi pater de Uſucap. pro donat.

Dominium ex ſola Judicis ſententiâ transfertur. §. fin. Inſtit. de offic. Judic.

Dominio noſtro qvæ ſui naturâ exempta ſunt, nullô modô in obligationem deduci poſſunt. §. Idem. 2. in fin. Inſtit. de inutil. ſtipulat.

Dominium ſolâ Sententiâ non videtur transferri, ſed traditione. l. traditionibus. C. de pact.

Dominium nuda traditio nunqvam transfert. l. nunqvam nuda. ff. de acqvir. rer. domin.

Dominium non habens, alii tamen præbere poteſt. l. non eſt novum. ff. de acqvir. rer. domin.

Do-

Dominium ex solo Titulo inter vivos non transfertur: secùs in ultima voluntate. l. pen. C. de rei vindic.

Donatio regulariter probanda est ab asserente. l. nec ignorares. de donat.

Donare vel ejicere suum nemo præsumitur. l. cum indeb. ff. de probat.

Ad Donationem faciendam sola Senectus non est impedimento. l. 16. C. de donat.

Prius esse debet, cui Detur, deinde qværendum est: an datum consistat. l. 14. C. de jur. Codicill.

Dona DEI sunt maxima, à supernâ Clementia collata, Sacerdotium, & Imperium. Novell. 6. in præfat.

Cujus Donum & munus freqventius aspicimus, hujus memoria strictius retinetur. Clem. 1. §. memoriale. de reliq.

Donare præsumitur, qvi filio submministrat in scholis. l. qvæ pater. 50. ff. famil. hercis.

Qvod Donatur inter diversa, alternativæ natura est. l. hæc verba. ille. ff. de V. S.

Donari videtur, qvod nullô jure cogente conceditur. l. donari. 28. ff. de diverſ. R. I.

Pro non Dato habetur, qvod ab illo datur, qvi non poteſt de jure Donare. c. qvod autem. in fin. de jur. patron.

Dubiâ in re meliùs eſt, verbis Edicti ſervire. l. 1. §. licet. ff. de exercit. action.

Periti ſub Dubio Fortè, reſpondent ſæpè. not. in l. ſi duo. rei. ff. de recept.

Dubius actus in meliorem partem accipiendus. l. cum creditor. de furt. c. eſtote. de R. I.

Dubiâ in re benigniorem interpretationem ſeqvi, non minùs juſtiùs eſt, qvàm tutiùs. l. proximè. 3. ff. de his qvæ in teſtam. del. l. ea. 192. §. 1. ff. de R. I.

In Dubiis benigniora ſemper ſunt præferenda. l. ſemper. 56. ff. de R. I. l. cum inter. 14. in fin. C. de fidecom. libert.

Dubitare, & neſcire, paria ſunt, l. manifeſtiſſimi. C. de furt.

Verba Dubia ſecundùm Intentionem proferentis ſunt accipienda. l. ſi qvis intentione. ff. de judic.

Dubia

Dubia Verba contra loqventem interpretantur. l. veteribus. de pact. l. Labeo. de Contrah. empt.

In Dubio Verba intelligenda sunt, rebus sic habentibus. l. qvod. Servius. 8. ff. de condict. caus. data. l. fin. ff. de condict. indebit. §. 3. idem qvæsiit.

Dubia res sorte dirimatur. l. in tribus. 33. cum l. seq. ff. de judic.

In Dubio Verba, salvâ ratione recti sermonis, intelligi debent. l. 8. ff. de aur. & argent. legat.

In Dubio Verba ad arbitrium boni viri reducuntur. Bartol. in l. cum filius. §. pater. per illum text. de legat. 2.

Qvando Dubia est Voluntas testatoris, ad judicem spectat ejus Interpretatio. l. Voluntatis. & ibi Gl. 1. C. de fideicomm.

Ut in Dubiâ re certa detur Sententia, grave satis, & indecens est. 11. q. 3. c. grave.

Rebus in Dubiis absolutum non debet esse judicium. c. fin. dist. 33.

Re in Dubiâ ad fidem valet autoritas Ecclesiæ. c. palam est. distin. 11.

In Dubiis Sententia humanior est proferenda. l. si fuerit. ff. de reb. dub.

Dubitare de singulis prudenter oportet. l. nemo. C. de summa Trinit.

Dubitationis tollendæ causâ qvæ Contractibus inseruntur, jus commune non lædunt. l. qvæ 81. ff. de diverſ. R. I.

Dubitans Ignoranti æqviparatur. l. ult. §. sin autem nescius & dubitans. 2. C. de furt.

Duæ Negationes faciunt unam affirmativam. l. duobus. 237. de V. S.

Duorum in solidum Dominium, vel Possessio esse non potest. l. sicut. 5. §. si duobus. ff. commod. c. licet. de probat.

Ubi Duo propter unum, ibi Unum tantum. l. qvo minus. de flumin.

Duorum Conventio est lex. l. eâ lege. C. de Condict.

Duorum vicem nemo subire potest. l. plures. ff. de pact.

Duo Impedimenta plus obstant, qvàm unum, & duo vincula fortiora sunt uno. §. sed hodiè. Instit. de Adopt. l. re conjuncti.

juncti. ff. de legat. 3. Auth. cessante. C. de suis & legit. hæred.

Duos Reos habere, Creditoris interest. l. liberationem. 3. in fin. ff. de liber. legat.

Ut Duæ obligationes in ejusdem persona de eâdem re concurrant, non est novum. l. non est novum. 10. ff. de action. empt. l. 8. ff. de fidejuss.

Duo uni pro solido hæredes esse non possunt. l. qvod. 41. §. 2. ff. R. I.

Duo testes sufficiunt ad probandum aliqvid, ubi numerus testium de jure non adjicitur. l. ubi. ff. de testib.

Duo simul nasci non possunt. l. Arescusa. ff. de stat. homin. nec enim Natura permisit, simul uno Impetu duos Infantes de uno utero matris exedere. l. seqv. ff. de stat. homin.

Duæ Vices faciunt Consvetudinem l. 3. ff. de Episcop. aud. l. 1. ff. de jur. patron.

Duo, vel plures eandem rem in solidum possidere non sunt. l. 3. §. ex Contrario. de acqvir. vel amittend. possess.

Duobus locis Domicilium qvis habere potest. l. adsumptio. 6. §. 2. ff. ad municipal.

Duobus Dominis nemo servire potest. tit. de eo qvi arma belli depos. & tit. de feud. fœm.

Duo Remedia extraordinaria nunqvam simul cumulantur. l. cum filius-famil. si certum pet. Bart. in l. in provinciali. de nov. oper. nunc.

Duo Homines faciunt Rixam. l. prætor. 4. §. turbam. 4. ff. de vi bonor. raptor.

Duo Homines non faciunt Familiam: l. detestatio. 40. in fin. ff. de V. S.

Duplici Damnô nemo onerari debet. l. navis. 4. §. 2. ff. ad L. Rhod.

Verba, qvæ Dupliciter possunt intelligi, debent in humaniorem partem interpretari. l. fin. ubi Bald. C. de comm. servor. manumiss.

Qvem suum hæredem Duplici præstatione onerare, verisimile non est, l. Titia 34. §. 5. de legat. 2.

Eccle-

E.

Ecclesiis in sanctissimis optima mensura est donatarum eis rerum immensitas, Novell. 7. de non alien. & permut. reb. Ecclesiast. c. 2. §. finimus. 1.

Ecclesiæ bona, sunt bona pauperum. Auth. de non alien. & perm. reb. Eccles. §. iisdem. coll. 2.

Ecclesiis debent assignari bona presbyterorum vel clericorum, sine hærede descedentium. l. si qvis presbyter. C. de Episcop. & cleric.

In Ecclesiasticis personis illusio, & variatio maximè sunt vitandæ. Clem. 1. de renunc.

Ecclesias regere debere hos, qvi non noverint gubernare seipsos, indecorum est. c. indecorum de æta. & qval. & ordin. præficiend.

Ab Ecclesiâ subveniri eis, per qvos constat in Ecclesia scandalum generari, indignum est. c. sacerdotibus, Ne cleric. vel Monach. secul.

Ecclesiastica substantia solet per filios periclitari. c. de Syracusane, dist. 28. Ec-

Ecclesia habet aurum, non ut servet, sed eroget, & subveniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod non adjuvat. 12. q. 2. c. aurum.

Ecclesia DEI prorsus abhorret successionem hæreditariam, nec pactum illud potest fieri de succedendo Prælatis Ecclesiæ, aut beneficiis Ecclesiasticis. c. ex transmissa & ibi Canonist. de presbyt.

In Ecclesiasticis personis, & negotiis non reqviritur rigor. c. 1. de dol. & contem.

Ecclesias regere non merentur, qvi sunt crimine perjurii irretiti. c. qverelam. de jurejur.

Ecclesiæ præses qvomodo potest auferre malum, qvi in delictum simile corruerit? c. primum. dist. 25.

Ecclesiasticis utilitatibus desudantes, remuneratione gaudere, dignum est, ut, qvi voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte se subjiciunt, digne nostris provisionibus consolentur. 12. q. 2. c. Ecclesiasticis.

Eccle-

Ecclesia Apostolica est mater omnium Ecclesiarum. c. non decet. dist. 12.

Ecclesia gremium suum nunqvam claudit redeuntibus. l. fin. §. æqvum qvippe. C. de summ. Trinit.

Absit, ut Ecclesia cum augmentô accipiat, qvod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra de damnis qværere. c. fraternitas tua. 12. q. 2.

Ecclesia nunqvam moritur. c. si gratiosa. de rescript. lib. 6.

Ecclesia non potest pati damnum per factum prælati, consentientibus œconomo, & omnibus clericis. l. jubemus. §. œconomus. C. de SS. Eccless.

Edictum fraudare non videtur, qvi sibi prospicit, ne oneribus implicetur. l. si pupillus. 42. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Prætoris Edictum, qvamvis sit manifestissimum, attamen interpretatio ejus non est negligenda. l. 1. §. qvamvis. 11. ff. de inspic. ventr.

Editiones sine die, & consule fiunt. l. 1. §. 2. ff. de edend.

Maris

Maris & fœminæ Conjugatio, liberorum procreatio & Educatio, à Jure naturali descendunt. l. 1. §. pen. ff. de Justit. & Jur.

Cujus Effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent. l. cujus. 148. ff. de R. I.

Effectum *nullum parit nullus* Actus. l. *si aut nullum*. C. de *legit. hæred.* l. non dubium. C. de ll.

Effectum ipsum debet præcedere Causa. l. qvod dictum. ff. de pact.

Effectus debet cessare, cessante Causâ. l. generaliter. C. de Episcop. & cleric. c. & si Christus de jurejur. c. cum cessante de appell.

Effectus non cessat, Causa finali unâ cessante, & aliâ remanente. l. liberorum. §. 1. ff. de his qvi not. infam. & §. affinitatis. Instit. de nupt.

Ab Effectu cognoscitur causa. l. non Codicillum. C. de testam.

Dispositio eo loco facta videtur, in qvem ejus confertur Effectus. l. contraxisse. ff. de O. & A.

Fru-

Fruſtra expectatur Eventus, cujus Effectus nullus ſeqvitur. l. fin. C. qvi ad bon. poſſ.

De validitate Actus fruſtra diſputatur, cujus nullus Effectus eſt. l. 1. C. ne uxor pro marito.

Qvod de jure Effectum non ſortitur, impedimentum non præſtat. c. non præſtat. de R. I. in 6.

Sine Effectu qvod eſt, inane eſt. l. qvod vulgo. 19. ff. de bon. poſſ. cont. tabb.

Sufficit, benè cœpiſſe, licèt Effectus diverſus ſit ſecutus. l. ſed an ultrò. ff. de negot. geſt.

Ad Effectum aliqvem qvod certo tempore ſtatuitur, ſi eo tempore non fiat, ceſſat temporis inſpectio. l. continuus. de V. O.

Effectus aliqvanda dignior ſuâ cauſâ efficiente eſt. l. qvod ex libertâ. C. de oper. ſerv.

Cum Effectu Verba ſunt accipienda, l. 1. §. 2. ff. qvod qvisqve jur.

Effectus tantò eſt perfectior, qvantò agens

agens est perfectius. l. jusjurandum. C. de testib.

Effectus diversi non debent ex unâ eademqvè causâ oriri. l. meminerint. cuncti. C. unde vi.

Effectum non sortiuntur, qvæ de facto emergunt. §. fin. Instit. de ingenu.

Effectus in Consequentiam producentes non attenduntur. l. 1. & l. 7. de autor. tut.

Incredibile est, de actu, nec Effectu cogitatum esse. l. si venditor. 6. ff. de serv. export.

Effectus non debet attribui Causæ, qvâ remotâ, idem subesset Effectus. l. antepen. ex qvib. caus. major.

Egestas facit alacres, & ingeniosos. l. si qvis. §. 2. ff. de agnos. & alend. liber.

Electio mala in culpa esse censetur. l. nam. §. fin. ff. de negot. gest.

Qvi Elegit non satis idoneum, sibi imputare debet. l. cum mandat. ff. de minor. l. mandat. 57. in fin. ff. mand.

Electionis necessariæ facultas non propriæ

priæ libertatis beneficium est. l. unum. 67. §. 1. de leg. 2.

Eleemosyna cordis multò major est, qvàm eleemosyna corporis. c. duæ. dist. 45.

Eleemosyna non est elargienda de alieno. in c. non pudenda. 1. q. 1.

Eleemosyna unius alterius peccatum non fiat. 12. q. 2. c. injustum.

Elementa totius mundi à DEO processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. l. 1. C. de vet. jur. enucl.

Non Eloqventiæ, sed Scientiæ opera danda. l. 2. §. ab his de origine jur.

Pater non cogitur Emancipare filium. l. filiusfam. ff. unde liberi.

Emendicata suffragia impetrari non debent. l. Scriniis. 7. in pr. C. de Palatinis.

NonEntis nullæ sunt qvalitates. l. ejus qvi 41. vers. qvod si stipulatus. ff. si cert. petat

Episcopatum qvi desiderat, bonum opus

pus desiderat. 8. q. 1. c. qvi Episcopatum.

Error nominis non nocet. l. si in judiciis. 80. ff. de judic. l. si in 4. C. de testam. Si de corpore constat. l. si qvis in fundi. 4. de leg. 1.

Qvi justè Errat, veniâ dignus. l. de ætate. 11. §. qvi justè. ff. de interrog.

Ex Errore Calculi dierum sæpè causas periclitatas, cognitum est. l. cum. 4. §. 1. C. de tempor. & repar. appell.

Erroris velamento non instauratur Causa decisa. l. error. 7. de jur. & fact. ignor.

Error & Consensus in eodem subjecto esse non possunt. l. 4. §. ult si qvis caut.

Erratur plerumqve pernicioſè in bono & æqvo. l. 91. §. 3. ff. de V. O.

Errantes & Ignorantes consentire non videntur. l. si per errorem. 15. ff. de jurisd. om. jud. l. 2. in pr. ff. de judic. l. 20. ff. de aq. pluv.

Per Errorem dati repetitio cujus est. ejus Consultô dati donatio est. l. cujus. 53. ff. de diverſ. Reg. Jur.

Errore

Errore scribentis testamentum juris Solennitas mutilari neqvaqvam potest. l. errore. 7. C. de testam.

Errans in uno, omnium dicitur reus. l. etiam. 11. de leg. 1.

Erroris proprium est, falsum approbare. c. qvamvis. dist. 38.

Aberrare *in nullo*, seu *in omnibus* irreprehensibilem, aut inemendabilem esse, divinæ utiqve solius, non aut mortalis est constantiæ, seu roboris. c. 2. §. 13. de confirm. Digest.

Error *in* Syllabâ non nocet. l. qvi habebat. 54. D. manumis. testam.

Ab Errore alium non revocans, cum potest, se ipsum errare demonstrat. c. 2. de hæretic.

Error juris in omnibus damnis amittendæ rei suæ non nocet. l. error. 8. ff. de jur. & fact. Ignor.

Error *in* propriô facto non præsumitur, nisi probetur. l. si hæres. §. fin. ad Trebell.

Error jus facit. l. 3. in fin. ff. de suppel. legat.

Qvi Errat, non fatetur. l. 2. ff. de Confeſſ.

Error jus non mutat. l. ornamentorum. 37. ff. de aur. & arg. legat.

Error falſæ cauſæ ratione bonæ fidei non defenditur. l. 2. C. de uſucap. pro donat.

Error falſæ cauſæ Uſucapionem non parit. §. error. 11. Inſtit. de Uſucap.

Erubeſcimus ſine lege loqvi. Novell. de trient. & ſemiſſ. §. conſideremus.

Eruditionis noverca eſt negligentia, c. nihil. diſtin. 83.

Eſſe non definit, qvod nunqvam fuit. l. Titio. ff. de Condit. & demonſtr.

Eſſe, vel eſſe debere, paria ſunt. l. qvi cum alio, ubi Dec. in fin. de R. I.

Progreſſus difficilior eſt: à non Eſſe, ad eſſe, qvàm ab imperfecto ad perfectius. l. cum ab eo. ff. de contrah. empt.

Eventus non inſpicitur. l. ſed an ultrò. 10. in fin. ff. de negot. geſt.

Malus Eventus intentioni bonæ minimè imputatur. c. de occidendo. 23. q. 5. c. illa. 15. q. 1.

Actus

Actus non ab Eventu, sed à Causa judicatur. l. verum. & l. qvi injuriæ. ff. de furt. l. si servus. §. & si puerum. ff. ad L. Aqvil.

Fraus ex Eventu non solùm, sed ex consilio qvoqve desideratur. l. fraudis. 79. ff. de diverſ. reg. jur.

Eventus damni restitutionem non indulget, sed inconsulta facilitas. l. verum. §. item non. ff. de minor.

Eventus dubius æstimatur. l. 23. ff. famil. herciſ.

Eventus posterior non infirmat datam libertatem. l. qvamvis. 2. C. de fideicom. libert.

Eventus judiciorum sunt dubii. l. qvod debetur. Cùm & sumptus in petendo, & eventus executionis possit esse incertus.

Eventus frustra expectatur, cujus nullus Effectus seqvitur. l. fin. C. qvi ad bon. poss.

Eventus tristes non facilè considerandi. l. inter sacram. de stipul.

Qvod Evincitur, non est in bonis. l. 190. ff. de R. I.

Rem non tradi, vel traditam Evinci, paria sunt. l. emptorē. §. 1. ff. de act. empt.

Rem alienam qvi emit scienter, vel alii obligatam, sibi imputet, si non expressè de Evictione sit stipulatus. Ignorans enim semper habet Regressum de Evictione. l. si fundum. C. de Eviction.

De Evictione non tenetur debitor ex causâ lucrativâ. l. ad res ornatas. ff. de Eviction.

De Evictione actio qvem tenet, eundem agentem repellit exceptio. l. vindicantem. 17. de eviction.

Excessus viam aliis aperimus, si negligenter ea, qvæ malè usurpantur, omittimus. c. pervenit & 2. distin. 93.

Excludi ipsô jure, vel ope exceptionis, paria sunt. l. nihil interest. de regul. jur.

Exemplis ratio sana est anteponenda. c. sana. dist. 9.

Res mali Exempli est vitanda. l. exemplo perniciosum est. C. de probat.

Exempla mala sunt improbanda, non seqvenda. l. 2. ad SC. Maced.

In

In pœnâm ſuam, & in aliorum Exemplum coërcetur reus. l. qvicunqvè. 8. §. 3. C. de hæretic.

Exempla præſentia nos futuri periculi admonent. 82. c. plurimos. not. in c. 1. de ſer. non ordin.

Exempla non reſtringunt, ſed declarant. l. regula. §. fin. ff. de jur. & fact. Ignor. l. damn. 2. in fin. ff. de damn. infect.

Exemplis non eſt judicandum, ſed legibus. l. ſenten. & interloc. C. omn. judic. l. nemo. C. de ſent. l. 1. C. de vet. Jur. enucl. l. 12. ff. de offic. præſid.

Exemplum magiſtri ſeqvendum eſt. l. & hoc Tiberius. de hæred. Inſtit. l. Titius. ad Trebell.

Exempli poſitio, eſt Reſpondentis inſtructio. l. ut reſponſum. C. de transact. l. precibus. C. de impuber. l. exprimere. C. de duob. reis.

Exemplis res fit manifeſtior. l. prætor. §. Julianus. ff. de collat. bon.

Exemplum unicum doctrinæ gratiâ ſufficit. l. ita vulneratus. circa fin. ad L. Aqvil.

Exemplô alterius sæpè docetur homo. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn.

Exempli gratiâ qvod ponitur ad omnia similia. l. damn. 2. infin. de damn. infect.

Exempla regulam non restringunt, sed declarant. l. regula. §. fin. ff. de jur. & fact. ignor.

Qvod qvis Exigit ab alio, ipse sibi præstare debet. l. qvoties. 9. §. & generaliter. ff. de administr. & pec. tut.

Pietatem, Existimationem, Verecundiam nostram qvæ lædunt, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum. l. filius. 15. ff. de condit. instit.

Existimationis causa est præponenda. l. si in duabus. 104. ff. de R. I.

Exiguum Munus non est spernendũ. l. qvisqvis. §. nemo ex his. C. de postul.

Exitus acta probat. l. jure nostro. 26. §. 2. ff. de testam. tut.

Exitu bonô vix peraguntur, qvæ malô sunt inchoata principiô. c. miramur. dist.

dist. 61. 1. q. 1. c. principatus. l. universis. C. qvi dare tut. vel curat.

Exitus melior invenitur, tractu ampliore habitô, l. scimus. 22. §. fin. C. de jur. delib.

Exorbitans dispositio non debet extendi ultra casum, specialiter expressum. l. si servum. §. non dixit prætor. de acqvir. hæred. l. constitutionibus. ff. ad municip.

Exordium unde qvis sumpsit, normam inde sumere debet. c. præceptis Apostolicis. dist. 12.

Experientia est rerum magistra efficax. c. qvàm sit de elect. in 6.

Expressa nocent, non expressa non nocent. l. nonnunqvam. 52. in fin. ff. de Condit. & demonstr. l. 195. de R. I.

Exprimere aliqvid verbis, vel scripturâ, paria sunt. l. miles ad sororem. in pr. de legat. 2.

Expressè qvædam fieri non possunt, qvæ tacitè fieri possunt. l. actus. & l. expressa. ff. de R. I.

Expressa prosunt, qvæ omissa nihil prosunt. l. fin. C. de novat.

Expressum facit cessare tacitum. l. cũ ex filio. §. 1. ff. de vulg. & pupill. substit.

Ratio si eadem est, lex Extenditur. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. qvod vulgò.

Extensio non conceditur in personis, & temporibus. l. commodissimè. ff. de liber. & posth.

Extensio non fit de uno casu, ad alium, ubi agitur de pœnâ, à testatore imposita. l. pater Severinam. in pr. & ibi Bart. de Condit. & demonstr.

Exteriora indicant interiora. §. pavonum. Instit. de rer. divis.

Extincta semel Actio non reviviscit ampliùs. l. si unus. §. si pactum. ff. de pact.

Duo Extraordinaria remedia nunqvam cumulantur simul. l. cum filiusfamilias. ff. si certi petat. Bart. in l. in provinciali de nov. oper. nunc.

Non datur Extraordinarium remedium, ubi competit ordinarium. l. in causæ. 16, in pr. ff. de min. Ex-

Extremo, vel ultimo loco dicta magis inhærent memoriæ. Spec. tit. de disp. §. post hoc autem in fin.

Ad Extremum non potest fieri transitus omissô mediô. l. fin. C. unde vi.

Duo Extrema Medium trahit. l. qvi sella. ff. de serv. rust. præd.

Extrema conjungi, Medium inhabile impedit. l. qvi sella. §. fin. ff. de serv. rust. l. fin. de flumin.

Medium in dubio applicatur Extremo. l. qværitur. ff. de stat. hom.

F.

FAcies hominis ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata. l. si qvis. 17. C. de pœn.

Factum procuratum non prodest. l. si servus. §. 1. de legat. 1.

Facias hoc alii, qvod tibi vis fieri, & è contra. c. 1. dist. 1. l. 1. ff. de solut.

Factum qvi subtiliter emendat, laudabilior est eô, qvi primus invenit. de concept. Digest. §. 6. in fin.

Factum adversus suum qvis controversiam movere prohibetur. l. post mortem. 25. ff. de adopt.

Factum qvod non jure est, potest à Principe, his adhibitis, qvi contradicerent, & confirmatione læderentur, confirmari. l. adoptio. 38. cum l. seq. ff. de adopt.

Factum alterius ei nocere non debet, qvi nihil fecit. l. fin. ff. ad SC. Syllan. l. pupillo. 5. §. 5. ff. de oper. nov. nunc. l. factum. 255. ff. de R. I.

Facere qvi potest, ut possit Conditioni parere, jam posse videtur. l. qvi 174. ff. de R. I.

Ad Factum nemo præcisè obligatur, secùs ad dationem. l. stipulationes non dividend. vers. Celsus. de stipul. Facta enim per rerum naturam sunt incerta. l. 2. ff. de jur. & fact. ignor. tenetur tamen ad interesse. l. stipulationes, ibi Bart. num. 36. Jas. n. 32.

Contra proprium Factum venire nemini permittitur. l. post mortem. ff. de adopt.

De

De Facti qvæstione Juris Consultus non respondet. l. mora. in fin. ff. de usur. l. tu magis. ff. de testib. l. 1. C. de edend.

Factô facere, plus est, qvàm verbo nunciare. l. si tamen. 48. §. ei qvi. 3. ff. de ædil. edict.

Qvi Facit per alium, per se ipsum facere videtur. l. ita autem. §. gessisse. ff. de administr. tut.

Facti actus plenior est, qvàm Verbi. l. nostram. ibi; siqvidem testator. C. de testam. juncto. §. pen. Instit. qvib. mod. testam. infirm. c. degradatio. de pœn. in 6.

Factum non videtur, qvod non durat factum. l. si pater. §. versum. ff. de in rem vers.

Facere, vel facto autoritatem præbere. l. 1. §. omnia. C. de vet. jur. enucl.

Facere, vel facienti consentire, paria sunt. l. utrum & l. seq. ff. ad L. Pompon. de parricid.

Non Facere, vel in facto non perseverare,

verare, paria sunt. l. qvicqvid calore. ff. de R. I.

Facti plus habet possessio, qvàm juris. c. cum nostris. de conces. præbend.

Facta dijudicare, virilis animi est. l. 4. §. 4. ff. qvi pet. tutor. vel curat. & ubi pet.

Multa Facta tenent, qvæ ab initio fieri prohibentur. l. patre furioso. ff. de his qvi sunt sui vel alien. jur. c. fin. de divort.

Non facere, vel facere, sed non debitô modô, paria sunt. l. 1. §. pen. qvor. legat.

Facta, qvæ lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse, credendum est. l. filius. 15. ff. de condit. instit.

Facti qvæ sunt, ad alium non transeunt. l. qvæ hæredi. 44. ff. de condit. & demonstr.

Facti qvæstio in arbitrio judicantis est. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill. l. ordine. 15. ad municip.

Factum

Factum non inspicitur, sed causa faciendi. l. verum. 39. ff. de furt.

Facti causæ in fectæ nullâ constitutione fieri possunt. l. in bello. 12. §. 2. ff. de capt. & postlim. reverſ. Novell. 97. de qval. dot. c. 1.

Factum in obscuro, ex affectione cujusqve interpretationem capit. l. rapienda. 168. §. 1. ff. de R. I.

Facta, in continenti consensu finitâ, pœnitentiæ Conteſtatio non reſcindit. l. non idcircò. 12. in fin. C. de contrahend. empt.

Factum ritè qvod eſt, ex poſtfacto vitiari non poteſt. l. cum proponas. 3. C. de interdict. matrim. l. sancimus. 25. C. de admin. tut.

Factum legitimè retractari non debet, licèt casus postea eveniat, à qvo non potuit inchoari. c. factum. de R. I. in 6. l. 6. C. de contrah. empt.

Facta non præsumuntur, sed probentur. l. emancipati. ubi. Jason. C. de Coll.

Facta infecta esse non possunt. l. in

bello. §. factæ. ff. de capt. & postlim. reverſ.

Facta pro infectis haberi poſſunt. l. non dubium. C. de ll. l. qvod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor.

Facti appellatione etiam factum non continetur. §. ſi uxor. Inſtit. de nupt. l. fin. ff. de inoffic. teſtam.

Facta plerumqve etiam prudentiſſimos fallunt. l. 2. de jur. & fact. ignor.

Factum alienum alii obeſſe non debet. l. paterfamilias. de hæred. inſtit.

Facta inter alios, aliis non præjudicant. l. 1. & 2. C. res inter. al. act.

Factum Inimici in malam partem accipitur. l. athletæ, §. 1. ff. de excuſ. tut.

Factum Principis in dubium revocari non poteſt. l. qværis. de natal. reſtit.

Factum legitimè nullam pœnam meretur. l. Grachus. C. de adult. l. qvi ſervum. de ſtipul.

Factô ubi opus eſt, verba non ſufficiunt. l. non omnes. §. fin. de re milit. l. pecul. in fin. pr. de pecul. l. Julianus. §.

offerri

offerri. de act. emt. l. 1. §. tuliſſe in fin. ad Syllan.

Factum eſſe, non ſufficit, niſi perduret. l. ſi pro parte. §. verſam. de in rem verſ.

Facta ſunt potiora verbis. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. nov. nunc.

Factum contra voluntatem facienti non imputatur. l. cura. v. nec. ſi per vim. ff. de mun. & honor.

Factum naturæ æqvô animô ferendum eſt. l. in ſumma. §. apud Namuſam. 6. de aq. pluv. arc.

Facta fatua non ſunt ſeqvenda, ſed deridenda. l. fin. C. de ll.

Facti interpretatio plerumqve etiam prudentiſſimos fallit. l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.

Facti proprii non eſt probabilis error. l. qvisqvis. C. de reſcind. vend.

Facti ignorantia excuſat. l. nihil. §. ſi cum filias. ff. de inoff. teſtam.

Factum ſuum nemo rectè impugnat. l. poſt mortem. ff. de adopt.

Factum noſtrum neceſſarium eſt in re noſtrâ, ad alium transferendâ. l. id qvod noſtrum. ff. de R. I.

Factum nihil videtur, dum aliqvid ſupereſt agendum. l. pen. C. de his. qvib. ut indign.

Factum proprium qvemlibet judicat. l. cum probatio. ff. de probat.

Ne fallamur, noſtrâ intereſt. l. in pr. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.

Fallere ſapiens non vult, falli autem non poteſt. ff. de juſtit. & jur. l. Juſtitia. §. Jurisprudentia.

Falſi tituli figmentum, dominium duplicare, vel auferre non poteſt. C. ſi ancillam. 7. C. de contrah. empt. & vendit.

Falſô diplomate uti non licet. l. eos. 27. §. 3. ff. ad L. Cornel. de falſ.

Falſa cauſa non nocet. §. longè. Inſtit. de legat.

Falſum exprimere, vel veritatem ſupprimere, paria ſunt. c. ſuper literis. extr. de reſcript. l. 1. in pr. de falſ.

Falſus rumor non debet obeſſe. l. fin. ff. de hæred. inſtit. Fal-

Falsum sine dolo non committitur. l. nec exemplum. C. ad L. Cornel. de falsf.

Falsitas nihil aliud est, qvàm Immutatio Veritatis. Auth. de instr. caut. & fid. in pr.

Falsitas ubi regnat, humilitas ibi non est. 22. q. c. cum.

Falsum qvod est, nihil est. l. eleganter. §. qvi reprobos. de pign. action. gloss. in l. 2. in verb. non habent. C. de hæret.

Fama plus est custodienda, qvàm oculi. Et mortaliter peccat, qvi eam non defendit jure. c. sentit. c. non sunt audiendi. 11. q. 3.

Fama præponderat emolumento pecuniario. l. si in duabus. ff. de R. I.

Fama propriè est, qvando tota Civitas, vel major pars asserit ex verisimilibus conjecturis. c. si duo. 35. q. 6. & in c. super eo. de eo qvi consangv. uxor. suæ.

Famæ multò magis, qvàm vitæ parcendum. l. si adulterium. 38. §. 9. in fin. ff. ad L. Jul. de adult.

Fames,

Fames, penuria, & rerum omnium egestas ex irâ DEI descendunt. 16. q. 1. c. revertimini.

Familiæ appellatione & ipse Princeps familiæ continetur. l. familiæ. ff. de V.S.

Familia urbana, & rustica non loco, sed genere *distingvitur*. l. urbana. ff. de V. S.

Familiaritas nimia parit contemptũ. l. observandum. ff. de off. præsid.

Familiaritas immoderata domesticorum improbatur. dist. 34. in pr.

Contra Fas qvæ gesta sunt, fructum calliditatis obtinere non possunt. l. dubium. 3. C. de repud.

Fasces repetiti, virtutes sæpè meriti comprobant, non augent, qvia nihil est altius dignitate. l. 1. C. de consul.

Fato non sufficit conditiones impleri. l. 2. ff. de condit. & demonstr.

Fatua est qvæstio, qvæ non habet rationem dubitandi. l. Domitius. 27. ff. de His, qvi testament. facer. poss.

Fatalis actus non relevat, ubi volun-

tas

tàs desideràtur. l.1, in fin, ff.de condit. & demonstr.

Fataliter qvod accessit, matri damnum injungere non debet. l. qværet. 135. in fin. ff. de V. S.

Fatua facta non sunt seqvenda, sed deridenda. l. fin. C. de ll.

Fatua qvæstio est deridenda. l. Domitius Labeo. 27. ff. qvi testam. facer. poss.

Favores convenit ampliari, odia verò restringi. c. odia. de R. I. in 6. l. cum qvidam. ff. de liber. & posth.

Actus, qvantumvis pius, & Favorabilis, in alterius præjudicium non subsistit. Instit. qvibus ex caus. manum. non licet.

Favorabilis, & odiosus actus judicatur secundùm principalem agentis intentionem. l. qvi exceptionem. de condict. indeb.

In Favorem aliqvorum facta dispositio, non ad alios extenditur. Dec. consil. 87. col. 5. vers. 2. proprius.

Favore indultum non debet verti in læsionem. l. qvod & favore. ff. de ll.

Favo-

Favores omnes non debent ex unâ parte, & ab alterâ omnia gravamina cumulari. l. si non fuerint. §. fin. ff. pro soc.

Favore aliqvorum qvod introductũ, in eorum læsionem retorqveri non debet. l. nulla juris ratio. ff. de ll.

Feriato die ad judicium venire nemo compellitur. l. 2. ff. si qvis in Jus vocat.

Dominicus dies sit à cognitionibus, & contractibus alienus, sileſcat præconis horrida vox, reſpirent à Controverſiis litigantes. l. dies festus. C. de fer.

Festinatio præceps veniam non meretur. l. edicto. 13. §. cum. ff. de jur. fisc.

Viventium interest, ne Præcipitentur, qvamdiu justè deliberant. c. & qvia. ff. de interrogat.

Nemo præcipiti Festinatione, nec moratoriâ cunctatione utatur. l. tutor qvi. §. 1. ff. de admin. & peric. tut.

Fruſtra Velociter currit, qvi prius, qvàm ad metam perveniat, deficit. c. in cassum. de pœnitent. dist. 3.

Properandum non est, ne subjectam

Inno-

Innocentiam feriamus. l. fin. in pr. C. de accuſ. & inſcript.

Non Feſtinatione pœnæ, ſed præveniendi periculi cauſâ, interdum punitio moram non recipit. l. ſi qvis. 6. §. qvi tamen. 9. in fin. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.

Factum ſponte ſe Præcipitantis, innocentis criminis periculum afferre non poteſt. l. factum. 12. C. de accuſat. & inſcript.

Feſtinans ad duo diverſa, neutrum benè peragit, l. nemo. C. de aſſeſſor. ne, cùm in utrumqve feſtinet, neutrum benè peragat.

Feudum, non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acqvirendum eſt. lib. 1. de feud. dat. in vicem. L. commiſſ.

Non Fictio hominis, ſed veritas ſpectanda eſt. l. ſi fortè. de caſtr. pecul.

Fictio tantum operatur in caſu ficto, qvantum veritas in caſu vero. §. minorem. Inſtit. de adopt. l. 1. ff. eod. tit.

Fictio

Fictio nunqvam inducitur, nisi æqvitate svadente. l. deniqve. l. nec utilem ex qvib. caus. major.

Fictio voluptatis gratiâ non inducitur. l. 2. de Captiv.

Fictio, & Veritas qvando tendunt ad idem, veritas prævalet fictioni. l. filio. ff. de liber. & posth.

Fictio cessat, ubi Veritas locum habere potest. l. nec ei. §. primum. de adopt.

Ficti pretii numeratio frustra petitur. l. cum eâ. 21. C. de transact.

Fictio L. Corneliæ, & hæreditatem, & hæredem facit. l. filiusfamilias. 18. ff. ad L. falcid.

Ficus, & olea longviori intervallô, qvàm cæteræ arbores seri debent. l. ff. Fin. regund.

Fides appellata est, qvia fiat, qvod dictum est. Cicer. lib. 1. offic. 1.

Fidem frangenti licitum est fidem frangere. l. eum qvi. ff. de inoffic. testam.

Fidem fallere, grave est. l. l. ff. de constit. pecun.

Fides

Fides Judici est facienda de re, in judiciô controversâ, non autem adversario. l. 1. ff. de cond. ob turp. caus.

Fides secum veritatem, verborum adminicula non desiderat. l. 1. C. si se abstin. hæred.

Fidei humanæ nihil magis congruit, qvàm ea servare, qvæ inter contrahentes placuerunt. l. 1. ff. de pact. l. non minorem. 20. C. de transaction.

Fidei interpositio juramento æqvipa-ratur. c. ad aures de his qvæ vi. met. caus.

Fides bona in alienis rebus gerendis desideratur. l. 1. de solut.

Fides bona tantundem possidenti præstat, qvantum veritas, qvoties lex impedimento non est. l. bona. 136. de R. I.

Bona Fides non patitur, ut bis idem exigatur. l. bona. ff. de R. I.

Mater Fidei, & religionis sicut perpetua est, ita ejus patrimonium jugiter servetur illæsum. l. jubemus. 14. in fin. pr. C. de SS. Eccles. Qvod

Qvod neqve contra bonam *Fidem*, neqve contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum. c. illa autem. distin. 12.

Ex bona *Fide* facta pacta, legi tamen incognita, valent. *l.* 1. §. qvæ depositis rebus. §. ff. *depos*it.

Qvæ contra *Fidem* bonam fiunt, veniunt in actionem empti. *l*, 1. §. 1. ff. de act. empt. & vendit.

Non, qvod Fit, sed qvod fieri convenit, inspici debet. *l.* pen. ff. de J. & J. l. sed licet ff. de offic. præsid.

Qvod tibi non vis Fieri, aliis non facias. in rubr. ff. qvod qvisqve Jur. & per tot. tit.

Qvod Evenire potest, prospiciendum est. l. si qvis. 9. §. 1. ff. locat.

Finis est dignior & nobilior his, qvæ sunt ad finem. Arist. 2. Phys.

Verba prolata ad Finem alium, qvàm expressum, non disponunt, nec aliqvid operantur. l. in ambiguo. ff. de reb. dub.

A Fine denominatur res. *l.* si qvis à multis. ff. de noxal. action. Fini-

Finitam causam instaurari posse, nulla ratio permittit. l. postqvam. 4. C. de pact.

Finem expectare oportet. l. diximus. ff. de excus. tut.

Finis est nobilior omnibus, qvæ sunt ad finem. l. & si non sint. §. pervenimus. ff. de aur. & argent. legat.

Finis aliqvando trahit principium, & è contra. l. 4. de adim. legat. l. si qvis. in pr. de leg. 3. Gl. in l. qvi sella. §. fin. de serv. rust. prædior.

Finis cujus melior est, ipsum qvoqve melius est. Arist. 3. Topicor.

Fine habito, de Origine non curatur. l. cum servus. de V. O.

Finis non datur, ubi principium non præcessit. l. Titio ususfructus. de condit. & demonstr.

Finis est primus in intentione, & ultimus in executione. l. 1. C. de execut. rei judicat.

Finis scientiæ speculativæ est veritas, practicæ verò opus. Aristot. 2. metaphys.

Finis

Finis est consummatio actus. l. qvæsitum. §. illud. de legat. 3. l. si is. §. qvædam. ad L. Falcid. l. ædificia. §. perfeciſſe. de V. S.

Actus, qvi non Finem ſuum aſſeqvitur, eſt fruſtratorius. l. verbis. de vulg.

A Fine omnis actus judicatur. l. verum. ff. de furt.

Fines magis fundo, qvàm perſonis adjudicantur. l. ſed & loci. 4. §. ſi alter. 5. ff. fin. reg.

Finita inſtaurari, rerum judicatarum non patitur autoritas. l. 5. C. de re judic.

De Fonte magis, qvàm de rivulis cogimur qværere Scientiæ veritatem. c. jejunium. el. 2. diſt. 76.

Periti ſub dubiô: Fortè ſæpè reſpondent. not. in l. ſi duo rej. ff. de recept.

Forma mutata propè interimit ſubſtantiam rej. l. Julianus. 9. §. 2. ff. ad exhib.

In Formâ peccans actus redditur nullus. l. cum. §. ſi prætor. ff. de transact.

Si Forma legum non obſervata, actus

ctus efficaces fieri neqveunt. l. 1. in pr. de ſtipul. l. traditionib. 20. C. de pact.

Forma Nominationum vacillare non debet. l. nominationum. C. de decur.

Formam appetit omnis Materia, velut fœmina marem. Ariſt. 1. Phyſ.

Formæ omiſſio vitiat actum. l. cum hi. 8. §. ſi prætor. 17. ff. de transact.

A *Formâ* recedi non debet. l. ſi qvis. 46. ff. mand.

Formas novas edere natura deproperat. feud. lib. 2. tit. 24. qvæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. §. item. 2.

Sententia, contra *Formam* juris lata, non valet. l. 2. C. qvand. provoc. non eſt neceſſ.

Forma eſt, qvæ dat Eſſe Rei, & conſervat eam. l. Julianus. §. ſed & ſi qvis. ff. ad exhib.

Fortuiti caſus periculum regulariter ſpectat ad eum, qvi eſt *dominus*. l. pignus. C. de pign. act.

Fortior præſumptio elidit debiliorem. l. divus. 7. ff. de in integr. reſtit.

Fortuna in dubiis rebus judex est, & sors inter altercantes est adhibenda. l. 3. in pr. C. commun. de legat.

Fortuna imperialis, ut omnes supereminet alias, ita oportet & principales libertates culmen habere præcipuum. l. cum multa. C. de bon. qvæ liber.

Fortuna adversa hominis non est speranda. l. inter. 83. §. sacram. ff. de V. O.

Fortunæ Eventus sunt tolerandi, sive sint boni, sive mali.

Fragilitas humana, mortis præcipuè cogitatione perturbata, minùs memoriâ potest res plures consequi. l. hâc consultissima. 8. §. at cum C. qvi testam. fac. poss.

Fragilitatis humanæ prætextu delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet. l. illicitas. 6. §. 7. ff. de offic. præsid.

Ad ea, qvæ *Freqventer* accidunt, jura se adaptant, & non ad ea, qvæ rarò. l. nam ad ea. ff. de ll.

Freqventia assidua qvasi præbet non nul-

nullam infamiam. l. item apud. 15. §. aliud. 22. ff. de injur.

Freqvens delictum auget pœnam. l. capitalium. §. solent qvidam. ff. de pœn.

Præsumitur in qvalibet causâ id, qvod Freqventer accidere solet, nisi diversum probetur. l. neq; naturales. C. de probat.

Fructus deductis impensis intelliguntur. l. si à domino. §. 5. ff. de petit. hæred. l. fructus. 7. ff. solut. matrim.

Fructus non debent lucro possessoris cedere, cum sit victus. l. & ex diversa. 35. §. ubi. 1. ff. de rei vindic.

Fructus pendentes fundi pars esse videntur. l. fructus. 44. de rei vindic.

Fructus percepti sunt, si terram continere desierint. l. si ejus. 78. ff. de rei vindic.

Fructus omnis non jure seminis, sed jure soli percipitur. l. 25. in pr. ff. de usur.

Fructus omnes rerum natura hominum gratiâ comparavit. l. in pecudum, 28. in fin. ff. de usu. §. in pecudum. Inst. de rer. divis.

Fructus rei est, vel pignori dari licere. l. fin. ff. de usur. l. fructus. 72. de R. I.

Fructus instar portionis obtinet. l. cum filius. 76. §. dominus. 2. in fin. ff. de legat. 2.

Possessor bonæ fidei ante litem contestatam *Fructus* perceptos lucratur. l. sumptus. 48. ff. de rei. vindic.

Emptor bonæ fidei Fructus consumptos restituere non cogitur. l. 1. §. cum prædium. ff. de pign.

Fructus per greges ex saltu percipiuntur. l. de grege. 9. in fin. ff. de instr. & instru. leg.

Fructus ex eo non debet qvis consequi, qvod nisus extitit impugnare. c. ex eo. de R. I. in 6.

Fructus, & partus futuri rectè emuntur. l. nec emptio. ff. de contrah. empt.

Frustratio non sit impunita. l. 3. in fin. ff. de usur.

Frustratorius actus est, qvi non assequitur finem suum. l. verbis. de Vulg.

Fundi appellatione omne ædificium, &

& omnis ager continetur. l. fundi. ff. de verb. signif.

Fundi appellatione plena proprietas continetur. l. idem Neratius. §. non solum. & l. si proprietas. ff. de usufruct. accresc.

Fundo magis, qvàm personis, fines adjudicantur. l. sed & loci. 4. §. si alter. 5. ff. fin. reg.

Fundus cum suâ causâ transit. l. si convenerit. 18. §. si fundus. 2. ff. de pign. act.

Fundi, & eorum nomina fiunt nostrâ destinatione. l. qvod in rerum. 24. §. 3. de legat. 1.

Fundi pars fundus rectè appellatur. l. planè. 34. in fin. de legat. 1.

Fundos confines sæpè etiam supra justam æstimationem interest nostra acqvirere. l. si cuj. 54. ff. de legat. 2.

Fundus fundi instrumentum esse non potest. l. qvæsitum. 12. §. ea verò. 11. ff. de instruct. & instrum. legat.

Fundus qvisqve cum suâ conditione

publicatur. l. via. 23. §. 2. ff. de servit. rustic. præd.

Fundamentum ubi non est, superædificari non potest. c. veniens. de presbyt. non baptis.

Funestam vocem amputari oportet priùs, qvàm audiri. l. si qvis. 2. C. de his qvi accusa. non poss. 2. q. 7. c. placuit.

Funiculus triplex non facilè rumpitur. c. 1. de treug. & pac.

Funus filii æs alienum patris est. l. filiusfam. 19. ff. de in rem vers.

Nemo cadaver alienum Funerat, sine pietatis intentione. l. & si qvis. §. sed interdum. ff. de religios. & sumpt. funer.

Funerari mortuos de suo, expedit. l. & si qvis. 14. §. idem Labeo. 13. ff. de relig. & sumpt. funer.

Propter Funus aliqvid impendens cum defuncto contrahere creditur, l. 1. de religios. & sumpt. fun.

Furor aliqvem excusat. l. Divus Marcus. ff. de offic. præs.

Furore Amoris nihil est vehementius,

qvem

qvem retinere, philosophiæ est perfectæ. Novell. 74. qvib. mod. nat. fil. effic. legit. c. illud. 4. in pr.

Futurum jus remitti potest. l. 1. C. de pact.

De *Futurâ* successione pactum nullius est momenti. l. pactum qvod dotali. & l. hæreditas. C. de pact.

Leges *Futuris* regulas imponere, non præteritis calumnias excitare debent. l. divæ. 65. in fin. C. de decur.

Futuri temporis tractatus non pertinet ad judicem. l. 1. §. 2. ff. de usur.

In Futuro major calamitas metuitur, qvã de siniſtro principio qvis felix exitus ſperatur. 1. q. 1. c. fertur. §. cum ergò.

Futuris casibus debemus diligenter occurrere. c. in nomine dist. 23.

De *Futuris* contingentibus non est determinata veritas. l. ventre. ff. de acqvir. hæred.

Futuri fructus, & partus rectè emuntur. l. nec emptio. ff. de contrah. empt.

Lex, cum in præteritum qvid indul-

get, in Futurum vetat. l. 22. ff. de II.

Omne Futurum despicitur: svadentqvè magis qvè præsentia fructum. Claud. l. cum hi. ff. de transact. in pr.

Futuri temporis verba qvandoqvè ad præteritum referuntur. l. verbum oportebit. & l. verbum erit. de V. S.

Futura sciri, facit præteriti ratio, vel ex præterito præsumitur in Futurum. c. scribam. de præsumpt. & c. semel malus. de R. I.

Super Futuris alimentis transactio non permittitur. l. de alimentis. C. de transact. l. cum hi. ff. eod. tit.

Futurum verbum generale comprehendit. l. si servitus. 23. ff. de servit. urban. prædior.

G.

GEminatus actus plus operatur, qvàm simplex. l. cum scimus. §. 1. C. de agric. & cens. lib. 10.

Geminata verba non semper augent, vel mutant rei naturam. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. legat.

Gemi-

Geminata verba efficaciùs disponunt. l. balista. ff. ad. Trebell.

Generalitas non trahitur ad Futurum, nisi exprimatur. l. obligatione generali. ff. de pignor.

Generale dictum generaliter intelligendum. l. 1. §. generaliter. 1. de legat. præstand.

Generalitas parit obscuritatem. l. ita fidei. ff. de Jur. fisc.

Generalis dispositio omnes casus includit, etiam privilegiatos. l. in fraudem. §. fin. ff. de milit. testam.

Generalis dispositio, continens extensionem actus non concessi, non restringitur ad habilitatem. l. 1. §. nunciatio. de nov. op. nunc.

Generali dispositioni per minùs generalem derogatur. l. uxorem. §. Codicillis. de legat. 3.

Dispositio, qvantumcunqve Generalis non extenditur ad incogitata. l. cum Aqviliana, de transact.

Generalis dispositio, qvæ non potest

verificari, nisi in una specie, censetur specialis. l. si optio. ff. de opt. legat.

Dispositio, qvantumcunqve Generalis, restringenda est, ne qvis indebitè damnum patiatur. l. 2. C. de noxal. act.

Generaliter lex loqvens sæpè extenditur ad Casus, alio spectantes. l. pen. C. qvi testam. fac. poss.

Generaliter prolata verba, sunt generaliter intelligenda. l. si servitus. ff. de servit. urb. præd.

Generalia verba ad terminos habiles restringuntur. l. 1. in pr. C. de SS. Eccles. l. ut gradatim. in pr. de muner. & honor.

Verba, qvantumcunqve generalia, ad consonum intellectum restringuntur. l. 1. §. qvod ait. ff. neqvid in loc. sac.

Generalia verba in ultimis voluntatibus referuntur ad tempus testamenti. l. testor. §. 1. ff. de legat.

Generalia verba restringuntur ex verisimili mente disponentis. l. Lucius 11. §. Lucius. ff. de legat, 2. l. creditor. §. Lucius, ff, mand.

Gene-

Generalia verba, accessoriè apposita, ad suum principale restringuntur. l. prædiis. in pr. de legat. 3.

Generalibus insunt specialia. l. in toto. ff. de R. I.

Generale dictum generaliter est intelligendum. l. si servitus. ff. de servit. urb. præd.

Generalibus specialia insunt. l. si servitus. ff. de servit. urb. præd.

Generaliter verba Commendandi gratiâ prolata non obligant. l. sciendum. ff. de ædil. edict.

Generalis clausula, plura continens, ad omnia refertur. l. talis scriptura. ff. de legat. 1.

Generalis clausula non refertur ad eà, qvæ nominatim non sunt expressa. l. doli clausula. ff. de V. O.

Generales leges debent ab omnibus observari. l. leges. ff. de ll.

Generale verbum futura comprehendit. l. si servitus. 23. ff. de serv. urb. præd.

Generale est verbum conventionis,

ad omnia pertinens, de qvibus negotii contrahendi, transigendiqvè causa consentiunt, qvæ inter se agunt. l. 1. ff. de pact.

Generi per speciem derogatur omni jure. l. sanctio legum. de pœn. l. *in omni. de R. I. l. in toto.* ff. de R. I.

Generi licèt deroget species, non tamen derogat genus speciei. c. *dudum* de præbend. *in 6.*

Genus est, qvod prædicatur de multis, specie differentibus. Gl. *in l. 2.* §. 1. si cert. pet.

Genus nunqvam perit. *l. incendium.* C. si cert. pet. l. in ratione. §. incertè ad L. Falcid.

Genus non tantum valet qvoad suam speciem, qvantum species. l. filiusfamilias. §. 1. ff. de donat.

Positô Genere, ponitur & qvælibet ejus species. l. 1. de aur. & argent. legat. l. item legato. §. 1. de leg. 3.

Genus tantum operatur in suo genere, qvantum particulare in suo particulari.

lari. l. si chorus. ff. de leg. 3. & l. si duo. ff. de admin. tut.

Generis debitor non liberatur casu fortuito. l. incendium. C. si cert. petat.

Genus, in medio positum, ex præcedentibus & seqventibus restringitur. l. qvæsitum. §. 1. de legat.

Gerere videor, qvod per alium gero. l. ita. §. geritur. ff. de admin. tutor.

Gestum qvod frustra est, revocari oportet. l. 2. C. si propt. publ. pens. vend. fuerit celebrata.

Gestum cum uno cæteris non prodest. l. neqve pactio. C. de transact.

Gladii potestatem sibi datam, vel cujus alterius coërcitionis, ad alium nemo transferre potest. l. solet. ff. de offic. proconf. l. nemo. 70. de R. I.

Glossæ in defectum legum allegari non debent. l. sed licet. ff. de offic. præsid.

Gradatim de minoribus honoribus ad majores perveniendum est. l. ut gradatim, 11. ff. de mun. & honor.

Casum appetit, qvi ad summi loci fastigia, postpositis Gradibus, per abrupta qværit ascensum. c. sicut. dist. 48.

Gradus affinitatis nulli sunt. l. non facilè. 4. §. 5. de grad.

Gradum septimum qvis non facilè excedit. l. 4. in pr. ff. de grad.

In Gradu pares pariter admittuntur. l. si reliqvero. ff. de legit. tut.

Gratia, si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est. 1. q. 1. c. gratia.

Gratiosè qvod alicui conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. c. qvod alicui. de R. I.

Qvod ob Gratiam alicujus conceditur, in ejus dispendium non est retorqvendum. c. qvod ob gratiam. de R. I. in 6.

Gratias agere tenemur benefacientibus nobis. l. cum qvis. 10. C. de nat. lib.

Gratis qvod fit, non debet ad necessitatem perduci. l. litibus. 20. C. de agric. & cens.

Commodius est, juvari neutrum, qvam

qvàm Gravari alterum. c. deniqve. 14. q. 5.

Grex ad minus continet decem oves. l. oves. ff. de abigeis.

Grege pignori obligatô, qvæ postea nascuntur, tenentur, sed & si prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renovatus, pignori tenebitur. l. grege. 13. ff. de pign.

Grues unam seqvuntur. 7. q. 1. c. in apibus.

H.

HAbere qvædam possumus, etsi utilia nobis non sunt. l. ei fundo. 19. ff. de servit.

Habere dupliciter accipitur, nam & eum habere dicitur, qvi rei dominus est, & eum, qvi dominus qvidem non est, sed tenet; deniqve habere rem apud nos depositam solemus dicere. l. stipulatio. §. habere. 9. ff. de V. O.

Ut ego Habeam, nemo facere potest, nisi dederit. l. si hæres. de legat.

Desiisse Habere non potest videri, qvi nun-

nunqvam habuit. l. non. 208. ff. de diverſ. R. I.

Habere, vel habere debere, paria ſunt. l. item veniunt. §. petitam. ubi Ang. de pet. hæred.

Non Habere rem, vel habere *inutilem*, paria ſunt. c. *inter corporalia*. §. ſicut. *de transl. Epiſcop. Gl. in l.* fin. C. de plagiar.

In qvo Habitu qvis reperitur, talis eſſe præſumitur, donec contrarium probetur. l. item apud. 15. §. ſi qvis virgines. 15. ff. de injur. c. ſi Judex. §. idem. de ſent. excomm. *in 6.*

Habitum præſupponit privatio. l. decem. 116. de V. O.

Honeſtatis jus ab omni debito excipiendum. l. qvod ex libera. C. de oper. libert.

Secundùm Honeſtatem qvid deceat, qvid liceat ſecundùm æqvitatem, qvid expediat ſecundùm utilitatem, attendas. c. magn. de vot.

Honeſtè qvod poſſumus, *id poſſumus.*

mus. l. non aliter. 7. ff. de usu & habitati.

Honestum necessarium, & possibile æqviparantur. l. in eadem, ff. de O.

Honesta petentibus non est denegandus assensus. l. 2. ff. de his, qvi sunt sui vel alien. jur.

Honesti hominis nomen assumere, nihil est mali. l. facta. 63. §. si verò. ff. ad SC. Trebell.

Honestus amor solis animis æstimatur. l. 3. in pr. ff. de don. inter vir. & uxor.

Honestus modus est servandus, non immoderata cujusq; luxuria subseqvenda. l. ex damni. ff. de damn. infect.

Honestum utili præferendum. l. miles. 11. §. socer. ff. ad L. Jul. de adult.

Honestè etsi qvædam accipiuntur, inhonestè tamen petuntur. l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit.

Honor lucro, imò vitæ præferendus. l. isti qvidem. 8. §. 2. ff. qvod met. caus.

Honor est præferendus omni commodo

modo pecuniario. l. reprehendenda, C. de Instit. & substit.

Honor non servatur ei, qvæ in scelus meretricium se deduxit. l. Senatoris. 47. ff. de rit. nupt.

Honor personis non habetur, sed interventoribus ipsorum. l. licet. 7. ff. de obseq. parent. & patr. præst.

Honores aliorum, aliis damnorum occasionem fieri non oportet. l. & virtutum. 4. C. de statuis & imaginib.

Honor naturali ratione patrono debetur. l. venia. 2. C. de in jus voc.

Honor parentibus, patrono, vel patronæ maneat in omnibus illibatus, atq; intactus. l. 2. C. qvi & adverss. qvos in integr. restit. non poss.

Honoribus majoribus functos, ad minores devocari non oportet. l. 2. C. qvemad civ. mun. indic.

Honores paternos filiis invidere non oportet. l. si senator. 11. C. de dignit.

Honorentur, qvi contingere nostram purpuram digni sunt æstimati. l. 1. C. de domest. & protector.

Ho-

Honoris prærogativâ qvi lætantur, hi autoritate fungantur ampliori. c. de offic. legat. in 6.

Honorem nemo sibi sumat. 8. q. 1. c. in scripturis.

Qvem non Honoro, gravare non possum, l. ab eo. 9. C. de fideicomm.

Honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumqvemqve pervenire debet. l. 14. C. de re militari. l. f. C. ad L. Jul. repetund. l. sancimus. ad L. Jul. repet.

Gradatim de minoribus Honoribus ad majores perveniendum. l. ut gradatim. 11. ff. de muner. & honor.

Qvi Honore propriô omissô lucrum appetit, dolo non caret, l. Julianus. 26. ff. si qvis omiss. caus. testam.

Honoris cum augmento curâ qvoq; sollicitudinis excrescere debet. c. rationis. dist. 100.

Hora brevis victum longi temporis non consumat. c. cum Apostolus de censib.

Huma-

Humani Juris conditio in infinitum decurrit, nec est in eâ, qvod perpetuò stare possit. l. 3. C. de vet. jur. enucl. §. sed qvia divinæ.

Humana natura facilè labitur ad delicta. Novell. de monach. §. si verso. const. 5.

Pessimum est, humanioribus damnum inferre, severioribus autem lucrum accedere. §. erat olim. 4. Instit. de donat.

Humanitatis est, prospicere egenis, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint. l. privilegia. C. de SS. Eccles.

Nihil tam peculiare est Imperialis Majestatis, qvam Humanitas. l. fin. in fin. C. de don. int. vir. & ux.

Aliud est, Humanitatis gratiâ tempus solutionis indulgeri, aliud est, diem obligationis non venisse. l. cum militi. 16. ff. de Compens.

Humilitas dum nimium servatur, regendi authoritas frangitur. c. qvando. dist. 56.

Secundùm Humilitatis rationem æ-

qva-

qvales ſumus, cum non exigitur culpa. c. de Conſtantinopolitana. diſt. 22.

Humilitas ubi non eſt, ibi regnat falſitas. 22. q. 2. c. cum.

Hypotheca ad rem Immobilem refertur, Pignus ad res mobiles. Inſtit. de act. §. inter pignus autem. l. plebs. ff. de V. S.

Hypothecæ vel pignori rem ſibi obligatam eſſe, qvi dicit, probare debet. l. ante omnia. ff. de prob.

Hypothecaria actio ſuas Conditiones habet. l. grege. 13. §. etiam. ff. de pign. & hypoth.

I.

Jactare ſuum nemo præſumitur. l. cum de indebito. §. fin. verò. ff. de probat. & præſumpt.

Qvi Jactat ſeſe ſermone effuſô, in promptum incidit periculum. l. ſi pater. 7. in fin. C. de O. & A.

Jactatoria verba non inducunt diſpoſitionem. l. fin. ff. de his qvi teſtam. fac. poſſ.

Jacta-

Jactatio non obligat. l. sciendum. §. ea. 3. ff. de ædil. edict.

De Jejuniis facilè disputat plenus venter. 12. q. 2. c. Socrates.

Ignis in sinu, mus in perâ, serpens in gremio, malè suos hospites remunerant. 15. q. 1. c. Ecclesias. §. ad hæc callida.

Ignorantia regulariter non præsumitur. l. verius. 21. ff. de probat. c. præsumitur. de R. I. in 6.

Qvod qvis Ignorat, non facilè asseverare debet. l. Julianus. 13. §. qvid. ff. de act. empt.

In Ignorantia facti alieni tolerabilis error est. l. usucapio. 5. in fin. ff. pro suo.

Ignorantia hæredis defuncti vitia non excludit. l. cum hæres. 11. ff. de diverf. tempor. præscript.

Ignorantia alterius alteri non proderit, nec nocebit. l. non solus. 22. §. 1. ff. de lib. caus.

Ignoranti tempus non cedit. l. 1. ff. de jur. & fact. Ignor.

Propter Ignaros, & simplices verba clarius

clariùs interpretanda sunt. lib. 2. feud. tit. 7. de nov. for. fidel.

Non Ignorantiam, sed consensum volumus obligari. l. generali. 3. C. de tabul. scrib.

Ignorantes, & errantes consentire non videntur. l. si per errorem. 15. ff. de jurisd. om. judic. l. [illegible] ff. de jud. l. 20. ff. de aq. pluv.

Ignorantia, qvæ per ætatem contingit, non debet esse captiosa. l. qvod autem. 6. §. si qvid. 10. ff. qvæ in fraud. cred.

Ignorantis & inviti conditio melior, non deterior fieri poterit. l. solvendo. 39. ff. de negot. gest.

Ignorans non contemnit autoritatem Principis aut Magistratus. l. si ignorans. 50. locat.

Ignorans rectiùs *invitus dicitur*, qvàm qvi dissentit. l. *in* eo jure. 45. §. 5. ff. de rit. nupt.

Ignorantia est cunctorum errorum mater. dist. 38. c. Ignorantia.

Igno-

Ignorantia justa, & probabilis dat excusationem. Instit. de mandat. §. rectè qvoqve.

Ignorantia ficta neminem excusat. l. liberti. C. de bon. liber.

Ignoranti, non scienti parcitur. l. parcitur. l. si fidejussor. ff. mandat.

Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia. l. verius. ff. de probat.

Ignorans regulariter de vitio non tenetur. l. Julianus. §. qvi furem. ff. de act. emt. & vend.

Ignorans non tàm paciscitur, qvàm decipitur. l. 9. §. 2. ff. de transact.

Ignorantiæ justam causam habet, qvi in alterius locum succedit. l. qvi in alterius. ff. de R. I.

Ignorantia facti, non juris excusat. c. Ignorantia. de R. I. in 6. l. nihil. §. si cum filias. ff. de inoff. testam.

Ignorare leges nemini permissum. l. leges. C. de ll. l. 12. C. de jur. & fact. Ignor. l. 1. §. 2. de ædil. edict.

Ignoscitur qvid non sine vitio. c. nervi. dist. 13.

Illata

Illata & invecta pignori esse creduntur. l. eo jure. 4. cum aliis. ff. in qvib. caus. pign. & hypothec. tacit. contrah.

Imaginaria & nuda Venditio pro non facta est. l. 55. ff. de contrah. empt.

Immunitates elicitæ nullius sunt momenti. l. 1. C. de oper. publ.

Immunitate digni sunt, qvos nostri lateris Comitatus illustrat. l. un. C. de præpos. labor.

Immobilium & mobilium appellatione non veniunt actiones, & jura. l. à Divo Pio. §. in venditione. ff. de re judic.

Natura utrumqve corpus edit, ut immortale maneat suis vicibus. l. lege. 14. in pr. C. de leg. hæred.

Impedimentum non præstat, qvod de jure non sortitur effectum. c. non præstat. de R. I. in 6.

Hominibus sæpè impedimento sunt: Ætas morbus, necessaria peregrinatio, multæqvè aliæ causæ. in pr. Instit. de iis per qvos agere poss.

Allegans Impedimentum non excu-

satur, probando istud, nisi probet, se adhibuisse diligentiam, & non potuisse expedire. Imol. in c. ex transmissa & ibi sequuntur omnes extr. de præscript. & Gl. in c. cupientes. §. quod si per. 20. in verb. proposita. de elect. in 6.

Impedimentum naturæ fortius est, quàm accidentis. §. sed illud. Instit. de adopt. l. 40. §. fin. de Jur. dot.

Impedimenta duo plùs obstant, quàm unum. Et duo vincula fortiora unò sunt. §. sed hodiè. Instit. de adopt.

Impeditur faciliùs acquirendum, quàm tollitur jam quæsitum. l. patre furios. ff. de spons.

Impedimentum affectatum, vel procuratum non relevat, ubi aliàs excusaret, & relevaret. l. 2. §. fin. ff. si quis caut.

Impedimentum cessat, sublata ejus causa. l. pen. ff. de divort. & repud.

Impensæ improbè factæ restitui non debent. l. is. 5. de ædific. privat.

Impensis deductis fructus intelliguntur. l. si à domino. §. 5. ff. de pet. hæred. l. fructus. 7. ff. solut. matrim. Im-

Impensæ ad eum pertinent, qvi utendum accepit. l. in rebus. 18. §. possunt. ff. commod.

Impensæ utiles sunt, qvæ rem meliorem faciunt, deteriorem esse non sinunt. l. Impensæ. 70. ff. de V. S.

Impensæ voluptuariæ species exornant. l. voluptuariæ. ff. de Impens. in rem vers.

Imperfectum nihil est relinqvendum, nihil enim actum intelligitur, dum supereſt aliqvid addendum. l. cum Syllanianum. C. de his. qvib. ut indign.

Imperitia Jurisdictionis formam mutare non potest. l. filia. 20. in pr. ff. famil. herciſc.

Imperitia Culpæ annumeratur. l. 9. §. 5. ff. locat. l. 132. ff. de R. I.

Imperitia hominum, & rusticitas nihil eis possunt afferre præjudicii. l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act.

Imperitum qvi adhibet, imputet sibi. l. 1. §. 2. ff. de eo. per qvem fact.

Ut Imperiti magistris, novi antiqvis,

rudes emeritis præferantur, iniqvum, & absurdum est. c. statuimus. distin. 61.

Imperium hominum ampliari potiùs adjectione, qvàm pecuniarum copiâ princeps vult. l. cum. 7. §. si plures. 3. ff. de bon. damn.

Meri & mixti Imperii Causæ delegari non possunt. l. 2. C. de pedan. judic. l. 1. ff. de offic. ejus. cui mandat. est jurisd. l. nemo potest. de R. I. Ea enim saltèm, qvæ jure magistratus competunt, mandari possunt. l. 5. ff. de jurisdict. non verò, qvæ lege dd. ll.

Imperii proprium est, legibus vivere. l. 3. C. de testam.

Par in parem non habet Imperium. l. ille à qvo. §. tempestivum. ff. ad Trebell. c. innotuit. §. qvamvis. de elect.

Imperativa legis verba, ad privatum favorem prolata, necessitatem non inferunt, sed Consilium. l. age cum Geminiano. C. de transact.

Imperio magna ab universis secreta debentur. l. qvicunqve. 17. de oper. publ.

Im-

Imperio soli aurum contemnere præstat fortunæ fastigium. Novell. 105. de Consul. c. si autem. 2.

Imperio majus est, submittere principatum. l. digna vox. C. de ll.

Qvod præcipitur, Imperatur, qvod Imperatur, necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet, 14. q. 1. c. qvod præcipitur.

Imperium gubernatur à DEO, & per eum refrenata sunt bella, pax decorata est, & status Reipubl. sustentatus. l. 1. C. de vet. jur. enucl.

Imperare sibi ipsi, neqve prohibere qvisqvam potest de his, qvæ ad diversa officia pertinent. l. pen. ff. de recept.

Impersonalitas obligationem vitiat. l. si qvando. C. de constit. pecun.

Implere ex suo latere is debet, qvi contra adversarium pro Implemento experiri vult. l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt.

Propter Importunitatem multa conceduntur, qvæ aliàs non concederentur.

tur. l. 1. C. de petit. bon. subl.

Importunitatem per nimiam non concedenda multoties conceduntur. c. detestanda. de Concess. præb. in 6.

Impossibilia dari, vel, qvæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur. l. ea qvæ. 135. ff. de R. I.

Aliqvid esse Impossibile, vel multum difficile, paria sunt. l. apud Julianum. §. Constat. de legat. 1.

Ex Impossibili Conditione Contractus vitiatur. l. non solum. ff. de O. & Action.

Impossibilium nulla est obligatio. l. 85. ff. de diverſ. regul. jur. c. nemo. eod. in 6.

Impossibile allegans non auditur. l. Confessionibus. ff. de interrogat.

Impossibilis Conditio in ultimis voluntatibus pro non scripta habetur. §. impossibilis. Instit. de hæred. instit.

Impropriantur aliqvando verba, secundùm subjectam materiam. l. si uno anno. ff. locat.

Ex

Ex Improviso hominibus multa contingunt. Constit. Leon. 42. ut sufficiens numerus.

Ex Improviso casu potiùs, qvàm fraude qvæ accidunt, fato plerumqve, non noxæ imputantur. l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar.

Imprudentiæ, & ætati ferè succurritur in omnibus pœnalibus judiciis. l. ferè. 108. ff. de R. I.

Impudicus oculus est impudici Cordis nuncius. c. nec solo affectu. 32. q. 5.

Ex eo, qvod Impugnavit qvis, non debet commodum capere. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testam.

Inane est, qvod sine effectu est. l. qvod vulgo. 19. ff. de bon. possess. contr. tabb.

Inane habere, & non habere remedium, paria sunt. l. nam is. ff. de dolo.

Incautè qvod factum, pro non facto habetur. l. 1. §. 1. ff. de his qvæ in testam. delent.

Incendium ære alienò debitorem non exuit. l. 11. C. si cert. pet.

Incertitudo vitiat actum. l. idem Pomponius. ff. de Rei vindic.

Propter Incertum cautio interponitur. l. 11. §. ff. de collat. bonor.

Incerta, & inopinata plerumqve turbant, & impediunt actus. l. observare. 4. §. 4. de offic. procoss.

Incertus dies appellatur Conditio. l. talis. 30. §. 4. de legat. 1. l. dies. 75. de condit. & demonstr.

Incertitudinis ratione multa permittuntur, qvæ aliàs non concederentur. l. 1. C. de pact. l. si ea. C. de usur. c. naviganti. extr. eod.

Incertum qvod est, nihil valet. l. in tradend. 7. ff. comm. præd.

Incidens aliqvid prodest, qvod affectatum non prodest. l. 2. §. fin. ff. si qvis caut.

Incidenter, vel per consequentiam. non permissum est, qvod principaliter non licèt. l. Athletas. 4. §. ait. prætor. 2. vers. sive autem. ff. de his, qvi not. infam.

Incipere

Incipere non potest qvid in eo casu, qvô finiri debet. l. Titio. 51. ff. de usufr. & l. qvem qvis ut. l. qvod sponsæ. C. de donat. antenupt.

Non Incipere actum, vel cæptum non perficere, paria sunt. l. fin. §. illud. C. de Codicill. §. pen. Instit. qvib. mod. testam. infirm.

Incommodum omne incommodô aliqvô compensandum. l. 1. §. fin. de aqv. pluv. arcend.

Inconsulta facilitas, non damni eventus, restitutionem indulget, l. verum. §. item non. ff. de minor.

Ad Incogitata Verba, qvantumcunqve generalia, non extenduntur. l. cum Aqviliana. de transact. c. ne qvis. ubi. Gl. 22. q. 2.

Inconvenienti datô unô, facilè inde alia seqvuntur. l. ratas. 7. C. de rescind. vendit.

Incontinentia paterna à filiis modis omnibus est propellenda. c. literas. de fil. presbyt.

Inclusio unius est exclusio alterius. l. cum prætor. de judic. l. ait prætor. §. si Papinian. ff. de minor.

Inclusione unius non excluduntur ea, qvæ aliâ viâ specialiter includuntur. Gl. in l. de crimin. & ibi not. Salicet, C. qvi accus.

Indefinita æqvipollet universali, l. 6 *plurib. ff. de leg. 2.*

Indemnitati suæ qvi consuluit, *nemini* Injuriam facit. l. filio pater. de delegat. 1. & l. si in meo. ff. de aqva pluv. arcend.

Indictiones non personis, sed rebus indici solent. l. indictiones. 3. C. de anno. & tribut.

Individui partem tantùm facere, & nihil facere, paria sunt. l. furiosum. 9. C. qvi testam. facer. poss. l. pen. in f. C. de his. qvib. ut indign.

Inæqvaliter qvod factum esse constiterit, in melius reformabitur. l. majoribus. 3. C. comm. utriusqve judic.

Inferior

Inferior ſedes potiorem abſolvere non poteſt. c. inferior. diſtin. 21.

Infinitas improbatur. c. de reſcript. in 6.

In Infinitum nemo obligatus eſſe debet. l. 13. in fin. ff. de damn. infect.

Infirmitas corporis fortitudinem Cordis augmentat. c, niſi verſ. alia verò cauſa, de renunc.

Affectare nemo debet id, in qvo intelligit. vel intelligere debet: Infirmitatem ſuam alii damnoſam eſſe. l. idem juris. 8. §. mulionem 1. ff. ad L. Aqvil.

Gravius eſt, qvod è Voluntate, qvàm, qvod ex temeritate, vel infirmitate procedit. 22. q. 2. c. beatus in fin.

Infirmitas animi malorum mores non excuſat. l. 1. C. de adverſ. delict. ſuum.

Qvi ſe ingerit, procul dubio eſt repellendus. c. q. 6. c. ſicut.

Qvi Ingerit ſeeſt ſuſpectus. l. qvæ §. 2. ff. de procurat.

Ingratitudo eſt prima cauſa Feudum

amittendi. tit. qvæ fuit prim. cauſ. feud. amitt.

Propter ingratitudinem redigitur filius in poteſtatem patris. l. 1. C. de ingrat. liber.

Propter inhabilitatem agentis, actus nullus ſuper habilitate non firmatur. l. ſi minor. ff. de ſerv. exportand. c. ſi eo tempore. de reſcript. in 6.

Initium cujusqve rei ſpectandum eſt. l. qvid ergò. ff. de his. qvi not. infam.

Inconveniens eſt, Initiis omiſſis, atqve origine non repetita, & illotis manibus protinus tractare materiam. l. 1. ff. de origin. jur.

Ab Initio eſſe tale, vel ex poſtfacto devenire ad tale, paria ſunt. l. nec intereſt. ad L. Falcid. l. pen. de act. empt. l. ſi autem plures. in pr. de aq. pluv. arcend.

Ab Initio qvicqvid ſumitur, non injurioſè aufertur. 14. q. 5. c. non ſanè.

Initium bonum eſt ſpectandum. §. divina. Inſtit. de uſucap.

Qvæ

Qvæ in Initia ſua ſæpiùs redigi poſſunt, ea materiæ potentia victa nunqvam vires ejus effugiunt. l. qvæſitum. 78. §. illud. 4. de leg. 3.

Initium in contractibus eſt ſpectandum. l. 58. §. 12. ff. pro ſoc.

Initio invalidum tractu temporis non poteſt convaleſcere. l. adopt. ff. de R. I.

Ab Initio legitimè factum qvod eſt, ex caſu ſuperveniente irritari non debet. l. nec enim. ff. de itiner. actuqvè priv.

Innocentia juramentô probari poteſt. l. furti. 6. §. ſed & 4. ff. de his, qvi not. infam.

Ira etiam Innocentes ſæpè in crimen adducit. 11. q. 3. c. ira etiam.

Inopinata, & incerta plerumqve turbant, & impediunt actus. l. obſervare. 4. §. 4. ff. de offic. procoſſ.

Qvod ex Inſania procedit, commiſeratione digniſſimum eſt. l. un. C. ſi qvis Imper. malè dic.

Inter Inſolentiam incurioſam, & di-

ligentiam non ambitiosam, multum interest. l. si benè. ff. de usur.

Inspectio materiam falso fabricando instruere potest. l. 2. §. diem. 6. ff. testamen. qvem. aper.

Instrumentum cujusqve rei alterius generis esse debet. l. fin. ff. de instruct. & instrum. legat.

Instrumentalis causa actum non disponit. arg. l. qvi mihi donatum. ff. de donat.

Inter Instrumentum, & ornamentum multum interest. l. qvæsitum. 12. §. si domus. 16. ff. de instruct. & instrum. legat.

Re Integranda priùs sunt omnia, & postea negotia sunt ventilanda. 3. q. 2. c. cum Ecclesiæ.

Ad Intellectum possibilem verba sunt referenda. l. fin. in pr. C. de contrah. & comm. stipul. l. stipulatio ista. §. hi qvi sunt. ff. de stipulat.

Talis sum in scriptis aliorum, qvales volo esse Intellectores meorum. c. neq; distin. 9.

Verba

Verba, qvæ de jure Intelligi non possunt, de facto intelliguntur. l. mulier. §. de cond. instit. l. stipulatio ista. §. hi qvi sunt. de stipulat. l. hæredibus. §. fin. ad Trebell.

In dubio Intelligi debent Verba, rebus sic stantibus. l. servius. de condict. ob caus. l. fin. §. Idem qvæsiit, de condict. indebit. i. Paulo Callimacho. §. 1. de leg. 3.

Qvi per rerum naturam non potest Intelligere, qvid agatur, Præsentia ejus nullam facit præsumptionem. l. 1. ff. de aut. & consens. tut.

Aut te non Intelligo, aut valdè stulta est tua Consultatio. l. Domitius. 27. ff. qvi testam. fac. poss.

Intellectus absurdus ab omni dispositione rejiciendus. l. absurdum. 7. de bonis libert.

Intelligi qvæ non possunt, perinde habentur, ac si non essent. l. 73. §. 3. ff. de R. I.

Intellectum naturalem habent Principum

cipum Mandata. l. civis. ff. de serv. exportand.

Ad Intellectus ordinem reducitur ordo scripturæ. l. 2. §. prius. de vulg. & pup. l. talem. de hæred. Instit.

Intentioni bonæ malus eventus minimè imputatur. c. de occidendo. 23. q. 5. c. illa. 15. q. 1.

Intentionem præcedentem seqvens actus declarat. §. pavonum. Instit. de rer. divis.

Intentio in omnibus, ab animo dependentibus, magis attenditur, qvàm infactum. l. etiam. §. 1. ubi Bald. & Alexand. in 4. notab. fol. matrim. l. 1. §. Divus. de ficar.

Actus, qvi Intentione multiplici geri potest, debet ab agente præmissâ protestatione declarari. l. at si qvis. §. sed interdum. v. oportet. ff. de rel. & sumpt. funer.

Intentioni deserviant Verba. c. secundo reqviris. extr. de appell. c. in his. de V.S.

Ultra

Ultrà Intentionem actus agentium non operantur. l. non omnis. 19. in pr. ff. de reb. cred.

Ab Intentione agentis omnis actus judicandus. l. 1. C. ad L. Cornel. de ficar. l. 53. in pr. ff. de furt.

Intentionem demonstrat qvalitas actus agentis. l. non codicillum. C. de testam.

Interesse probatio difficilis est. l. fin. ff. de prætor. stipul.

Nemo ad factum præcisè obligatur, sed tantum ad Interesse. l. stipulationes. 72. vers. Celsus. de V. O.

Exteriora indicant Interiora. §. pavonum. Instit. de rer. divis.

Interpretatio honesta inhonesto qvæstui lucrum non facit possessori. l. si possessor. 52. ff. de petit. hæred.

Interpretatio contra eum fieri debet, qvi legem apertiùs debuit declarare. l. veteribus. 39. ff. de pact. c. contra eum. de reg. jur. in 6.

Juris ratio nulla, aut æqvitatis benignitas

gnitas patitur, ut, qvæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore Interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem. l. 25. ff. de legib.

Interpretationem certam qvæ semper habuerunt, minimè sunt mutanda. l. 23. ff. de legib.

Interpretatio in Contractibus plena, in Testamentis plenior, in Beneficiis plenissima adhibenda est. c. cum delicti. in fin. de donat.

Interpretatio benignior in Pœnis est facienda. c. pœnis. de R. I. in 6. l. factum. 155. §. 1. ff. eod. tit.

Jus Interpretandi canones, & leges illesolus habet, qvi eis Jus, & autoritatem impertit. q. 1. c. 1. sicut. §. ex his.

Interpretatio facti plerumqve etiam prudentissimos fallit. l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.

Interpretatio verborum nusqvam tantum valeat. ut melior sensu existat. l. si qvis. 33. C. de lib. præt.

Inter-

Interpretanda sunt verba clariùs propter simplices,& ignaros. lib. 2. feud. tit. 7. de nov. for. fidel.

Non Interrogandi sunt rei de alieno crimine, vel conscientiâ. l. fin. C. de accusat.

Intervallum modicum non vitiat obligationem. l. 1. §. 1. ff. de V. O.

Ex Intervallo pacta apposita contractui non insunt. l. Jurisgentiũ. ff. eod. tit.

Qvi Intervenire pro se non prohibet, mandare creditur semper. l. semper. 60. ff. de R. I.

Invalidus etiam actus ab agente non impugnatur. l. post mortem. ff. de adopt.

Invalidus actus & nullus æqviparantur. l. non dubium. 5. C. de ll.

Invecta & illata pignori esse creduntur. l. eo Jure. §. 4. cum aliis. ff. in qvib. caus. pign. vel hypothec. tac. contrah.

Inventarium facere potest hæres, sive testamento, sive ab intestato text. in l. fin. §. cum agitur hæreditas. juncto. §. sin autem dubius. C. de jur. delib.

Inventa

Inventa si qvis non reddit, simile est rapinæ. 14 q. 5. c. multi sine.

Nullus ita simplex, imò magis stultus est, ut in Inventario publico scribi contra se aliqvid patiatur. l. veteris 13. C. de arbitr. tut.

Invidia inter pares regnat. l. item si. §. eum qvi. ff. qvod met. caus.

Invitum suo precio res suas vendere, iniqvum est. l. non enim. 9. ff. de act. rer. amot.

Invitus nemo contrahit. l. invitum. 11. C. de contrah. vendit.

Nec Invitus, nec ignorans qvisqvam donat. l. 19. C. de donat.

Invito vel Ignorante creditore, aliis solvens, non liberat se obligatione. l. invito. C. de solut. & liber.

Invito auditori nemo libenter refert, 6. q. 1. c. ex merito.

Invitô dominô rem alienam possidere non possum. l. cum precario. 12. ff. de precar.

Justum est, ut nemo crescere compellatur Invitus. c. gesta. distin. 74. In-

Invitus defendere rem nemo cogitur. l. invitus. 156. ff. de R. I.

Ab Invito res non est auferenda, l. nec qvasi. 70. ff. de rei vindic.

Nobis Invitis res nostra ab aliis retineri non potest. l. si filiosam. §. maritum. ff. sol. matrim.

Invito beneficium non datur. l. beneficium. ff. de R. I.

Invitus nemo compellitur ad communionem. l. si non fortem. 26. §. 4. ff. de condict. indebit. vel invitus detinetur. l. 5. C. commun. divid.

Invitus est, qvi non consentit. l. filius familias. 8. ff. de procur.

Invito qvi potest alienare, multò magis & ignorantibus & absentibus potest. l. qvi 26. ff. de R. I.

Invitis multa præstantur bona, qvando eorum consulitur utilitati, non voluntati. c. & qvæ. dist. 45.

Inviti & ignorantis conditionem meliorem, non autem deteriorem facere possumus. l. solvendo. 39. ff. de negot. gest.

Ex

Ex eo, qvod qvis Invitus facit, nemo commodum conſeqvi debet. l. nam qvod. §. qvi compulſus. & l. patroni. §. qvi fideicommiſſariam. ff. ad Trebell.

Invitus agere vel accuſare nemo cogitur. l. unic. C. ut nem. invitus.

In *Invitum etiam* redditur Judicium. l. *inter.* 83. §. 1. ff. de V. O.

Invitus nemo procuratoris onus ſuſcipere cogitur. l. filiusfam. §. *invitus.* ff. de procur.

Inviti & ignorantes liberare poſſumus ſolutione, vel *judicium* pro nobis accipiendo. l. ſolutione. 23. ff. de ſolut. l. 53. ff. eod.

Involuntarius actus præmium non meretur. l. ita. tamen. §. qvi ſuſpectam. ad Trebell.

Inutile, & nihil æqviparantur. l. 1. §. 2. ff. qvod cujusqve univer. l. qvamvis. 8. §. ſimiliter. 1. ff. ad SC. Vellejan. l. 2. de autor. tut.

Rem non habere, & Inutilem habere, paria ſunt, c. inter corporalia. §. ſicut.

de

de translat. Episcop. Gl. in l. fin. C. de plagiar.

Qvod Inutiliter sum stipulatus extraneo, non auget meam partem. l. si mihi. 110. de V. O.

Jocosa verba non obligant. l. obligationum substantia. 3. §. 2. ff. de O. & A.

Ira sæpè Innocentes in crimen præcipitat. 11. q. 3. c. ira etiam.

Ira impedit animi judicium. Novell. de appell. §. cætero. Constit. 93.

Ira viri Justitiam DEI non operatur, 11. q. 3. c. Episcopus.

Iracundia excusat à Culpa. l. 3. ff. de divort. & repud.

Iracundiæ calore qvicqvid vel fit, vel dicitur, non priùs ratum est, qvàm, si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse. l. qvicqvid. 48. de R. I.

Iter facientibus cum prospicitur, non publicis viis studetur. l. 1. §. 2. D. de his. qvi dejecer. vel effud.

Per Itinera sine metu, ac periculo commeari, publicè utile est. l. 1. §. 1. ff. de his qvi dejecer. vel effud.

Pere-

Peregrinatio necessaria, ætas, morbus, itemqvè aliæ multæ causæ sæpè hominibus impedimento sunt. in pr. Instit. de iis per qvos agere possunt.

Qvi jubet dare damnum, is dat. Ejus verò nulla culpa, cui parere necesse sit. l. is damnum dat. ff. de R. I.

Vir Jurans multum, replebitur iniqvitate, & non recedet à domo ejus plaga. c. & si Christus. de jurejur. Ecclesiast. c. 23.

Jussu alterius qvod solvitur pro eo, qvasi ipsi solutum est. l. qvod. 180. ff. de R. I.

Jurandum, qvod qvis credit, & existimat. l. cum. 2. §. 2. C. de jurejur. propt. cal. dand.

Hominum nonnulli ad Jurandum faciles, contemptu religionis, alii perqvam timidi, metu divini numinis, usqve ad superstitionem. l. qvæ sub 8. ff. de condit. instit.

Juramentum ei soli nocere debet, qvi detulit. l. sed etsi. 7. §. si petenti. ff. de Publ. in rem act.

Juris

Jurisjurandi contempta religio satis DEum ultorem habet. l. 2. C. de reb. cred.

Juramentum promptè dare nemo festinet. Novell. 17. de mand. princip. c. sed neqve. 6. in pr.

Juramentum est maximum remedium expediendarum litium. l. 1. ff. de jurejur.

Inter Juramentum, & simplicem qverelam DEus non facit differentiam. c. juramenti. 22. q. 5.

Jurisjurandi illiciti transgressio magis placet DEO, qvàm jurisjurandi observatio. Novell. 51. in præfat.

Jurejurando tollitur obligatio naturalis. l. fin. §. eandem. ff. de jurejur.

Nolle jurare, nec juramentum referre velle, manifestæ turpitudinis, & confessionis est. l. 38. ff. de jurejur.

In Juramento jus Superioris semper intelligitur exceptum. c. venientes. de jurejur.

Juramentum speciem transactionis

continet, majoremqvè habet autoritatem, qvàm res judicata. l. 2. ff. de jurejur.

De Jurejurando cujusqvam qværatur. l. adversus. 15. ff. de exception.

Juramentum patronum non facit, sed sententiæ statur. l. si juravero. 14. ff. de jur. patr.

Juramentum vicem rei judicatæ obtinet. l. 1. *in* pr. ff. qvar. rer. act. *non dat.*

Juramento æqviparatur *fidei interpositio.* c. ad aures. de his, qvæ vi met. cauſ.

Juramentô *innocentia* probatur. l. furti. 6. §. sed. & 4. ff. *de his qvi not.* infam.

Juramentum deferre non licet Convento famosâ actione. c. fin. de jurejur.

Juramentum hæreditarium *multum* discrepat à principali Sacramento. l. generaliter. 12. *in* pr. C. de reb. cred. & jurejur.

Juramentum habet tres comites, veritatem, judicium, atqve justitiam. 22. q. 2. c. animadvertendum, c. etsi Christus. §. Jacobus. de jurejur.

Jura-

Juramentum vinculum Iniqvitatis esse non debet. 22. q. 4. c. inter cætera, c. qvanto, de jurejur.

Juramentum licitè servari potuit, qvod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur. c. si diligenti. ext. de for. competent.

Juramentum omne servandum est, qvod absqve dispendio salutis æternæ servari potest. c. contingat. de jurejur.

Juramenta non, sed potiùs perjuria sunt dicenda, qvæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur. c. sicut. cl. 1. de jurejur.

Juramentum eum non ligat, qvi præstitit, dum ille, cui præstitum fuerit, servare negligit, qvod promisit. c. sicut. cl. 2. de jurejur.

Juramentum, contra bonos mores præstitum, non est obligatorium. c. non est. de R. I.

Juramentum non facit licitum, qvod aliàs est illicitum. l. fin. C. de non num. pecun.

Juramentum pro veritate accipitur. l. sed etsi possessore. ff. de R. I.

Juramentum illicitæ rei non valet. l. Jurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.

Juramentum factum in pacto, à jure communi remoto, non est observandum. l. Jurisgentium. ff. de pact.

Juramentum in civilibus vel criminalibus causis non est admittendum. l. maritus. ff. de pœn.

Juris apices non oportet rimari. l. si fidejussor. §. qvædam tamen. ff. mand.

De Juris apicibus nemo tenetur disputare. l. si fidejussor. 29. §. 4. ff. mand.

Jurisdictionis formam Imperitia mutare non potest. l. si filia. 20. in pr. ff. famil. hercis.

Jurisdictio si unicuiqve sua non servetur, rerum ordo confunditur. l. consulta. C. de test.

Juris præcepta hæc sunt: honestè vivere, alterum non lædere, Jus suum cuiqve tribuere. l. Justitia. 10. §. 2. ff. de Just. & Jur. & Instit. eod. tit. §. Juris.

Juris-

Jurisprudentia est divinarum, atqve humanarum rerum notitia, justi atqve injusti scientia. l. Justitia. 10. §. 3. ff. de Justit. & Jur.

Juris ratio nulla, aut æqvitatis benignitas patitur, ut, qvæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, & nos duriore interpretatione, contra ipsorum commodum, producamus ad severitatem. l. 25. ff. de legib.

Juri pro se indulto qvilibet renunciare potest. l. si qvis in conscribendo. C. de Episcop. & cleric.

Juri, qvod qvis ignorat se habere, nunqvam intelligitur renunciare. l. mater decedens. ff. de inoff. testam.

Jure qvod gestum est, revocari non potest. l. 3. C. de confirm. tut.

Jus nemo qværit, nisi, qvi suo jure uti credit. l. fin. ff. qvem. serv. amit.

Jus est res sanctissima, qvia ejus præcepta concordant cum divinis. l. Justitia. §. Juris præcepta. ff. de J. & J.

Jus omne consistit aut in acqvirendo,

aut in conſervando, aut in minuendo. l. fin. ff. de ll.

Jus metimur ex parte actoris. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæredit. petat.

Jure diſceptare, eſt Judicare juſtè. c. forus. de V. S.

Jus ſuum remittentibus non datur amplius regreſſus. § ſi qvis. Inſtit. de bon. poſſ.

Qvi ſuo Jure utitur, nemini facit Injuriam. c. cum Eccleſ. de elect.

Juri ſuo qvilibet renunciare poteſt, ſciens ſibi competere, non autem ignorans. l. fin. §. ſin autem C. de furt.

Juri proſe introducto qvilibet renunciare poteſt. l. ſi qvis in conſcribendo. C. de pact.

Jus eſt ars boni & æqvi: Juſtitiam nempe colimus, & boni & æqvi notitiam profitemur, æqvum ab iniqvo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolùm metu pœnarum, ſed & præmiorum exhortatione efficere cupientes, veram Philoſophiam, non ſimulatam affectantes. l. 1. ff. de J. & J. Jus

Jus non potest constare, nisi sit aliqvis Jurisperitus, per qvem possit qvotidiè in melius produci. l. 2. §. post originem. de O. I.

Jus potiùs debet ad ea aptari, qvæ & freqventer, & facilè, qvàm qvæ perrarò eveniunt. l. 5. ff. de ll.

Jus omne aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consvetudo. l. ergò 40. ff. de ll.

Jus suum nemini detrahi debet. l. 1. ff. de his qvi sunt sui vel al. jur.

Jus finitum est, facti interpretatio plerumqve etiam prudentissimos fallit. l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.

Jus dictum à Jure possidendo, hoc enim in jure possidetur, qvod justè, hoc justè, qvod benè: qvod autem malè possidetur, alienum est: malè autem possidet, qvi vel suis malè utitur, vel aliena præsumit. c. Jus de V. S.

Qvod contra Jus, vel utilitatem publicam in qvolibet negotio profertur, non valet. l. jubemus. C. de SS. Eccles.

Jus naturale est, qvod natura omnes homines docuit. Inst. de J.N.G & C.

Jus naturale civilis ratio corrumpere non potest. Institit. de legit. agn. tut.

Jus naturale est immutabile. Institit. de Justit. & Jur.

Jus naturale qvod attinet, omnes homines æqvales sunt, l. qvod. 32. ff. de R. I.

Jure naturali omnes homines liberi nascebantur, nec nota erat manumissio, cum servitus esset incognita. l. manumissiones. 4. ff. de Justit. &. Jur.

Jus civile est, qvod ex legibus, plebiscitis, SCtis, decretis principum, autoritate prudentium venit. l. jus autem. ff. de J. & J.

Jus civile est, qvod neqve in totum à naturali, vel gentium recedit, neqve per omnia ei servit. l. Jus civile ff. de J. & J.

Jus civile vigilantibus scriptum est. l. pupillus. 24. ff. qvæ in fraud. credit.

Nemo plus Juris ad alium transferre

potest,

potest, qvàm ipse habet. l. nemo. 5. ff. de R. I. c. nemo. de R. I. in 6.

Jure civili multa contra rationem disputandi, pro utilitate communi, recepta sunt. l. ita vulneratus. 51. §. 2. ff. ad L. Aqvil.

Jure civili receptum est, qvoties per eum, cujus interest, conditionem impleri, fit, qvò minus impleatur, ut perinde habeatur, ac si conditio impleta fuisset. l. Jure civili. ff. de condit. & demonstr. l. Julius. 81. ff. eod.

Jus gentium est, qvô gentes humanæ utuntur. l. 1. ff. de J. & J.

Jus prætorium est, qvod prætores introduxerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratiâ, propter utilitatem publicam, qvod & honorarium dicitur, ad honorem prætorum sic nominatum. l. 7. de J. & J.

Jus publicum est, qvod ad statum rei Romanæ spectat. Instit. de J. & J.

Qvod ad Jus publicum attinet, non seqvitur Jus potestatis. l. nam, 14. ff. ad SC. Trebell.

Is, qvi Jure publico utitur, non videtur Injuriæ faciendæ causâ hoc facere. l. injuriarum. 13. §. 1. ff. injur.

Jus publicum pactis privatorum mutari non potest. l. jus publicum. ff. de pact. l. jus. 38. ff. de pact.

Jus publicum remittere potest nemo. l. ita autem. 5. §. 7. ff. de admin. & peric. tut.

Jus publicum qvi sequitur, non capitur. l. nihil. 116. §. 1. ff. de R. I.

Juri publico derogare nemini permissum est. l. testandi. 13. C. de testam.

Jus privatum est, qvod ad singulorum pertinet utilitatem. l. 1. §. privatum. ff. de J. & J.

Jus commune non lædunt, qvæ dubitationis tollendæ causâ contractibus inseruntur. l. qvæ dubitationis. ff. de R. I.

Jure Communi qvæqve procedunt faciliùs ad effectum, qvàm jure speciali. l. 1. C. de abolit.

Jure communi usus non videtur deceptus. l. inter eos. 51. ff. de fidejuss.

Jure

Jure novô repudiatô supererit vetus. l. qvoties. 91. ff. de J. & J.

Jure, non vi, debitor conveniendus est. l. negantes. C. de O. & A.

Jus speciale in conseqventiam non trahendum. l. qvod verò. ff. de ll.

Jus offerendi pretium emptoribus datur proximioribus, infra annum & diem, à tempore Contractus connumerandum. c. restituas. de restit. in integr.

Jus summum sæpè Injuria est. l. si servum. §. seqvitur. ff. de V. O.

Jura constitui oportet in his, qvæ ut plurimum accidunt, non, qvæ exinopinato. l. jura 3. ff. de ll.

Jura non constituuntur ex his, qvæ unô aliqvô casu accidere possunt. l. 4. ff. de ll.

Jura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur. l. 8. ff. de ll.

Jura sunt proniora ad solvendum, qvàm ad obligandum. l. favorabiliores. 125. ff. de R. I. l. absentem. 5. ff. de pœn.

Jura duo qvando concurrunt in eâ-

dem personâ, perinde est, ac si concurrerent in diversis personis. l. tutorem. ff. de his qvib. ut indign. aufer.

Jura pristina in pristinum statum sunt restituenda. l. & Atilicinius. ff. de servit. præd. rustic.

Jura se aptant ad ea, qvæ freqventer accidunt, non, qvæ rarò. l. nam ad ea ff. de ll.

Jura intacta servare, melius, qvàm post vulneratam causam remedium qværere. l. 1. & 2. C. qvand. unicuiqve licet. sine judic.

Jura varia tempore, & loco constituuntur. l. 1. ff. de exerc. act.

Jura Sangvinis nullô jure civili dirimi possunt. l. jura 8. ff. de R. I.

Juris divini, vel publici qvod est, in nullius bonis est. l. 1. ff. de rer. divis.

Juris potestas non consideratur, sed judicii. l. 1. C. de testam. manumiss.

De Jure suo docere qvi parati sunt, dolô carent. l. 3. §. si qvis. 5. ff. qvod vi aut clam.

Qvi

Qvi jure suo utitur, dolo malo facere non videtur. l. qvod. 3. §. 2. ff. de lib. hom. exhib.

Jure suo nemo sine suâ culpâ privari, vel fraudari debet. c. discretionem. c. Jordanæ. de qvi cognov. consangv. uxor. suæ vel sponsi.

Jus civile non oportet calumniari, neqve verba captari, sed, qva mente qvid dicatur, animadvertere convenit. l. ad exhibendum. 19. ff. ad exhib.

Justitia est constans & perpetua Voluntas, jus suum unicuiqve tribuendi. l. Justitia. 10. in pr. ff. de J. &. J.

DEO, & Justitiâ nihil majus existit: absqve his enim nihil unqvam commodè geri potest. Novell. 164. de hæred. in pr.

Bona inter homines præstantissima sunt: Justitia, & benignitas, qvarum altera æqvabiliter suum cuiq; tribuit, neq; appetit aliena: altera decurrit ad misericordiam, & debitorum incommoditate egentes liberat. Novell. 163. de relevat. tribut. in pr.

Summum in rebus bonum est, Justitiam colere, ac sua jura cuique servare, & in Subjectos non sinere, qvod potestatis est, fieri, sed, qvod æqvum est, custodiri. 12. q. 2. c. cum doctissimam.

Justitia vera compositionem habet, falsa verò dedignationem. c. vera. distin. 45.

Justitia non potest cum scelerato homine habere commercium. c. forus. in fin. de V. S.

Justa petenti facilè assentiendum. l. 2. de his, qvi sunt sui jur. l. & Atilicinus. de servit. præd. rust.

Justum est, ut ille, qvi alium decipere voluit, sentiat suam jacturam. Novell. ut res immobil. §. si qvis Constit. 61.

Noli nimis Justus esse, qvia maledictus justus, qvi perit in justitiâ suâ. 2. q. 7. c. plerumqve in med.

Justus præcedere debet specialis. l. 25. §. 4. & 5. ff. de acqvir. vel amitt. hæred. l. servo. 65. in pr. ff. ad SC. Trebell. Sed tati habitio subseqvi poterit.

Justus

Jussus principis vel judicis facit aliqvid licitum, qvod alias esset illicitum. l. qvoniam judices. C. de appell.

Jussus Judicis prodest ad innocentiam. l. si qvis id qvod. §. doli mali. ff. de aqv. pluv.

Qvi Jubet, cum eo qvodammodo contrahitur. l. 1. in pr. ff. qvod juss.

Jussa qvi complent, ad lucrum vocentur, qvi autem neglexerint, sibi imputent, si ab hujusmodi commodo repellantur. l. si plures. in fin. C. de Condit insert.

Juvari neutrum, commodius est, qvàm gravari alterum. c. deniq; 14. q. 5.

L.

LAbor, & pecunia divisionem recipiunt. l. Seio. 10. ff. de ann. legat.

Qvem Labor prolixior, vel stipendia meliora, fecerunt anteire, gradu is cæteros antecedit. l. nemo 2. C. de offic. magistr. officior.

Cessante Labore, cessare debet remuneratio laborum. Seio. 10. in pr. ff. de ann. legat.

La-

Laborans manducet, & contra non laborans carebit emolumentô. l. qvamvis. ff. de damn. infect.

Laborem uniuscujusqve dignâ compensatione remunerari, æqvissimum est. l. fin. §. similiter. C. de alluvion.

Labitur, qvod paulatim reparare sustimus. Novell. 80. de qvæst. in pr.

Lapsis, & errantibus subvenitur. l. hi. 3. C. de Apostat.

Lapsus subitaneus nemini debet imputari. l. etiam. 14. ff. de admin. & per. tut.

Largitas principalis non ex omni parte est excludenda. l. prædia. 5. in med. C. de loc. prædior.

Largitas in dando si facilis fuit, qvod majus est, inconcedendo facilior sit, qvod minus est, facta largitas, majus enim fuit, possessionem dare, qvàm sit, investituram concedere. 16. q. 2. c. visis.

Largiri ex alieno, species lucri est, & beneficii debitorem sibi acqvirere. l. si pignore. 54. §. 1. ff. de furt.

Lau-

Laudandus est, qvi nocere potuit, & non nocuit. l. 1. §. 3. ff. de peric. & commod. rei vend.

Laudem acqvirit, qvi culta, & perfecta reddiderit, qvæ sunt vetusta, & instaurationem reqvirunt, qvæqve ab aliis initiata resederant. l. nemini. 22. C. de oper. publ.

Laudibus malorum nemo delectari debet. c. consentire. dist. 83.

Plurimi sunt, qvi Laudant bonorum vitam amplius, qvàm debent. 6. q. 1. c. sunt.

Nonnulli sunt, qvi, dum malefacta hominum Laudibus efferunt, augent, qvæ increpare debuerant. c. sunt nonnulli. dist. 46.

Melius est, cum severitate diligere, qvã cum Lenitate decipere. 5. q. 5. c. non omnis.

Legislationes omnes àDEO pendent, & in eum respicere debent. Novell. 109. in pr.

Legislatores prætereunt, qvod semel, aut bis fit. l. 6. ff. de ll. Leges

Leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari, soli dignum imperio esse oportet. l. fin. C. de legib.

Lex extenditur, si ratio eadem est. ff. de vi & vi armat. l. 1. §. qvod vulgò.

Legum conditores æqvitatis convenit esse fautores. l. hac lege. C. de pact. convent.

Legis beneficiò non perfruantur, qvam contemnendam esse censuerunt. l. scimus. §. sin verò. C. de jur. deliber.

Legem non debent imponere, qvam ipsi negligunt observare. c. pro illorum. de præbend. & dign.

Legis auxilium frustra implorat, qvi committit in legem. c. fin. de Immunit. Eccles. c. qvia de usur.

Lex est sanctio facta, jubens honesta, & prohibens contraria. l. nam & Demosthenes. ff. de ll.

Nihil interest, novos Lex faciat, aut foveat, qvos invenit. l. fin. C. de natur. liber.

Sine

Sine Lege, vel contra Legem aliqvid fieri, paria sunt. Bald. in c. in genes. col. fin. de elect.

Legis virtus hæc est: Imperare, vetare, permittere, punire. l. 7. ff. de ll.

Legem reformat ratio diversa. l. interpositas. in fin. C. de transact.

Leges scire, non est, verba earum scire, sed vim & potestatem. l. 7. ff. de ll.

Erubescimus sine Lege loqvi. Novell. 18. de trient. & semiss. c. considéremus. in pr.

Leges benignius interpretandæ sunt ut voluntas earum conservetur. l. benignius. ff. de ll. & SCtis.

In Legis voce ambiguâ, ea potiùs accipienda significatio, qvæ vitiò caret. l. 19. ff. de ll. præsertim, cum voluntas legis ex hoc colligi possit. d. l. 19.

A Legis verbis non est recedendum. l. non aliter ff. de ll.

Actus, qvi contra Leges fit, non tantùm non valet, sed etiam nomen perdit. l. fin. C. de sentent. ex brev. recitand.

Contra

Contra Legis prohibitionem actus factus, nec effectum habet, nec nomen ullum meretur. l. fin. C. de sent. ex per. recit. l. non dubium. C. de ll.

Legis ratione cessante, cessat lex. l. qvid dictum ff. de pact. l. adigere. §. qvamvis. de jur. pat.

Dispositio Legis, & hominis æqvipārantur. l. si in testamento. in fin. de vulg.

Dispositio hominis non æqvè facilè extenditur, ac dispositio Legis. c. susceptum. de rescript. in 6. c. cum illis. de præb. in 6.

Contra Leges qvæ fiunt, pro non factis habentur. l. non dubium. C. de ll.

Leges antiqviores ad posteriores trahi, usitatum est, & semper hoc qvasi legibus inesse credi oportet, ut ad eas qvoqve personas, & eas res perveniant, qvæ qvandoqvè similes erunt. l. 27. ff. de ll.

Leges posteriores ad priores pertinent, nisi contrariæ sint, idqve multis probatur. l. 28. ff. de ll.

Contra Legem, & ultra legem facere paria

paria sunt. l. 1. in fin. de loc. publ. fru.

Qvando à Lege certa & expressa est ratio, illa sola est inductiva, & finalis, non alia qvælibet. istam regulam ponit Bart. in l. non solùm. §. morte. col. 6. ff. de nov. oper. nunc.

Lex qvando est specialis, ratio autem generalis, generaliter lex est intelligenda. l. regula. ff. si qvis jus.

Qvæcunq; specialiter Lege, vel SCto, vel constitutione Principum tribuuntur, mandatâ jurisdictione transferuntur: Qvæ verò jure Magistratus competunt, mandari possunt. l. 1. ff. de offic. cuj. mand. est Jurisdict.

Contra legem facit, qvi hoc facit, qvod lex prohibet: in fraudem verò legis, qvi, salvis verbis legis, sententiam ejus circumvenit. l. 29. ff. de ll.

In Lege qvod non est licitum, necessitas facit licitum. c. 3. de R. I.

Contra Leges qvæ fiunt, pro infectis habentur. l. jubemus 14. in fin. C. de SS. Eccles. c. qvæ contra. de R. I. in 6.

Legem

Legem reformat ratio diversa. l. interpositas. in fin. C. de transact.

Lex extenditur, si ratio est eadem. ff. de vi & vi armat. l. 1. §. qvod vulgò.

Pacta, qvæ contra Leges, & bonos mores fiunt, nullam vim habent. l. pacta. 6. C. de pact.

In Legem committit, qvi, verba legis amplexus, contra ejus *nititur* voluntatem. l. non dubium. 5. C. de ll. c. certum est. de R. l. in 6.

Qvis Leges contemni putat, nisi qvi impunitum sibi tantùm æstimet transire commissum. c. qvis autem. *distin.* 10.

Incivile est, nisi totâ Lege perspecta aliqvid judicare, vel respondere. l. incivile. de ll.

Nemo facere potest, qvin Leges habeant locum in suo testamento. l. nemo potest. ff. de legat.

Nemo Legem eam sibi imponere potest, ut à priore voluntate recedere non liceat. l. si qvis in princ. ff. de legat. 3.

Legi

Legi fit fraus, ubi id fit, qvod fieri noluit, aut non vetuit, & per hoc distat fraus ab eo, qvod fit contra legem. l. fraus. 30. ff. de ll.

Legibus qvod omissum est, non omittetur religione judicantium. l. qvæsitum. 13. ff. de testib.

Legem rei suæ qvilibet dicit, l. ob res. 10. §. 1. ff. de pact. dotal.

Legem nemo sibi imponere potest, l. qvod autem. 7. §. 8. in fin. ff. de don. int. vir. & uxor. à qva non liceat recedere. l. si qvis. 22. de legat. 3.

Legem utilem reipublicæ, sobolis scilicet procreandæ causâ latam, adjuvandam interpretatione, æqvum est. l. hôc modo. 64. ff. de condit. & demonstr.

Legis potestas inducitur per edictum legis. l. 1. §. ad eos. ff. ad L. Falcid.

Legi non facit fraudem, qvi jus suum diminuit. l. potest. ff. ad. L. Falcid.

Leges omnibus hominibus æqvaliter Securitatem tribuunt. l. Capitalium. 28. §. id statuas. 7. ff. de pœn.

Leges

Leges dant formam futuris negotiis, non ad facta præterita revocantur. l. leges. C. de legib. l. 7. ff. de legib.

Leges legibus concordare promptũ eſt. l. uni. C. de inoff. dot.

Leges non verbis, ſed rebus imponuntur. l. 2. in fin. C. commun. de legat.

Leges ludibrio non fiant. l. fin. §. 6. C. de bon. qvæ liber.

Legum auſteritatem volumus pactis litigantium mitigari. l. cum. 5. in fin. C. de tempor. & repar. appell.

Leges generales debent ab omnibus obſervari. l. leges. ff. de ll.

Leges neminem in paupertate vivere, neqve in anxietate mori permittunt. Novell. 1. de hæred. & Falcid. in fin.

Leges non dedignantur canones ſacros ſeqvi. Novell. 83. ut cler. apud proprios. in fin.

Legum correctio eſt vitanda. Novell. 89. qvib. mod. nat. efficim. cap. tribus. 7. l. præcipimus. 32. in fin. C. de appell.

Legum nihil eſt proprium, ſicut claritas,

tas. Novell. 107. de testam. imperfect. c. nos igitur. 1.

Legum Romanarum non est vilis autoritas: Sed non adeò vim suam extendunt, ut Usum vincant, aut mores. Strenuus autem Jurisperitus, sicubi casus emerserit, qvi consvetudine feudi non sit comprehensus absqve calumniâ uti poterit lege scriptâ. lib. 2. de feud. tit. 1. de feud. cognit.

Legibus qvæ definita sunt, mutare non licet; qvæ autem legibus expressa non sunt, arbitrium seqvuntur humanæ voluntatis. 13. q. 2. c. una qvæq; circa fin.

Lex est bonis, & malis præbenda. l. 2. ff. de ll.

Lex, cum in præteritum qvid indulget, in futurum vetat. l. 22. ff. de ll.

Lex regia negat, mulierem, qvæ prægnans mortua sit, humari, anteqvam partus ei excidatur. l. negat. 2. ff. de mort. infer.

Lex, qvamvis dura, in suis terminis tenenda est. l. prospexit. 13. §. 1. ff. qvi & à qvib. manumiss.

Lex ubi inhibet Usucapionem, bonâ fides possidenti nihil prodest. l. ubi. 24. ff. de usurp. & usucap.

Lex ubi duorum mensium facit mentionem, & qvi sexagesimo primo die venerit, audiendus est. l. ubi lex. 101. ff. de div. R. I.

Lex *nullis locorum, vel temporum* angustiis coarctanda est. *l. properandum. 13. in* pr. C. de judic.

Lex ubi non distingvit, nec nos distingvere debemus. l. de pretio. 8. ff. de Publ. *in* rem act.

Lex ubi ipsô jure operatur, hominum ministerium non reqviritur. l. ea qvæ. 6. C. fam. erciſc.

Lex semper loqvitur. l. Arriani. 5. C. de hæretic.

Lex superioris per inferiorem tolli non potest. Clem. ne Romani de elect.

Legum Verba non *in* Abstracto, sed in Concreto intelligi debent. l. si rem, in pr. ff. de rei vindic.

Lex una, indistinctè loqvens, per aliam distingvi

distingvitur, & limitatur. l. sciendum. ff. qvi satisd. cog. junct. Auth. offeratur, C. de lit. Contest.

Leges non ex verbis, sed ex mente intelligendæ. l. scire leges. de ll. l. 3. C. de lib. præt. l. 3. §. 9. ff. de adim. legat.

Leges ignorare nemini permissum. l. leges. C. de ll. l. 12. C. de jur. & fact. ignor. l. 1. §. 2. ff. de ædil. edict.

Legibus, non exemplis judicandum. l. nemo. C. de sentent. l. 1. C. de vet. jur. enucl. l. 12. ff. de offic. præsid.

Legis imperio voluntas, non factum coërcetur. l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar.

Lex est donum DEI. l. 2. de ll.

Lex tàm divinarum, qvàm humanarum regina est. l. 2. ff. eod. tit.

Lex dicitur sacra. l. leges sacratissimæ. C. de ll.

Leges sacratissimæ, qvæ constringunt hominum vitas, ab omnibus sciri debent, & observari. d. l. sacratissimæ.

Lex fieri debet de bono, utili, ac honesto. l. qvod Labeo. ff. de Carbon. edict.

Leges egent armis, l. qvi restituere. ff. de rei vindic.

Lex, generaliter loqvens, sæpè extenditur ad casus, aliò spectantes. l. pen. C. qvi testam. fac. poss.

Leges sunt intelligendæ secundùm subjectam materiam. l. qvod si qvinto anno. ff. commod.

Lex specialiter qvibusdam enumeratis generale nonnunqvam subjicit verbum, qvo specialia complectantur. l. si servus. §. cum eo planè. ff. ad L. Aqvil.

Lege cavetur, qvod Juris est in principali, idem & in accessorio esse. l. & per jusjurandum. §. fidejussori. ff. de acceptil.

Legum interpretatione pœnæ molliendæ sunt potiùs, qvàm exasperandæ. l. pen. ff. de pœn.

Lege agere, est aliqvid autoritate legis, qvasi jubentis in specie, aut permittentis, ita fieri. l. Barbarius. ff. de offic. prætor.

Lex animata in terris est Imperator.

in

in Auth. de consul. §. pen. & ideò legum pater; & anima est. in auth. de incest. nupt.

Liber homo non recipit æstimationem. l. fin. ff. de his, qvi dejec. vel effud.

Liberum corpus non recipit æstimationem. l. ex hac lege. ff. si. qvadrup. paup. feciss. dicat. l. 7. in fin. ff. de his, qvi dejec. vel effud.

Liberum qvodlibet prædium præsumitur, nisi probetur contrarium. l. altius. C. de serv. & aqva.

Libera qvælibet res præsumitur. l. altius. 8. C. de serv. & aqva.

Libero arbitrio non præscribitur. l. 1. §. ad hæc. juncta Gl. in verb. pro Soc. de ann. except.

Liberalitatem captiosam interpretatio prudentium fregit. l. cum Aqviliana. ff. de transact.

Liberalis nemo in necessitatibus existit. l. rem. 18. de adim. legat.

Fortuna Imperialis, ut omnes supereminet alias, ita oportet & principales

Liberalitates culmen habere præcipuum. l. cum multa. C. de bon. qvæ liber.

Liberalitatis ſuæ donator pœnam non patitur. l. ad res. ff. de ædil. edict.

Liberalitas mulieris incongruens eſt, & contra ſexus naturam. l. ſi ſtipulata. 33. §. de donat. inter vir. & uxor.

Liberalitas ad obſeqvium inclinare debet. l. 1. C. de revoc. donat.

Libertas eſt naturalis facultas *ejus*, qvod cuiqve facere licet, niſi, ſi qvis vi, aut jure prohibetur. l. libertas. ff. de ſtat. homin.

Libertas de ſupremis *judiciis conſtringi* non poteſt. l. 52. §. 9. ff. pro ſoc.

Libertas, & legatum debentur, licèt teſtamentum rumpatur. l. cum mater, ff. de inoffic. teſtam.

Cautioni non eſt locus, per qvàm Libertatis *Jus infringitur*. l. Titio Centum. 71. §. Titio. ff. de Condit. & Demonſtr.

Libertatem datam Eventus poſterior non infirmat. l. qvamvis. 2. C. de fideicomm. libert.

Li-

Libertàs inæſtimabilis eſt, l. libertas. ff. de R. I. l. 176. eod. & omnibus rebus favorabilior eſt. l. 122. ff. d. t.

Libertas data reſcindi non poteſt ſolò obſeqvii non præſtiti velamentò. l. ſolo. 30. C. de lib. cauſ.

Libertas qvorum pernicioſa eſt, ſervitus ſalutifera. 12. q. 2. c. octava diſcuſſio.

Libertas non poteſt nolenti acqviri. l. hôc Jure. §. 2. ff. de donat.

Libertas pecuniâ non lui, nec reparari poteſt. l. ſtatu liberum. 9. §. 2. in fin. ff. de ſtat. liber.

Libertas præferenda eſt commodo pecuniario. §. 1. & 2. Inſtit. de eo, cui libert. cauſa.

Libertas non poteſt acqviti pro parte, neqve remitti, ſicut nec ſervitus. l. unus ex ſociis. ff. de ſerv. ruſtic. præd.

Libertatem ædium ſuarum non uſucapere poteſt vicinus tuus, qvi Jus tuum interpellavit. ff. de ſervit. præd. ruſtic.

Libertati favere nemo prohibendus eſt. l. 3. §. 8. ff. de lib. homin. exhib.

Libido in culpa est, non usus rerum. c. qvisqvis. distin. 41.

Libidinum injusta desideria nulla de cætero venia defendet. l. legem. 7. C. de natural. libert.

Licitum qvod non est in lege, necessitas facit licitum. c. 3. de R. I.

Multa Licent, qvæ tamen honesta non sunt. l. non omne. ff. de R. I.

Non omne, qvod Licet, *honestum* est l. 144. ff. de R. I.

Omnia Licent, nisi contra actum sit. l. solemus. ff. de judiciis.

Reo qvod Licitum non existit, nec actori licet. c. non licet. de R. I. in 6.

Liciti prætextu illicitum non permititur. l. 2. ff. de extraord. crim. l. 1. §. 1. ff. de colleg.

Licitum coarctatur, ut illicitum evitetur. l. tutor. §. 1. ff. de susp. tut.

Limine unico, vel brevi supellectile nemo est privandus. l. illicitas. 6. §. 5. ff. de offic. præsid.

Limitibus certis qvæ distincta sunt, nullo

nullò modò præscribi possunt. 16. q. 3. c. licet. §. hoc multipliciter. vid. pl. vocab. Terminus.

Causa Limitata, limitatum parit effectum. l. in agris. 16. ff. de acqvir. rer. domin.

Limitata Dispositio secundùm limites adjectæ rationis extenditur. l. nomen. §. fin. de legat. 3. l. regula. §. fin. de jur. & fact. ignor.

Lingvam ream non facit, nisi rea mens. 22. q. 2. c. homines.

Non Literarum figurâ, sed oratione, qvam exprimunt literæ, obligamur. l. non figura. ff. de O. & A.

Literarum comparatio, cum de Scripto dubitatur, facit semiplenam probationem. l. comparationes. C. de fid. Instrum.

Locupletari nemo debet cum alterius jacturâ, vel damnô. l. nam natura. ff. de condict. indebit.

Locuples nemo fiat ex alieno damno. l. cum hi. 8. §. 22. ff. de transact. l. itaqve.

28. ff. de dol. mal. l. plane. 38. ff. de pet. hæred. l. 14. ff. de condict. indebit. l. 206. de diverſ. R. I.

Loca publica uſibus privatorum deſerviunt. l. 2. §. 2. ff. ne qvid in loc. publ.

Ad *Locum* qvem veneris, ejus morem ſerva. c. illæ autem. diſtin. 12.

Aliud ex Locô perſonaqvè æſtimandum eſt. l. tales. ff. de condit. & demonſtr.

Locô eô Diſpoſitio facta videtur, in qvem ejus effectus confertur. l. contraxiſſe. ff. de O. & A.

Locorum diverſitas non debet introducere diverſum; niſi tamen ex diverſitate locorum oriatur. l. ſi idem. 7. C. de Codicill.

Ex *Locorum* differentiâ diſcrimen aliqvod induci non debet. l. ſupervacaneam. C. de temp. in integr. reſtit.

Loco & tempore varia jura conſtituuntur. l. 1. ff. de exerc. act.

Non pro *Locis* res, ſed pro rebus loca amanda. c. novit. diſt. 12.

Non

Non Loca, sed vita & mores sanctum faciunt Sacerdotem. c. oportet. dist. 40.

Non Locus sanctificat hominem, sed homo locum. c. multi. distin. 40.

Loci mutatio valet interdum pro animæ salute. c. valet. dist. 81.

Secundùm Loca diversa constituuntur diversa rerum pretia. l. ideò. ff. de eo qvod cert. loc. Et notatur. in l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad L. Falcid.

Locum alterius tenens, justam habet Ignorantiæ causam, an id, qvod debetur, petitur. l. 4. §. qvi alterius. ff. de R. I.

Loci bonitas æstimari non potest. l. si servum. 4. §. 1. ff. de act. empt. & vend.

Locus qvis tutus erit, si templa DEI pecuniis expugnentur? l. si qvenqvam. 31. C. de Episc. & cler.

Locus & tempus non patitur plenius deliberandi spacium. l. 1. in pr. ff. de exerc. act.

Loqvacitatem qvidam existimant facundiam, & maledicere Conscientiæ signum bonum. c. 1. de schismat. in 6.

Secundùm Loqvendi communem usum Verba multa non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. c. majores. v. cæterum. de baptis.

Loqventium os, qvod iniqva loqvatur, non curemus. c. magnæ. de voto.

Loqventis persona generali sermone non comprehenditur. l. inqvisitio. C. de solut.

Loqventis qvalitas præsumitur ex qvalitate sermonis. l. pen. ff. de condit. instit.

Secundùm Loqvendi usum communem verba intelligenda. l. Labeo. ff. de sup. leg.

Hominem revocare, qvod malè Locutus est, magnæ sapientiæ est. 22. q. 4. c. magnæ.

Lucrativa causa videtur esse ex promissione dotis. l. ex promissione. 19. ff. de O. & A.

Duæ Lucrativæ causæ concurrere non possunt. §. si res. Instit. de legat.

Ex Lucrativa causâ de Evictione debitor non tenetur. l. ad res ornatas. C. de eviction.

Lu-

Lucrum qvi participavit, participeps & damni. l. si igitur. ff. pro soc.

Lucrum non est, nisi damnô deductô. l. Mutius. 30. ff. pro soc.

Lucrum turpe, qvicqvid homo plus justô appetit. c. 1. ne cler. vel monach. secul.

Lucrum ex qva personâ qvis capit, ejus factum præstare debet. l. ex qva. 149. ff. de R. I.

Qvoties utriusqve causâ Lucri ratio vertitur, is præferendus est, cujus in lucrum causa præcedit tempore. l. qvoties. 98. ff. de R. I.

Lucrum ibi etiam collocetur, ubi peculum est. l. fin. §. sed cum. 3. in f. C. de furt.

Ratio non solùm damni, sed etiam Lucri habetur. l. 2. in fin. ff. de eo. qvod cert. loc.

Lucra turpia ab hæredibus sunt extorqvenda. l. in hæredem. ff. de calumn.

Qvi honore propriô omissô Lucrum appetit, dolo non caret. l. Julianus. 26. ff. & qvis omiss. caus. testam.

Culpa

Culpa non potest imputari ei, qvi ex ea Lucrum sentit. l. cum. 78. §. 2. ff. de jur. dot.

Lucrum non debet qvis facere ex damno, & pœna aliorum. l. sciendum. ff. ex qvib. caus. major.

Bono & æqvo non convenit, aut Lucrari aliqvem cum damno alterius; aut damnum sentire per Lucrum alterius. l. 6. in fin. ff. de jur. dotium. l. itaqve §. 1. de dol.

Lucrum est, piè agendo. c. 2. in fin. Novell. 1. de hæred. & Falcid.

Lucrum, qvod ex lege datum est, privatus omnibus modis aufferre non potest. Novell. 22. de nupt. c. si autem. 33.

Ludus non est, ex qvo crimen oritur. l. nam ludus. ff. ad L. Aqvil.

Ludos semper facere non oportet. l. si libertus. 27. ff. de oper. libert.

Lugere uxores non compelluntur viri. l. 9. ff. de his qvi not. infam.

Lupus qvod eripit, nostrum manet. l. 44. ff. de acqvir. domin.

Lucem

Lucem odit, qvi malè agit. 18. q. 2. c. pernicioſam. c. conſuluit. de offic. & poteſt. jud. delegat.

Luxuria cujusqve immoderata non eſt ſeqvenda, ſed honeſtus modus ſervandus. l. ex damni. 40. ff. de damn. infect. & de ſugrund.

M.

NOn Maculatur, ſive Coinqvinatur corpus, niſi de conſenſu mentis. l. ſi. uxor. ff. ad L. Jul. de adult. §. ſiqvis planè.

Majus dignum non debet minùs digno accedere. l. 44. in pr. ff. de ædil. edict.

Cui, qvod Majus, licet, licebit utiqve, qvod minus eſt. l. non debet. ff. de R. I.

Majus dignum trahit ad ſe minus dignum. c. ſi is. de præbend. in 6.

Major calamitas ſi in futuro metuatur, qvis felix eventus de tam ſiniſtro principio ſperatur? 1. q. 1. c. fertur. §. cum ergò.

Majus bonum minori bono præponitur. c. *licet*. de regular. Rei

Rei Majori per minorem non debet præjudicium generari. l. scio. ff. de in integr. restit.

Majus ubi conceditur, minus concessum esse videtur. c. ex parte, de decim. l. filiusfam, §. fin. ff. de donat.

Majori summæ minor inest. l. 1. §. si stipulanti. ff. de V. O.

Major qvæstio trahit ad se minorem. l. per minorem. ff. de judic.

Argumentum à Majori. c. cum in cunct. de elect. nec in ea. §. jus occidendi. ff. ad L. Jul. de adult.

Majoritas dignitatum appareat ex majoritate, ac decore majori ornatuum. c. ut apostolicæ de privileg. in 6.

Malum qvi reddit pro bonis, non recedet malum de domo ejus. Proverb. 17.

Ex Malè gesto proveniens bonum non excusat delinqventem. l. 3. §. in bello. de re milit. c. relegentes. 23. q. 5.

In Malis minus eligendum est. c. juravit. & c. non solum. 24. q. 3.

Ad Malum sunt hominibus multæ

Viæ,

Viæ. in §. mitiores. in auth. de nupt. coll. 4.

Mandata Principum habent naturalem intellectum. l. civis. ff. de serv. exportand.

Manu qvod fit, perpetuam causam non habet. l. foramen. 28. ff. de serv. urban. præd.

Materia liqvida rapit secum in accessionis locum id, sine qvo esse non potest. l. nam qvod. ff. de pen. legat.

In Materia peccans actus valet meliori modô, qvo potest. d. si unus. §. si acceptilatio. de pact.

Secundùm Materiam subjectam leges sunt intelligendæ. l. qvod si qvinto anno. ff. commodi.

Speciem rerum potiùs, qvam Materiam intueri potius. l. Labeo, 7. §. 1. in fin. ff. de supell. legat.

Verba secundùm substratam Materiam intelligi debent. l. 15. §. 4. l. 29. ff. locat.

Omissis initiis, atqve origine non repitita,

petita, & illotis manibus, protinus Materiam tractare, inconveniens est. l. 1. ff. de origin. jur.

Medium qvod est, optimum esse, visum est. Novell. 105. de Consul. in præfat.

Mediam viam tenuere beati. l. 1. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. Novell. de Conf. Const. 105.

Rusticorum vulgare dictum est: ut dividant rem per Medium. ff. de negot. gest. ibi Gl. in l. Nesennius. in fin.

Mediò omissò non potest transitus fieri ad extremum. l. fin. C. unde vi.

Medium trahit duo extrema, l. qvi sella. 7. ff. de serv. rust. præd.

Medium inter privationem, & habitum dari non potest. l. hæc verba. ff. de V. S.

Media seqvuntur naturam sui finis, & ab eo regulantur. l. oratio. de sponsal.

Medium inhabile impedit extrema conjungi. l. qvi sella. §. fin. de serv. rust. l. fin. de flumin.

Medium applicatur in dubio extremo poten-

potentiori. l. qværitur. de ſtat. homin.

Meliorem ſic agrum qvis facere debet, ne vicini deteriorem faciat. l. 1. §. ſed & 4. ff. de aq. & aq. pluv.

Membrorum ſuorum nemo eſt dominus. l. liber homo. 13. ff. ad L. Aqvil.

Membra à Capite diſcedere non decet, ſed omnia membra caput ſeqvantur. c. non decet. diſt. 12. c. cum non de præſcript.

Membrorum ex vicinitate intelligitur Confœderatio vitiorum. diſt. 44. in pr.

Membrorum diſſolutio gravior eſt utriusqve manus abſciſſione. Novell. 134. ut null. judic. c. qvia verò. 13.

Memoria hominis eſt labilis. l. 2. §. ſed & ſi. C. de vet. jur. enucl.

Memoriam habere omnium, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, qvã mortalitatis eſt. de confirmat. ff. §. 14. l. hac. conſultiſſima. §. at cum. C. qvi teſtam. fac. poſſ.

Mentis integritas, non Corporis ſanitas exigenda eſt. l. in eo. 2. ff. qvi teſtam. fac. poſſunt.

Mens

Mens frustra vacans nihil boni parit. Novell. 133. c. illud 6.

Mens, potentiæ avida, nec abstinere novit à vetitis, nec gaudere concessis; nec pietati adhibere consensum. c. utrum. dist. 47.

Mens dicentis prior atqve potentior est, qvàm vox. *l. Labeo. 7. in fin. de suppell. legat.*

Mens cum contempta desideria sequitur, servire rebus convincitur, qvarum amore superatur. 14. q. 1. in pr.

Mens potiùs attendenda, qvàm verba legis. *l. scire leges. ff. de ll.*

Mens & propositum facientis debet inspici. l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar.

Mentis nostræ nullum majus est testimonium, qvàm qvalitas inspecta verborum. Bald. in c. 1. extr. de test.

Lex ubi Mensium duorum mentionem facit, & qvi sexagesimo primo die venit, audiendus est. l. ubi lex. 101. de R. I.

Mense septimo nasci perfectum partum, perceptum est. *l. septimo. 12. ff. de stat. homin.*

Mer-

Merces per singulas regiones diversa habent pretia. §. si qvis agens. Inst. de act.

Mercedem, alii debitam, alter sibi vendicare non debet. c. nullus. dist. 61.

Mercede suâ dignus est mercenarius. l. si pater. ff. de donat. l. 1. C. de assess. & domestic. & cancell. c. qvoniam. dist. 88. 12. q. 2. c. qvicunqve. suffragio. c. 1. de sepult.

DEI cultum qvod attinet, non est masculus, neqve fœmina, neqvé liber, neqve servus, omnes enim in Christo unam Mercedem percipimus. Novell. 5. de Monach. cap. 2. in pr.

Benè Merentibus præmia tribui oportet. l. & virtut. præm. C. de stat. & imagin.

Ob Meritum, qvod Princeps indulsit, vel, si cui pœnam irrogavit, vel sine exemplo subvenit, persona non egreditur, nec ad exemplum trahitur. l. 1. §. 2. ff. de Constit. princ.

Metus est instantis, vel futuri periculi causa

causâ mentis trepidatio. l. 1. ff. qvod met. caus.

Metu Compulsionis, vel coactè aliqvid fieri, paria sunt. l. noviſſimè. in pr. qvod fals. tut.

Consensui nihil tàm contrarium est, ac qvi bonæ fidei judicia sustinet, qvàm Metus & vis. l. nihil. 116. ff. de divers. R. I. c. cum locum de sponsal. & matrim.

Metus licèt attenuet Culpam, eam tamen non prorsus excludit. c. sacris. de his, qvæ vi metusve caus. fiunt.

Metum alienum in alterius præmium verti non oportet. l. item si cum. 14. §. 5. in fin. ff. qvod metus caus.

Metum metu repellere licet. l. sedet partus. 12. §. 2. ff. qvod met. caus.

Meum qvod est, meum ampliùs fieri non potest. §. sed si. Instit. de legat.

Meum præsens, non futurum tempus ostendit. l. si ita. 7. ff. de aur. & arg. legat.

Meum non videtur, qvod vindicare non possum. l. qvintus. 27. §. 2. ff. de aur. & arg. legat.

Meum

Meum est, qvod ex re meâ supersit. l. solùm. 49. §. 1. ff. de rei vind.

Meum est, qvod pro parte meum est. l. si ut proponis. C. de ædific. privat.

Mea res ampliùs, qvàm semel, mea esse non potest, sæpius tamen deberi potest, l. 14. §. 2. ff. de except. rei judicat.

Militares expensæ, & hostium incursiones, multâ egent diligentiâ & non possunt hæc citra pecunias agi, Novell. 8. ut Jud. sine qvoqve suffrag. fiant.

Militia omnis, vel ob injuriam propulsandam vel propter vindictam inferendam, est instituta. 23. q. 1. c. 1.

A Militiâ omnes servi prohibentur, alioqvi capite puniuntur. l. ab omni. ff. de re milit.

Militare, non est delictum, sed propter prædam militare, peccatum est. 23. q. 2. c. militare.

De Minimis consideratio non habenda. l. scio. de in integr. restit. l. 9. al. 10. in fin. ff. de dol. l. 54. de contrah. empt. l. 3. & 8. C. de rescind. vend.

Minus

Minùs peccat, qvi illicita docet, qvàm qvi discet. l. 2. C. de hæred.

Minus tribui videtur, & si nihil tribuatur. l. illud. §. si cujus dolo. ff. de tribut. act.

Qvi minoribus caret, non fruatur majoribus. l. cuj. 5. de serv. exportand.

Misericordia plenitudo virtutum est. c. singulis. dist. 86.

Propter Misericordiam rationem reddere, melius est, qvàm propter crudelitatem. cap. alligant. 26. q. fin.

Misericordiam intempestivè in re alienâ exercere, dolus præsumptivus est. l. si hominem. 7. in pr. ff. depos.

Misericordiâ indigni sunt, qvi alienô vitiô laborant. l. legem. 7. C. de natural. liber.

Mobilium, & immobilium rerum appellatione non veniunt actiones, & jura. l. à Divo pio. §. in venditione. ff. de re judic.

Sub Motu perpetuo consistit omnis noster status. Novell. 7. de non alien. & permut. reb. Eccles. cap. 2. in pr. Mo-

Modicum non est anxiè curandum. l. si qvis. §. fin. ff. de dol. mal.

Modicum tempus dicitur tempus decem dierum. l. promissor Stichum. §. 1. ff. de constit. pecun.

Modicum præsens charius est, qvàm multa futura. l. cum hi. in pr. Gl. ff. de transact.

Intervallum Modicum non vitiat obligationem. l. 1. §. 1. ff. de V. O.

Modus est pulcherrima virtus. l. sed etsi qvid & generaliter. ff. de usufruct.

Modus probabilis in sumptibus est servandus. l. hæreditas. 50. §. 1. ff. de petit. hæred.

Modus adscriptus pro Conditione observatur. l. 1. C. de his, qvæ sub mod. legat.

Modus honestus est servandus, non immoderata cujusq; luxuria subseqvenda. l. ex damn. 40. ff. de damn. infect. de sugrund.

Momentaria possessio dicitur, qvæ parum potest durare penes possidentem,

qvia ſtatim licet agi contra ipſum judiciô poſſeſſoriô. l. non videtur. ff. de acqvir. vel amittend. poſſ.

Momenti occaſione non pereat commoditas, cæleſti proceſſione conceſſa. l. omnes. 3. C. de fer.

Momentaneus actus non eſt conſiderandus. l. qvi ſic de ſolut. l. qvicqvid calore. de R. I.

Ad Monumentum faciendum hæredes jure ſtrictô nullâ tenentur actione. l. hæreditas. §. ff. de hæredit. petit.

Mora poſt tempus modicum purgatur. l. etſi poſt tres. ff. ſi qvis caution, l. ſi in lege. 24. §. colonus. ff. locat.

Nemo Moratoriâ cunctatione, nec præcipiti feſtinatione utatur. l. tutor qvi. §. ff. de admin. & peric. tut.

In Morâ modici temporis non eſt magnum damnum. l. ſi debitori. 21. ff. de judic. nec periculum. ibid.

Moram non committit, qvi ſe poteſt tueri exceptione legitimâ. l. ſi pactus. ff. de pact.

Mora

Mora alterius alteri prodeſt. l. non ex omnibus. 39. in fin. ff. de recept. qvi arbitr.

Mora trahit ad ſe detrimentum. l. qvod te 5. ff. de reb, cred.

Mora ultima nocet. l. illud. 7. ff. de peric. & comm. rei vend. l. prætor. §. fin. ff. de oper. nov. nunc.

Mora nulla intelligitur ibi fieri, ubi nulla petitio eſt. l. ſi pupillus. 127. de V. O. l. nulla. 88. ff. de R. I.

Moram purgare licitum eſt. l. ſed & ſi alia. ff. de conſtit. pecun.

Cauſis in omnibus pro facto accipitur id, in qvo per alium Mora fit, qvò minùs fiat. l. in omnibus. ff. de R. I.

Morbo laboranti ſuccurri debet. l. legem. C. de natur. lib.

Morbus, ætas, neceſſarium iter, itemqvè aliæ cauſæ multæ, ſæpè hominibus impedimento eſſe poſſunt. in pr. Inſtit. de iis per qvos agere poſſ.

Morbis novis nova convenit antidota præparari. c. cæterum. de jurament. calumn.

Morbô consimili laborantes non recipiantur in testes. c. personas. de testib. & attestat.

Morbô corporali qvi laborant, à muneribus personalibus se excusant. l. 1. & 2. C. qvi morb. se excusant.

Adversa valetudo, vel majoris causæ occupatio qvem defendit, contumacis pœnam non patitur. l. contumacia. §. 1. ff. de re judic.

Morbus sonticus, etiam invitis litigatoribus, ac judice, diem judicii differt. l. qvæsitum. 60. ff. de re judic.

Mos est Vitæ institutum, consvetudine firmatum.

Mores boni divitiis prævalent. l. scire. 21. §. cum reliqvis. 5. ff. de tut. & curatorib. datis ab his.

Mos est retinendus vetustatis fidelissimæ. l. testam. 18. C. de testam.

Mos regionis est servandus. l. 1. ff. de inspic. ventr.

Moribus bonis repugnans nullius est momenti. l. pacta, qvæ contra. ff. de pact.

Qvod

Qvod neqve contra fidem, neqve contra bonos Mores esse convincitur, indifferenter est habendum. c. illa autem. distin. 12.

Morum damna à damnis rerum temporalium multum distant. 6. q. 1. c. sunt plurimi. in fin.

Facta, qvæ lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & contra bonos Mores fiunt, nec facere nos posse, credendum est. l. filius. 15. ff. de condit. instit.

More novo qvod gestum est, reformetur. l. absentem. 6. C. de accusat. & inscript.

Mores creandorum oportet investigari, neqve enim facultates, neq; dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio, vel voluntas, & benigni mores. l. scire oportet. 21. §. 5. ff. de tut. & curat. dat.

Contra Jus, & bonos Mores hominum Conventiones non valent. l. pacta qvæ contra. C. de pact. l. 7. §. 7. ff. eod.

l. 4. C. de inutil. ſtipul. l. 1. §. 7. ff. depoſ. l. 14. §. 1. ff. ſol. matrim. l. 26. ff. de V.O.

Qvæ contra bonos Mores vel in pactum, vel in ſtipulationem deducuntur, nullius ſunt momenti. l. ex eo. 4. C. de inutil. ſtipulat.

Morum Correctio in qvibus inducitur, Fiſci ratio haberi non debet. l. 2. C. de ſecund. nupt.

Mors diem incertum habet. l. 1. §. dies. 2. ff. de Condit. & demonſtr.

Fragilitas humana, Mortis præcipuè cogitatione perturbata, minus memoriâ poteſt res plures conſeqvi. l. hac conſultiſſima. §. at cum. C. qvi teſtam. fac. poſſ.

Pro Mortuo habetur, in cujus locum alius ſuccedit. l. 65. §. 12. ff. pro ſoc.

Morte cognitoris non debet perire publica fides. l. fin. C. de re judic.

Mortem langventibus probatur infligere, qvi hanc, cùm poſſit, non excludit. c. 1. diſt. 83.

Mors omnia ſolvit. Novell. 22. de nupt. c. deinceps. 22.

Mort

Mors omnibus hominibus terminus vitæ est. Novell. de hæred. & Falcid. §. neqve qvisqvam. Constit. 1.

Morte nihil certius est, nihil verò incertius ejus horâ. l. 1. ff. de condit. & demonstr.

Morte crimen extingvitur. l. 1. C. si reus vel accus. mort. fuer.

Mori felicius est, qvàm peccare. l. isti qvidem. ff. qvod met. caus.

Mortuorum cadavera debiti nomine detinere, aut horum Sepulturæ impedimentum inferre non licet. Novell. ut cum de appellat. §. memoria. insuper. Constit. 115.

Captus non videtur, qvi rem sibi perneccssariam, licet Mortalem, comparavit. l. verum. 11. §. item. 4. ff. de minor.

Mortalitatis eventus medico imputari non debet. l. illicitas. 6. §. 7. ff. de offic. præsid.

Qvantò Morti vicinior effeceris, tanto solicitior, & timidior esse debes. c. tanta. dist. 8.

Morientium desideria ex arbitrio viventium colliguntur. l. qvoniam. C. de natural. liber.

Mortalitate extingvitur crimen. l. is qvi. 11. ad L. Jul. Majest.

Mori humanum est. text. juncta Gl. in l. publia. 26. *in* pr. super verb. humanum. ff. *depositi.*

Morte testamentum confirmatur. l. 1. ff. de testam.

Mortuos de suo expedit funerari. l. & si qvis. 14. §. idem Labeo. 13. ff. de relig. & sumpt. fun.

Mortem, qvam qvis *minabitur*, excipiat. l. 1. C. qvand. lic. unicuiqve sine judic. se vind.

Æqvum non est, in Necem alterius alicui subvenire. l. in causa. 13. *in* pr. ff. de minorib.

Mors est ultimum terribilium. l. ultimum ff. de pœn.

Morte crimen finitum est. l. fin. reus vel accusat. mort. fuer.

Post Mortem etiam pœna manet. l. 2. ff. de cadaver. punit.

Morti

Morti similis est, qvi neqve scribere, neqve articulatè loqvi potest. l. jubemus. 29. C. de testam.

Qvæ vivis non communicâmus, nec Mortuis communicare debemus. 11. q. 3. c. qvicunqve intra.

Timendo Mortem carnis tuæ, dabis mortem animæ tuæ. 11. q. 3. c. non solum.

Mortem conjunctorum expectare, periculosum, ac triste est. l. cum tale. 72. §. 1. ff. de condit. & demonstr.

Mandatum Morte solvitur. l. inter. 26. ff. mandat.

Multitudo non excusat delictum, vel multitudo delictum non minuit. c. 2. ubi Gl. in verb. præterire. de censib. lib. 6.

Multitudo numerosa nihil habet honesti. Novell. 10. de referendar. palatii in fin.

Municipes natura facit. l. 1. ff. ad municipal.

Municipes dolum facere non possunt. l. sed &. §. 1. ff. de dol. mal.

Munus exiguum non est spernendum. l. qvisqvis. §. nemo ex his. C. de postul.

Beatus, qvi ab omni Munere manum excutit. c. sent. nonnulli. qvi. 1. q. 1.

Mus in pera, *ignis in sinu, serpens in gremio, malè suos remunerant hospites.* 15. q. 1. c. Ecclesias. §. adhæc callida.

Mutare consilium qvis non potest in alterius detrimentum. c. mutare. de R. I.

Mutare consilium, sapientis est. l. nonnunqvam. ff. de collat.

Absurdum est, ut, qvod factum est rectè, ex eo, qvod tunc non erat factum, post ea Mutetur. Novell. 66. ut facta nova Constitionis. c. sancimus. 1. §. unde. 4. in fin.

Nominis Mutatio innocentibus periculosa non est. l. un. C. de mut. nomin.

N.

NAsci mense septimo perfectum partum, perceptum est. l. septimo. 12. ff. de stat. homin.

Pro

Pro Nato habetur, qvi in utero est. l. qvi in utero ff. de stat. homin.

Natus dicitur, qvi exsecto ventre editus est. l. qvod dicitur. 12. ff. de liberis & posth. hæred. instit.

Anteqvam Nascatur qvis, non potest dici in potestate patris. l. fin. ff. de coll. bonor.

Duo simul Nasci non possunt. l. arescunsa. ff. de stat. hom.

Bonus præsumitur, qvi est bonæ Nationis; malus verò, qvi est infamatæ Nationis. l. qvod si nolit. 31. §. qvi mancipia. ff. ædilit. edict.

Natura novit multa novare. de confirm. Digest. c. 2. §. 18.

Natura omnium hominum penè similis est. l. veteris. 13. in fin. C. de contrah. & commit. stipul.

Naturæ operibus insistere, melius est, qvàm civilibus. l. nec ei. 17. §. 1. ff. de adopt.

Dispositio qvævis intelligenda est, secundùm Naturam rei, super qva inter-

ponitur, & secundùm subjectam materiam. l. si stipulatus. §. verum de usur. l. damni. v. qvod instipulatione. de damn. infect. l. si verò. ff. locat. l. insulam. ff. de præscript. verb.

Contra Naturæ fervorem Juvenis resistere non potest. c. 3. *in* med. Novell. 2. *de elig. secund. nub.*

Naturæ factum æqvô animô ferendum est. l. in summa. §. apud Namusam. de aq. pluv. arc.

Ubi Natura, vel ars operatur, frustra hominis ministerium reqviritur. l. si in duobus. §. 1. ff. qvem. testam. aper.

Ubi Natura operatur, frustra ars qværitur. l. si in duobus. §. 1. ff. qvem. testam. aper.

Grave est, naturam fallere. l. si qvis testam. C. de inoffic. testam.

Impossibilia dari, vel, qvæ in rerum Natura non sunt, pro non adjectis habentur. l. ea qvæ. 135. ff. de R. I.

Naturaliter possessio interrumpitur, cum qvis de possessione vi dejicitur. l.

natu-

naturaliter. 5. ff. de usurp. & usucap.

Qvando concurrunt duæ causæ, una Naturalis, alia accidentalis, prævalet Naturalis. l. qvi habent. ff. de tutel.

Qvod negat Natura, lex non audet. l. 2. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. qvæ usu consum.

Res de facili revertitur ad Naturam. l. si unus. 27. §. 2. v. qvod in specie. ff. de pact.

Verba secundùm Naturam actus interpretantur. l. si uno. in pr. loc. l. insulam. ff. de præscript.

Nullus Naturam sic potest retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium est solius DEI. Novell. 133. qvom. oportet Monach. c. oportet. 5.

Naturâ is debet, qvem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus. l. cum. 84. §. 1. ff. de R. I.

Naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur. l. 1. §. 5. C. de rei uxor. act.

Naturæ qvasi accusatores existunt,

qvi differentiam inter filios, & filias inducunt. l. maximum. 4. v. filia autem. C. de liber. præter.

Natura fortunas cujusqve excutere non debet. l. 2. §. si qvis. 6. ff. ad L. Rhod.

Natura inter nos constituit qvandam Cognationem. l. ut vim. ff. de J. & J.

Natura non permisit, simul unô impetu duos infantes de utero matris exire. l. Arescusa. ff. de stat. homin.

Natura utrumqve corpus edit, ut maneat suis vicibus immortale. l. lege. 14. in pr. C. de leg. hæred.

Natura hominis facilè delabitur ad delicta. Novell. de Monach. §. si verò. Constit. 5.

Naturam fallere, grave. l. si qvis. C. de inoffic. testam.

Actus Naturalis (ut Possessio, aratio, seminatio, & reliqvi actus possessorii) efficacior, & potentior est violentô. Bartol. in l. & per jusjurandum. §. qvi ita. de acceptil.

Naturalis vis, veluti terræ motus, non præstatur. l. maritus. ff. locat. Con-

Contrà Naturales ſtimulos eſt, curam filii refutare. l. amiciſſimos. 3^. ff. de accuſat. tutor.

Naturalis obligatio jurejurandô tollitur. l. fin. ff. de jurejur.

Fœdus Naturale nihil ſævi criminis exiſtimari permittit. l. eum qvi. 19. C. de Epiſc. & cler.

Naturalis rei qvalitas non attenditur, ſed hominis uſus, & deſtinatio. l. hoc legatum. de leg. 3. & l. ſi qvando. de aur. & arg. legat.

Naturalis hominum facilitas eſt ad diſſentiendum. l. ſi unus. §. principaliter. ff. de arbitr.

Naturalia non poſſunt tolli. l. eas obligationes. ff. de cap. dimin.

Naufragium ſuum unicuiqve impunè licere colligere, conſtat. l. licere 12. ff. de incend. ruin. naufrag.

Navis mediocritate, non genere, à Schaphâ differt. l. ſi fin. ff. de inſtruct. & inſtrum. legat.

Neceſſarium, honeſtum, & poſſibile æqvi-

æqviparantur. l. in eadem ff. de O. I.

Qvi Neceſſariis oneribus ſuccurrit, non donat. l. ſi qvis. 21. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Neceſſitas non habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem. 1. q. 1. c. remiſſionem. v. ſed notandum.

In Neceſſitatibus nemo exiſtit liberalis. l. rem. 18. ff. de adim. legat.

Non ſuccurritur ei, qvi Neceſſitatem ſibi imponit. l. ſi. fidejuſſor. 7. §. 1. ff. qvi ſatisdar. coguntur.

Non negligentibus, ſed Neceſſitatibus rerum impeditis ſubvenitur. l. non enim. 16. ff. ex qvib. cauſ. major.

Non, qvicqvid permittitur, Neceſſitati ſubjicitur. l. non qvicqvid. 40. ff. de judic.

Actus Neceſſarius magis excuſat, qvã voluntarius. l. qvi inſulam. in pr. ff. locat.

Actus, à Juris Neceſſitate dependens, non ſecundùm hominis voluntatem, ſed juſtum arbitrium regulatur. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. ff. de adopt.

Actus Neceſſarius nullum habet meritum.

ritum. l. rem legatam. de adim. legat. l. rem legatam. l. unum ex familia. §. 1. de legat. 2. l. proximè ff. de rit. nupt.

Actûs Necessarii interpositio non impedit Continuationem. l. continuus. in pr. de stipulat. l. hæres. §. fin. de testam. l. cum antiqvitas. C. eod.

Actus in dubio censetur potiûs ex causâ Necessariâ, qvàm voluntariâ factus. l. Aristo. §. 1. de jur. delib. l. pater filium. in fin. ff. ad L. Falcid. l. miles. §. fin. de adult. l. proximè. ff. de rit. nupt. l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. l. hujusmod. §. cum pater. de leg. 1.

Qvæ propter Necessitatem aliqvando concessa sunt, in argumentum trahi neqveunt. c. in argumentum de R. I. in 6. l. qvæ. 162. ff. de R. I.

In Necessitatibus leges non servantur. l. ut gradatim. §. 1. ff. de mun. & honor.

Necessitas facit licitum, qvod non licitum est in lege. c. 3. de R. I.

Necessitatis tempore omnia sunt com-

communicanda. *l. 2. §. cum eadem nâ*re. ff. ad L. Rhod. de jact.

Aliqvid Neceſſitate cogente, vel utilitate ſvadente fieri, paria ſunt. c. poſt translationem. §. fin. de renunc. c. qværis de ætat. & qvalit.

Qvod eſt in Neceſſitate, curandum eſt. *Novell. 89. qvib. mod.* efficiant. ſui *in* præfat.

Neceſſitas officii aliqvem excuſat. *l.* tutorem. ff. de his, qvib. ut indign. aufer.

Duæ negationes faciunt unam affirmativam. l. duob. 237. de V. S.

Negligentia, aut cupiditas alterius diligenti non nocet. l. ſi non. 6. §. 2. ff. de reb. aut. judic. poſſid.

Inertiâ, aut colluſione alterius non debet alteri jus corrumpi. l. ſi pariter. 9. ff. de liber. cauſ.

Imputet ſibi, qvi Negligens fuit in ſua Juſtitiâ proſeqvenda. c. dilecto. de V. S.

Negligentia eſt noverca Eruditionis. c. nihil. diſtin. 83.

Negligere rem ſuam, licitum eſt. l.

ſi

si qvid possessor. §. si autem ff. de petit. hæredit.

NonNegligentibus, sed impotentibus succurrendum. l. non enim. ff. ex qvib. caus. l. 63. §. pen. ff. ad Trebell. l. 24. in fin. ff. qvæ in fraud. credit.

Naturale vitium est, Negligi, qvod communiter possidetur. l. meminimus. 2. v. naturale. C. qvand. & qvib. qvart. pars debet.

Negligentia in ministris eligendis, est culpa. l. si servus. 27. §. si fornicarius. 9. ff. ad L. Aqvil.

Negligentia cohæredis alteri non noceat. l. rem. 65. in fin. ff. de evict.

Negligentia nimia est culpa lata, id est, non intelligere, qvod omnes intelligunt. l. cedere in fin. ff. de V. S.

Negligentia, dū spem impunitatis promittit, multam nutrire pestilentiam consvevit. Clem. gravi de celebrat. missar.

Negligentia dissoluta prope dolum est. l. si fidejussor. 29. in pr. ff. mand.

Nemo debet suam Negligentiam ad alteri-

alterius Injuriam referre. l. Imperatores. 3. in fin. pr. ff. de transact.

Negligentia lædit. Novell. de qvæst. c. 1. §. cæterum qvi. Constit. 80. l. pen. C. de donat.

Negotia vigilanter sunt peragenda. l. pupillus. ff. de his, qvæ in fraud. credit.

Negotia sua impugnare velle nemo præsumitur. l. si miles. ff. de testam. milit.

Negotia diligenter gessisse sufficit, etsi eventum adversum habuit, qvod gestum est. l. qvid ergò. 3. §. sufficit. ff. de contr. tut. & util. act.

Negotiis exercitatis pleniori subveniatur veritatis lumine. l. per hanc. 4. C. de tempor. & reparat. appell.

Negotia commissa pluribus segniùs expediuntur. l. 3. §. apparet igitur. ff. de administr. & peric. tut. & l. ult. C. de fideicom. libert.

Plura sunt Negotia, qvàm vocabula. l. 4. ff. de præscript. verb.

Negotiis in certis qvæ statuta sunt, similium qvoqve causarum facta component. l. leges. C. de ll.

Nihil

Nihil, & inutile æqviparuntur. l.1. §.2. ff. qvod cujusqve univer. l. qvamvis. 8. §. similiter. 1. fl. ad SCt. Vellejam. l. 2. de aut. tut.

Nocere qvi potuit, & non nocuit, laudandus est. l.1. §.3. ff. de peric. & comm. rei vend.

Qvi Nocet *multis*, à *multis* arguendus est. c. si qvis. dist. 94.

Nemo benèfaciens alteri, aut verbo, aut facto Nocere vult. 6. q. 1. c. oves.

Nocendum esse alii, qvi existimavit, ipse sentiat suam jacturam. l. si legatarius. 25. C. de legat.

Qvod tibi non Nocet, & alteri prodest, facilè concedendum est. l. in summa. §. item Varus. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.

Nomina non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu exaudiri debent. l. Labeo. §. 2. ff. de suppell. legat.

Honestiores non solent pati, Nomina sua Instrumentis inscribi. l. pupillus. 5. §. sanè. 4. ff. de aut. & cons. tut.

Nomen

Nomen honesti hominis assumere, nihil mali est. l. facta. 63. §. si verò. ff. ad SC. Trebell.

Nominibus diversis non sunt appellanda, qvæ sunt eadem. l. si idem. C. de codicill.

Nominum diversitas arguit rerum diversitatem. l. si idem. C. de codicill.

Nemo ita supinus, imò magis stultus invenitur, ut suum Nomen ignoret. l. fin. C. de hæred. instit.

In Nomen suum qvem errasse, verisimile non est. l. fin. C. de hæred. instit.

Nomen inane indulti honoris retineat. l. neminem. 64. C. de decurion.

Nominis mutatio Innocentibus periculosa non est. l. un. C. de mut. nomin.

Error Nominis non nocet. l. si in judiciis. 80. ff. de judic. l. si in 4. C. de testam.

Nomine proprio, vel aliter aliqvid demonstrare, paria sunt. l. certum. ff. si cert. pet.

Nomine qvod caret, & nominis effe-

ctu

ctu caret. §. si adversus. Instit. de nupt. l. non dubium. C. de ll.

Nomina propria viriles inducunt partes; appellativa verò hæreditarias. l. turpia. §. fin. & l. si hæredes. de legat. 1.

Nominis proprii errore dispositio non vitiatur, secus appellativi. l. si qvis in fundi vocabulo. de legat. 1.

Res Denominatur à suo autore. §. namqvè si cui Instit. de action.

Nominum forma vacillare non debet. l. nominationum. C. de decur.

Nomina debent esse consonantia rebus. §. est & aliud. Instit. de donat.

Nomina significandorum hominum gratiâ reperta sunt. §. siqvidem. 29. Instit. de legat.

Nomen debet esse conseqvens rei. §. est & aliud. Instit. de donat.

Nomen bonum habere, bonum est, l. 1. §. hanc enim. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.

Nomen suum qvilibet mutare potest, dum tamen fiat sine fraude, l. 1. C. de mut. nom.

No-

Normam inde ſumere debet, unde ſumpſit exordium, c. præceptis Apoſtolicis, diſtin. 12.

Noſtrum qvod eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. l. id qvod. 11. ff. de R. I.

Noſtrum eſt, qvod ex re noſtrâ fit. §. item ea. Inſtit. de rer. diviſ.

Omnia, qvæ Noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paramus. l. nihil intereſt. 50. §. 2. ff. de bon. libert.

Notionis nomen etiam ad eos pertinet, qvi jurisdictionem non habent. l. ait prætor. 5. ff. de re judic.

Notorium crimen nullâ tergiverſatione celari poteſt. c. tua nos. de cohabit. cleric.

Noviſſima pacta ſervari oportet. l. pacta noviſſima. 12. C. de pact.

Noviſſimum hominis teſtamentum immobile perſeverat, qvia teſtatoris obitu confirmatur. c. cum Marthæ. §. cæterum de celebr. miſſ.

Nova pulchritudine qvadam placere ſolent. l. 1. C. de vet. jur. enucl. Ne-

Nemo mirabitur, si Novæ rei novum consilium & remedium suggeramus. l. 1. in pr. ff. de vent. inspic.

Novum opus facere videtur, qvi pristinam faciem operis mutat. l. 1. §. opus. 11. ff. de oper. nov. nunc.

In Novis rebus constituendis, evidens esse debet utilitas, ut recedatur ab eo jure, qvod qvamdiu æqvum visum est. l. in rebus. ff. de Constit. princ.

Novô jure repudiatô supererit vetus. l. qvoties. 91. ff. de R. I.

Novo more qvod gestum est, reformetur. l. absentem. 6. C. de accus. & inscript.

Nox, & dolor justus factum relevant. l. Grachus. 4. in fin. C. ad L. Jul. de adult.

Noctu honesti viri non vagantur. l. 2. §. & qvia. ff. d. O. I.

Nocte testamentum signari posse, nulla dubitatio est: l. ad testium. ff. qvi testam. facer. poss.

Nocturnum furem si qvis occiderit,

ita demum impunè feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. l. furem. ff. ad L. Cornel. de sicar.

Nocturni effractores atrociores sunt. l. 2. ff. de effract.

Noxia proxima cum complemus, & jussa DEI contemnimus, & proximis impiâ credulitate nocemus, & nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. c. duo mala. dist. 13.

Caput noxa sequitur. l. 2. in pr. ff. si ex noxal. caus. l. sed si. 17. §. 7. ff. de injur. l. licet. 4. C. an serv. pro suo fact.

Nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem. l. jurisgentium. ff. de pact. §. igitur nuda.

Nullus, & invalidus actus æquiparantur. l. non dubium. 5. C. de ll.

Frustra quæritur de eo, quod Nullum operatur effectum. l. 3. quando dies legat. ced. l. non oportet. ff. de legat. 2.

Nullus Actus parit nullum effectum. l. si aut nullum. C. de legat. hæred. l. non dubium. C. de ll.

Nul-

Nullum qvod est, impedimentum præstare non potest. l. si qvis. ff. de hæred. instit.

Nullus actus etiam qvandoqve pœnam sustinet. l. nemo martyres. junctâ Gl. C. de SS. Eccles. l. eum qvi duas. C. de adult. Bart. *in* l. ubi pactum, de transact.

Nullius qvod est, primo occupanti conceditur. l. qvod enim nullius. ff. de acqvir. rer. domin. §. feræ, 12. Instit. de rer. divis.

Nullius qvod esse potest, id ut alicujus fieret, *nulla* obligatio valet efficere. l. qvod. 181. ff. de R. I.

Numerus senarius est perfectus. *in* proœm. 6. Decret. vers. qvem librum.

Nunciatione verbali amittitur possessio, non reali. l. de pupillo. §. meminiss. ff. de nov. oper. nunc.

O.

OBedientiam, qvam qvis exigit, ipse dependat. c. qvanqvam omnes. distin. 23.

Qvi Obtemperat domino, non delinqvit. l. 12. §. 1. ff. de nox.

DEO debetur religio, Obedientia verò parentibus, & patriæ. l. veluti. ff. de Just. & Jur.

Qvando aliqvid prohibetur directò, prohibetur & per obliqvum. l. si sponsus. ff. de don. int. vir. & uxor.

Per Obliqvum multa conceduntur, qvæ directò prohibentur. l. ff. de aut. tut.

In Obscuris solet inspici, qvod verisimilius est, aut, qvod plerumqve fieri solet. l. inobscuris 114. ff. de R. I.

In Obscuris secundùm magis verisimilius judicandum. l. in obscuris. de R. I.

Obscurè respondere, & non respondere, paria sunt. l. de ætate. §. nihil interest. de interrog. action.

In Obscurâ re, meliùs est favere repetitioni, qvàm adventitio lucro. l. 41. ff. de R. I.

In Obscuris minimum est seqvendum. c. in obscuris. de R. I. in 6. l. semper. 9. ff. de R. I.

In

In Obscuris solet contrà petitorem judicari. c. inter dilectos. de fide Instrum. §. retinendæ. 4. Instit. de Interdict.

Ociositas, & voluptas sunt arma hostis antiqvi. c. nisi. §. personæ verò de renunciat.

Occasio est rapienda, qvæ præbet benignius responsum. l. rapienda. 168. ff. de R. I.

Occasionem qvi præstat, damnum feciſſe videtur. l. qvi occidit, 30. §. ff. ad L. Aqvil

Occasio delinqvendi dari non debet. Clem. de testib. c. 2.

Occasio malignandi est auferenda, Instit. de vi bonor. raptor.

Occulta, & incognita relinqvenda sunt illi, qvi novit corda solus. 2. q. 4. c. consuluisti.

Latere te in vicino non potuit, qvod ad nos in longinqvo pervenit. l. qvanto de præscript.

Occupantis conditio in pari est meli-

or. l. pluribus. 32. ff. de procur. ff. de nouel. act. l. si qvis à multis.

Occurrere in tempore, melius est, qvâ post exitum vindicare. l. 1. C. qvando licet unicuiqve sine judic. se vind.

Oculus impudicus, impudici cordis nuncius. c. nec solo affectu. 32. q. 5.

Oculorum Inspectio multum facit. ff. de acqvir. vel amitt. poss. l. qvod meo nomine. §. si venditorem.

Odia restringenda sunt, favores ampliandi. l. cum qvidam. ff. de lib. & posth. c. odia. de R. I. in 6.

Odiô alienô nemo debet prægravari. l. sancimus. C. de pœn. c. non debet. de R. I. in 6. l. si qvis in suo. §. legis. C. de inoffic. test.

Actus vel Odiosus, vel favorabilis judicatur, secundùm principalem agentis intentionem. l. qvi exceptionem ff. de condict. indeb.

Odium in favorem redundare non debet. c. intelleximus. ext. de judic.

Qvod te Offendere justè possit, facilè

lè non credas: nec te ad vindictam res accendat incognita. c. si qvid. distin. 86.

Officium artificiô mutatur. l. legatis. 65. §. 1. ff. de legat. 3.

In Officio suo qvilibet debet esse diligens, & non negligens. l. si duas. §. decet. autem. ff. de excusat. tut.

Officii necessitas excusat. l. tutorem. ff. de his qvib. ut indign. auser. l. post legatum. 5. §. advocatum. 13. de his, qvib. ut indign. auf.

Ad Officia, seu munera publica minùs idonei, aliis deficientibus, ab initio eliguntur. l. general. §. spurios. ff. de decur.

Qvæ ad Officia diversa pertinent, de his qvisqvam imperare sibi ipsi, neqve prohibere potest. l. pen. ff. de recept.

Singula Officia singulis sunt committenda personis. c. cum singula. de præb. in 6.

Unum Officium vix dignè valet qvis adimplere. c. 1. de consvetud. in 6.

Officium suum nemini debet esse da-

mnoſum. l. ſed ſi qvis. ff. de teſtam. qvem. aper. l. ſi ſervus. 61. §. qvod verò. 5. ff. de furt.

Officium publicum nemini vel damno, vel compendio ſit. l. videlicet. 29. ff. ex qvib. cauſ. major. c. cum non de elect. in 6.

Officia ſi turbentur promiscuis rerum actibus, abſurdum eſt. l. conſulta. 23. C. de teſtam.

Abſurdum eſt, credere, aliò die deberi Officium, qvàm, qvô is vellet, cui præſtandum eſt. l. 22. ff. de oper. liber.

Officium publicè fraudem afferre non debet. l. inter eos. 33. 2. ff. ex qvib. cauſ. major.

Olea immatura plus habet reditus, qvàm ſi matura legetur. l. in fructu. 42. ff. de uſu & uſufruct. legat.

Olim multa permittebantur, qvorũ exemplis hodiè uti non licet. c. qvod autem. 21. q. 1.

Omiſſum qvod eſt in legibus, religione judicantium ſuppleri debet. l. qvæſitum. ff. de teſtib.

O-

Omissus casus à lege, vel statuto resinqvitur dispositioni juris communis. l. si extraneus. ff. de condict. caus. dat.

Omissa nihil prosunt. l. fin. C. de novat.

Contra delictum commissionis restitutio non conceditur, secùs Omissionis. Svaviùs peccatur in committendo, qvã in Omittendo. l. Metrodorum. ff. de pœn.

Omissio formæ vitiat actum. l. cum hi. §. §. si prætor. 17. ff. de transact.

Omissio modicæ solennitatis actum non vitiat. l. 1. in fin. ff. de ventr. inspic.

Onus augetur, cum cuiqvam improvidè solvitur. c. ea te. de jurejur.

Qvi lucrum amplectitur, Onus autem ei annexum contemnit, ferendus non est. l. un. §. 4. in fin. C. de Caduc. toll.

Res transit cum suo Onere. l. si convenerit. ff. de pignor. action.

Onus qvi sentit, sentire debet & emolumentum. l. secundùm naturam. ff. de R. I.

Non oportet per singula momenta Onerari eum, à qvo satis petitur. l. si is. 3. ff. ut in poss. legat.

Auctis divitiis, Onera debent augeri. l. his oneribus. ff. de mun. & honor. §. auctis.

Opera alicujus sæpè pluris, qvàm pecunia æstimatur. §. nam & ita. Instit. de societ.

Operæ sunt diurnum officium. l. 1. ff. de oper. liber.

Operarum causam mutat robur hominis, ætas temporis, & oportunitas naturalis. l. si non. 26. §. 22. ff. de Condict. indebit.

Verba debent intelligi, ut aliqvid Operentur. l. si qvando. 209. ff. de legat.

Votum pro Opere reputatur. 17. q. 1. c. qvi bona.

Opus novum facere videtur, qvi pristinam faciem operis mutat. l. 1. §. opus. 11. ff. de oper. nov. nunc.

Opus operantis non debet extendi ultra finem destinatum. l. obligationum. 3. de O. & act.

Ope-

Operis effectus in partes scindi non potest. l. in executione. 85. §. 2. ff. de V. O.

Opinio Doctorum est probabilis, non autem necessaria. l. 2. C. de ll.

Opinio nonnunqvam ob publicam utilitatem præfertur Veritati, l. Barbarius. ff. off. prætor.

Opinio non præjudicat Veritati. c. cum Bertoldus. de sentent. & re judic.

Qvod in veritate est, plus valet, qvàm, qvod in Opinione. §. si qvis. Instit. de legat.

Prævalere debet Opinio, qvæ melioribus comprobatur. l. 1. §. sed neqve. C. de vet. jur. enucl. c. appellamus, ubi Abbas ext. de fer.

Oppositа, juxta se posita, magis elucescunt. l. un. §. & cum triplici. in pr. C. de caduc. toll.

Oppositorum eadem est dispositio per contrarium. l. etsi contra de vulg. l. pen. C. de solut.

Oratio indefinita æqvipollet univer-

sali. l. si ita relictum. & l. si pluribus. ff. de legat. 2.

Actus attribuitur non Ordinanti, sed exeqventi. l. 2. §. omnia. C. de vet. jur. enucl. §. cum hoc in procem. Instit.

Ordinarium remedium ubi competit, extraordinarium non datur. l. in causæ. 16. in pr. ff. de min.

Ordo non aliter habetur, qvàm duabus partibus adhibitis. l. lege. 3. ff. de decret. ab ord. fac.

Indignus inferiore Ordine, indignior est superiore. l. qvi indignus. 4. ff. de senator.

Ordine turbatô succedis Bulgare nota. Glossa in l. nam & si parentibus. C. de inoff. testam.

Ordo in conjunctis non attenditur. l. qvidem testamento. de pecul. legat.

Ordo præcedentis, & seqventis non est inter æqvales. C. unde legit. & unde agnat. l. nepot.

Ordine qvi major est, etiamsi postea receptus, potior est. c. statuimus. de major. & obed.

Scri-

Scripturæ Ordo non impedit causam juris, ac voluntatis. l. cum pater. 77. §. fidej. 12. de legat. 2.

Scripturæ Ordo non spectatur, sed potiùs ex jure sumitur id, qvod agi videtur. l. nec enim. ff. de solut.

Ordo juris, & vigor æqvitatis subtiliter observandus. c. in causis. de sent. & re judic.

Ordo ubi non est, ibi Confusio. §. inordinatum. ubi Gl. in auth. de hæred. & Falcid.

Ordo scripturæ reducitur ad ordinem intellectus. l. 2. §. prius. de vulg. & pupill. l. talem. ff. de hæred. instit.

Ordo scripturæ denotat ordinem charitatis. l. qvoties ff. de usufr.

Ordo juris in notoriis non attenditur. l. ictus fustium. in pr. & ibi Bart. de his qvi not. infam. c. qvanto. de translat. prælat.

Ordo non attenditur, ubi mens disponentis certa reperitur. l. in his. §. fin. & ibi. Bart. de sol.

Origine propriâ neminem posse voluntate suâ eximi, manifestum est. l. 4. C. de municip. & origin.

Ipsâ Origine sublatâ, ejus imaginem derelinqvi, absurdum est. l. un. in pr. C. de Latin. libert. toll.

Actus regulariter à causa Originali judicari solet. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. not. Gl. in l. certi condictio. in verb. ex omni causa. ff. si cert. pet.

Inter Ornamentum, & Instrumentum multum interest. l. qvæsitum. 12. §. si domus. 16. ff. de instruct. & instrum. legat.

Majoritas dignitatum appareat ex majoritate, & decore majori Ornatuum. c. ut Apostolicæ, de privileg. in 6.

Otium sanctum qværit charitas Veritatis, negotium justum suscipit necessitas Caritatis. 8. q. 1. c. qvi Episcopatum.

P.

PAlam est coràm omnibus. l. 33. ff. de V. S.

Palam deliqventes, ut errantes, majore

jore pœnâ excusantur, clàm committentes, ut contumaces plectuntur. l. fin. ff. de rit. nuptiar.

Par in parem non habet Imperium. l. ille à;qvo. §. tempestivum. ff. ad Trebell. c. innotuit. §. qvamvis. de elect.

Parium eadem est natura. l. si socer. in fin. sol. matr.

Parium eadem est potentia, nec major. l. 1. §. veteres. de acqvir. poss. l. si reus ff. de duob. reis.

Pares cum paribus veteri proverbiô facilè congregantur. l. pupillo. §. 1. de tut. & cur. dat. l. 1. §. 1. de excus. tut.

Non qværitur, qvid Parari debet, sed, qvid paratum sit. l. fundi, 25. ff. de instruct. & instrum. legat.

Parceret non alii, qvi sibi non pepercit. l. cum, 23. §. 3. ff. de ædil. edict.

Culpa nulla est ejus, cui Parere necesse sit. l. 15. 169. ff. de diverſ. R. I. l. is damnum dat. ff. de R. I.

Peperisse eam, falsum est, cui mortuæ filius exsectus est. l. anniculus. 132. in fin. ff. de V. S.

Pars

Pars in toto continetur. l. in toto. ff. de R. I.

Parti majori ſtandum eſt. l. 7. in fin. ff. de pact. l. diem. §. ſi plures. 3. ff. de recept. qvi arbitr.

Partem qvi dat, non implet conditionem, ſed ad aliqvid proficit. l. qvi putat. 74. §. 1. ff. de acqvir. & amitt. hæred.

Nihil facere, vel Partem individui tantùm facere, paria ſunt. l. furioſum. 9. C. qvi teſtam. fac. poſſ. l. pen. in fin. C. de his, qvib. ut indign.

Idem juris eſt de Parte, ad partem, qvod de toto, ad totum. l. qvæ de totâ. ff. de rei vindic.

Partis appellatione dimidia continetur. l. etiam. 43. ff. de uſufr. l. dominia qvæ partis. ff. eod.

Toti qvod debetur, debetur & parti. l. una eſt via. ff. de ſerv. præd. ruſt.

Qvi non admittitur ad Partem, facit partem. l. hujusmodi. 84. §. ſi Titio. ff. de legat. 1.

Partem habere, melius eſt, qvàm to-

tô

tô privâti. Inst. de L. Falcid. §. ex diversô.

Partes, qvæ ordinis in urbe positæ, totius curiæ instar exhibent. l. nominativum. 46. C. de decur.

In Partes qvæ dividi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur. l. ea. 192. ff. de diverſ. R. I.

Pars omnis turpis est, universo suo non congruens. c. qvæ contra. distin. 8.

Universalis in Parte falsa, in toto falsa est. l. si is qvi ducenta. §. utrum ita. ff. de reb. dub.

Non intelligunt homines, Parsimoniam magnum esse vectigal. Cicero in paradoxis.

Patientia habetur pro præcepto. l. liberorum. ff. de his, qvi not. infam.

Patientia pro traditione habetur. l. si ego. 11. §. 1. ff. de publ. in rem action.

Multa per Patientiam tolerantur, qvæ si deducta fuerint in judicium, existente Justitiâ non debent tolerari. c. cum jam de præbend. & dignit.

Pa-

Patria cuiqve dulcissima. l. qvi habebat. 101. de legat. 3.

Nemo propheta acceptus in patriâ suâ. c. etsi Christus. de jurejur.

Parentibus, & Patriæ parendum est. l. veluti. 2. ff. de J. & J.

Turpe est, ut Patriæ functiones ferre non possit, qvi etiam fortunæ vim se ferre profitetur. l. reddatur. 8. C. de profess. & medic.

Patrimonii sui facultates qvisqvis scire præsumitur. l. qvisqvis. C. de rescind. vendit.

Frustra fit per plura, qvod potest Paucioribus effici. l. 1. ff. qvod met. caus.

Paupertas excusat. l. 8. §. 8. ff. mand.

Paupertas neqve prodest, neqve obest in jure nostro. l. illicitas. §. præses. ff. de offic. præsid.

Cultus verus Christianorum est, adjuvare Pauperes, & in necessitate positos. l. C. de Episc. aud.

Leges neminem in Paupertate vivere, neqve in anxietate mori permittunt. Novell. 1. de hæred. & Falc. in fin. Mul-

Multiplex innoxiæ Paupertati incommodum infligi non debet. l. omnes, §. præterea ff. de Episcop. & cler.

Paupertas, vel divitiæ non faciunt qvem nobilem, vel ignobilem. l. humilem. 7. C. de inceſt. & inutil. nupt.

Pauperes & divites una terra ſupportat. can. & 5. l. c. qvo jure. diſt. 8.

Paupertatem pati rei familiaris, durum & inhumanum eſt. l. 2. §. naturale. C. qvand. & qvib. qvart. pars.

Pacem cum omnibus hominibus habeamus, ſi fieri poteſt. 11. q. 3. c. inter verba.

Pacis lenitas hoc ſopit, qvod belli calamitas introduxit. l. 1. in pr. C. de caduc. toll.

Pax non qværitur, ut bellum geratur, ſed bellum geritur, ut pax acqviratur. 23. q. 2. c. nol.

Multa pro Pacis bonô tolerantur, qvæ aliàs prohibentur. c. 2. in fin. de deſponſ. impub.

Pacis tempore benè colitur pacis autor.

tor. Clement. dudum. §. scimus de sepult.

Nemo in suo Peculio esse potest. l. deposui. 38. §. Stichus. 2. ff. de pecul.

Peculium ex eo consistit, qvod parsimoniâ suâ qvis paravit, vel officiô meruit, à qvolibet sibi donari, idqvè velut proprium patrimonium servum suum habere voluit. l. peculium. ff. de pecul.

Pecunia his solis condicitur, qvibus qvomodo soluta est, non, qvibus profecit. l. his solis. 49. ff. de Condict. indeb.

Pecunia reproba non liberat solventem. l. eleganter. 24. §. 1. ff. de pignor act.

Pecuniæ significatione, res omnis significatur. l. 2. §. 1. in fin. C. de constit. pecun.

Pecuniæ obediunt omnia. Eccles. 10.

Pecunia malè acqvisita corpus animamqvè commaculat. 1. q. 1. c. citò.

Pecuniam numeratam qvi habet, habere non dicitur, qvicqvid ex ea parari non potest. l. tantum. 88. ff. de V. S.

Pecuniis non oportet emere sacerdotium. Novell. 9. cap. 1. §. 5. Pecu-

Pecuniæ amorem, tanqvam materiam cunctorum vitiorum, fuge. c. hic igitur. distin. 23.

Omnia, qvorum homines domini sunt, Pecunia vocatur, 1. q. 3. c. totum.

Res omnes in Pecuniam converti, possibile est. l. 2. §. 1. C. de Constit. pecun.

Omne robur patrimoniorum in Pecuniâ posuerunt veteres. l. lex qvæ tutores. ff. de administr. tut.

Pecus alienum qvi in agro suo deprehendit, non jure id includi: nec agere id aliter debet, qvàm qvasi suum, sed vel abigere sine damno, vel admonere dominum, ut suum recipiat. l. Qvintus Mutius. §. qvamvis. ff. ad L. Aqvil.

Pendens non est pro eo, qvasi sit. l. 15. 169. ff. de R. I.

Peregrinatio necessaria, ætas, morbus, itemqvè aliæ multæ causæ sæpè hominibus impedimento sunt. in pr. Instit. per qvos ager. poss.

DEus dat omnia Perfecta: Novell. ne libert. de cætero in pr. Constit. 78.

Per-

Perfectum est, qvod ex omnibus suis partibus constat. l. 1. ff. de orig. jur.

Ratum esse desinet, qvod non ritè Perfectum est. 1. q. 1. c. si qvi Episcopi.

Perfectissimæ sunt res divinæ: humani verò juris conditio in infinitum decurrit, nec est in eâ, qvod perpetuò stare possit. l. 3. C. de vet. jur. enucl. §. sed qvia divinæ.

Periculosa difficulter, & cum maturâ deliberatione concedenda sunt. l. qvoties. C. de prec. Imp.

Periculum vitæ & infamiæ æqvipárantur. l. justa & ibi. Gl. de manum. vindict.

Periculosum ac triste est, conjunctorum mortem expectare. l. cum tale. 72. §. 1. ff. de condit. & demonstr.

Periculum ubi majus, ibi cautiùs est agendum. l. 1. §. 5. ff. de Carb. edict. c. ubi majus. de elect. in 6.

Periculum ubi, ibi & lucrum collocetur. l. fin. §. 6. cum. 3. in fin. C. de furt.

Felix, qvem faciunt aliena pericula cau-

cautum. Novell. de mandat. princ. §. titulos. Constit. 17.

Qveri de se debet, qvi se in periculo collocavit. l. item Mela. 11. pr. ff. ad L. Aqvil.

Qvi non habet, qvod perdat, ejus Periculum nihil est. l. itaqve fullo. in pr. ff. de furt.

Periculi alieni succedaneus esse nemo cogitur. l. si plures. 3. §. ff. de admin. & peric. tut.

Commodum debet esse ejus, cujus Periculum est. Instit. de empt. & vend.

Dulcior post Pericula fructus. l. mortuus. C. de contrah. & committ. stipul.

Peritia Usu comparatur. l. certi juris. ff. de judic.

Permissa ad tempus, post tempus censentur prohibita. l. si ita qvis. 21. ff. de vulg. & pupill. substit.

Permittitur aliqvid publicè, qvod privatim non permitteretur. l. in tantum. §. sacræ autem res. ff. de rer. divis.

Permittitur propter Alimenta, qvæ aliàs

aliàs non permissa. l. 27. §. 3. de inoffic. testam.

In Perplexitatibus media via est eligenda. l. antiqvi. ff. si pars hæred. petat. l. si paterfam. de hæred. instit.

Perplexitas solvitur, dum ad virtutes, maximè per commissa minora transitur. c. nervi. in fin. dist. 13.

Dolus est, si qvis nolit Persequi, qvod persequi potest, aut, si qvis non exegerit, qvod exigere potest. l. dolus. 44. ff. mand.

Petitionis originem non oportet ex Instrumentis ejus, qvi convenitur, fundari. l. fin. C. de edend.

Petere non debet qvis ab alio, qvod alius dare debet. l. si qvis. 6. §. 9. ff. de edend.

Justa Petenti assentiendum facilè. l. 2. de his qvi sunt sui. l. & Attilicinus. de servit. rustic. præd.

Præmaturè qvi Petit, plus petere videtur. §. siqvis agens. Instit. de action.

Pietatis ratio qvandoqve non habetur

l. ex

l. ex duobus 27. in fin. ff. de negot. gest.

Pietas parentibus, etsi inæqvalis est eorum potestas, æqva debetur. l. 4. ff. de curat. furios.

Pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, cæterùm mariti calor, & impetus facilè decernentis est refrenandus. l. nec in ea. 22. in f. ff. ad L. Jul. de adult.

Pietatis jura non sunt violanda. l. contra. 7. C. de testam. manum.

Pignus nullum est, cujus persecutio negatur. l. si noxale, 27. in pr. ff. de noxal. action.

Creditor non plus juris habet, qvàm, qvi Pignus dedit. l. 3. §. 4. ff. de pignor.

Creditor, qvi permittit rem venire, Pignus amittit. l. creditor. 158. ff. de R. J.

Pignus à Pugno appellatum est. Qvia res, qvæ Pignori dantur, manu traduntur. l. plebs. ff. de V. S.

Pignus refertur ad res mobiles, hypotheca ad rem immobilem. Instit. de act. §. inter pignus autem. l. plebs. ff. de V. S.

Pignori incumbere, melius est, qvàm

in personam agere. §. furti autem actio. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.

Pignora mihi obligata rectè locare possum. l. creditor. ff. de pignor.

Pignus pluris æstimari solet, qvàm debitum: unde dicitur, qvod residuum reddere debet creditor debitori, qvanto pluris debitor pignora vendit. l. fin. §. fin. sin autem. C. de jur. dot. impet.

Pignoris qvæstio ab intentione domini separatur. l. 1. §. 2. ff. de pign. & hypothec.

Pignus semper debet valere plus, qvã sit debitum. Gl. in l. mensuram. in §. si verò etiam. in auth. de exhib. reis.

Si is, qvi Displicet, cum ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. c. 1. dist. 49.

Plenitudo non indiget adjectione. c. benè in pr. dist. 96.

Pluralis locutio duorum numerô contenta est. l. 11. ff. de testib. c. pluralis. de R. I. in 6.

Res, qvæ Pluris est, utiqve tanti est. l. cum furti. 9. ff. de lit. jur. Pœni-

Pœnitentia sera non est admittenda. l. si in lege. 24. §. Colonus. 4. ff. locat.

Rubore verecundiæ facilius ad Pœnitentiã revocatur. c. præter. in fin. dist. 32.

Pœnitudinis justæ humanitas amputanda non est. l. si qvis. 28. C. de appellat.

Pœnitentiâ suâ nemo desinit esse nocens. l. qvid sit. 17. §. 1. ff. de ædil. edict. l. 65. ff. de furt.

Pleriqve, qvi Possunt qvidem, sed nolunt recta nosse. 11. q. 3. c. excellentissimus.

Paria sunt, nolle, & non Posse. l. in actione vers. planè. ff. de furt.

Paria sunt, nescire, & non Posse. l. in actione. vers. planè. ff. de furt.

Paria sunt, non Posse, & non honestè posse. l. nepos Procul. de V. S. l. 23. ff. de stat. homin. l. non aliter. 7. ff. de usu, & habitat.

Possumus illud, qvod commodè sine detrimento possumus. l. nepos. ff. de V. S.

Possessio plurimum facti habet, causa verò facti non continetur postlimi-

nio. l. deniq;. 19. ff. ex qvib. cauſ. major.

Duo, vel plures eandem rem in ſolidum Poſſidere non poſſunt. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqvir. vel amittend. poſſeſſ.

Loco eo qvis Poſſidere jubetur, cujus cura ad jubentem pertinet. l. cum unus. 12. §. 1. ff. de reb. aut. judic. poſſid.

Poſſidentis conditio melior eſt. §. commodum. Inſtit. de Interd.

Non debet qværi de jure Poſſeſſoris, cum jus petitoris removetur. l. Paulus. 12. in fin. ff. qvib. mod. pign. vel hypoth. ſolvat.

Non poteſt Poſſidere, qvi ipſemet poſſidetur. l. homo liber. ff. de acqvir. rer. domin.

Poſſidere, melius eſt, qvàm in perſonàm experiri. l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic.

Poſſidere non videtur, qvi poſſidetur. l. 113. ff. de R. I.

Poſſeſſionem qvi duntaxat amittit, non alienat. l. non. 119. ff. de R. I.

Poſſeſſio cui priori ſoli tradita eſt, eum

eum haberi potiorem, convenit. l. qvoties. 15. C. de rei vindic.

Possessionis titulum sibi duplicare nemo potest, l. cum res. C. de contrah. empt. vend.

Possessionem nemo sibi jure mutare potest. l. ad probationem. 23. C. de loc. Conduct. l. cum nemo. 5. C. de acqvir. vel retin. possess.

Possessio clavibus traditis qværitur. l. clavibus. 42. ff. de contrah. empt.

Non esse in Possessione, & malâ fide possidere, paria sunt, l. fin. C. unde vi.

Possessio præsens vindicationem parat. l. non aliàs. 24. §. 2. ff. de judic.

Possessio longa jus sepulchri non tribuit. l. 4. ff. de mort. infer.

Possessio etiam oculis, & affectu qværitur. l. 1. §. si jusserim. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

Possessioni naturali qvod deest, id animus implet. l. possideri. 3. §. Neratius. 3. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

Possessionum genera tot sunt, qvot

& causæ acqvirendæ ejus, qvod nostrum est. l. 3. §. genera. 21. ff. de acqvir. vel amitt. possess.

Possessionis obtinendæ ratio non, sed origo nanciscendæ exqvirenda est. l. clam. 6. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

Possidere aliud est, aliud, in possessione esse. l. si qvis. 10. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

Possessio vitiosa adversùs extraneos prodesse solet. l. fin. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

Possessio naturaliter interrumpitur, cum qvis de possessione vi dejicitur. l. naturaliter. 5. ff. de usurp. & usucap.

Possessionis verbum interdum proprietatem significat. l. interdum. 78. de V. S.

Possessio nulla ut acqviri nisi animô, & corpore potest, Ita nulla amittitur, nisi in qva utrumqve in contrarium actum. l. ferè. 153. ff. de R. I.

Possessio improba firmum titulum possidenti præstare non potest. l. improba. 7. C. de acq. vel amitt. poss.

Pos-

Possessio plus habet facti, qvàm juris, c. cum nostris. de conces. præbend.

Dolô qvi Possidere desiit, pro Possidente damnatur, qvia pro possessione dolus est. l. qvi. 131. ff. de R. I.

Posteriora derogant prioribus. l. sed & posteriores. 28. ff. de ll. l. Divi. 6. §. 2. ff. in fin. de jur. codicill. c. bonæ memoriæ, de confirm. util. & inut.

Ex Post facto multa tolerantur, qvæ ab initio prohibentur. l. parte. ff. de his qvi sunt sui. l. circa. ff. de inoffic. testam. L. 1. §. biduum. ff. qvando appell. sit.

Ab initio esse tale, & ex Postfacto devenire ad tale, paria sunt. l. nec interest, ad L. Falcid. l. pen. ff. de act. Empt.

Postliminiô carent, qvi armis victi, hostibus se dederunt. l. postliminio. 17. C. de captiv. & postlimin. reversi.

Potentia, & actus simul esse non possunt. §. sic itaqvè. Instit. de action.

Actus Potentiam excludit. l. si ita fuerit, vers. non enim. de manumiss. testam.

Mens Potentiæ avida, nec abstinere

novit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum. c. utrum. diſt. 47.

Fruſtra eſt Potentia, qvæ ad actum non perducitur. l. multum intereſt. C. ſi qvis alt. & ſibi. l. hæ enim. §. ſi prætor. de ſuſpect. tut.

Poteſtas patria eſt inæſtimabilis. l. filiusfam. 114. §. ſed ſi. ff. de legat. 1.

Gladii Poteſtatem ſibi datam non poteſt qvis ad alium transferre, neqve jus coërcitionis. l. ſolent. ff. de offic. procoſſ.

Poteſtas patria in pietate, non atrocitate, conſiſtere debet. l. Divus. 5. ff. ad L. Pomp. de Parricid.

Poteſtas juris non conſideratur, ſed Judicii. l. 1. C. de teſtam. manumiſſ.

Poteſtativa verba non inducunt neceſſitatem. l. ſæpè. ff. de offic. præſid.

Poteſtati DEI qvi reſiſtit, ordinationi DEI reſiſtit. 11. q. 3. c. qvi reſiſtit.

Qvi in Poteſtate alterius eſt, nihil poteſt habere ſuum. §. item vobis. Inſtit. per qvas perſonas cuiqve acqvir.

Præca-

Præcaveri debet, qvod infirmari, vel vituperari poteſt. c. 1. de Serv. non ordin.

Præcedentia cui mandantur, ſeqventia mandata videntur. l. invitus. ff. de procur.

Præceptum qvi facit ex timore aliter, qvàm debet, facit & ideò jam non facit. cap. qvi ex. de R. I.

Intereſt viventium, ne Præcipitentur. c. & qvia. ff. de interrogat.

Subjecta ſunt talia, qvalia à Prædicatis oſtenduntur. l. ſervum communem. C. fam. erciſc. l. 3. ff. de fund. inſtruct.

Prædium medium in urbanis prædiis, qvod non ſervit, non impedit ſervitutem. l. in tradendis. §. 1. ff. comm. præd.

Prædium in ruſticis prædiis, qvod non ſervit, impedit ſervitutem. ibid.

Prædium urbanum locus non facit, ſed materia. l. urbana. ff. de V. S. l. 16. C. de præd. & aliis reb. min.

Qvantò qvilibet Præeſt melioribus, tantò major ipſe, & honeſtior eſt. Novell. 15. de defenſor. civit. in præfat. in fin.

Præfatione nullâ habitâ, judici rem exponere, nefas eſt. l. 1. ff. de origin. jur.

Præfationibus advocati uti ſolent. l. 1. ff. d. t.

Præfationes nos ad lectiones perducunt, & evidentiorem præſtant intellectum. l. 1. de O. I.

Præmaturè qvi petit, plus petere videtur. §. ſi qvis agens. Inſtit. de action.

Præmium qvi meretur, damnum pati non debet. c. 2. de fidejuſſor. c. pervenit. de fidejuſſorib.

Præmium ex dolo ſuo nemo reportare debet. l. ita demum. ff. de recept.

Præmia virtutum benè merentibus tribui oportet. l. & virtutum præmia. ff. de ſtat. mag.

Puniendus ſi qvis eſt, Præmium habere non debet. Gl. ſine in l. 1. C. de hæret.

Præpoſteratio ordinis vitiat actum. l. prolatam. C. de ſent.

Prærogativa competens cæleſti favori conſervetur. l. ſancimus. C. de SS. Eccleſ.

Præ-

Præscriptio non agere valenti non currit. l. 1. C. de annal. Except.

Præscriptio temporis non debet jure publico obsistere. l. præscriptio. C. de oper. publ.

Præscriptio sine possessione non currit. l. deniqve. 19. ff. ex qvib. caus. major. c. sine. de R. I. in 6.

Præsentatio, non concessio, pertinet ad monachum. c. fin. de jur. patron.

Præsens possessio vindicationem parat. l. non aliàs. 24. §. 2. ff. de judic.

Ad Præsens ova, cras pullis sunt meliora. l. cum hi. in pr. in Gl. 1. ff. de transact.

Qvod de Præsenti est, inspicere debemus. l. cuj. 3. §. 1. ff. de postul.

Præsentis temporis verba ad tempus testamenti restringuntur. l. uxorem. §. testamento pueros. de legat. 3.

Præsentis temporis ad futura non porriguntur. l. si stipulatus fuerim. §. 1. ff. de stipul.

Præsumptioni levi non standum est.

l. deniqve. §. 1. in fin. ff. de minor.

Præsumtio una tollit alteram, & sic fortior elidit debiliorem. l. divus. 7. ff. de in integr. restit.

Præsumptioni juris statur, donec contrarium probetur. l. non est verisimile. 23. ff. de eo qvod met. caus.

Præsumptio dicitur *legis opinio*, qvâ lex aliqvid pro vero præsumit, & ante capit, qvàm probetur. Canon. in Rubr. de præsumpt.

Præsumptio juris est, qvando jus aliqvid præsumit, & hæc admittit probationem in Contrarium.

Præsumptio juris, & de jure est, qvando jus aliqvid præsumit, & insuper qviddam statuit, nec admittit probationem in contrarium.

Præteriti ratio sciri facit futura. Vel ex præterito præsumitur in futurum. c. scribam. de præsumpt. & c. semel malus. de R. I. in 6.

Præteriti temporis alimenta reddenda sunt. l. cum unus. 10. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.

Ler

Lex, cum in Præteritum qvid indulget, in futurum vetat. l. 22. ff. de ll.

Propter Pravam rem nihil debet immutari. l. scio. 4. ff. de in integr. restit.

Precarium est, qvod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, qvamdiu is, qvi concessit, patitur. l. 1. ff. de precario.

Frustra Precibus impetratur, qvod jure communi conceditur. l. 1. C. de jur. liberor. l. 1. C. de thesaur.

Pretium locô rei succedit. l. si & rem. in fin. ff. de hæred. petit.

Res tantum valet, qvantum vendi potest. l. 2. §. portio. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.

Res ei abesse videtur, cui Precium abest. l. L. ab eo ff. de V. S.

Pretii ficti frustra postulatur numeratio. l. cum ea. 21. C. de transact.

Pretium in numerata pecunia consistere debet. Instit. de empt. vendit.

Pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. l. si servum. 33. ff. ad L. Aqvil. l. 63. ff. ad L. Falcid.

Pretia rerum sunt varia per singulas civitates, & regiones. l. ideò. 3. ff. de eo qvod cert. loc. dar. oport. dict. l. 63. §. 2. ad L. Falcid. §. si qvis agens. Instit. de action.

Pretium operæ est artis velamentum. l. cum duobus. 52. §. 2. ff. pro soc.

Pretium rei aliud est, aliud possessionis. l. pen. in fin. ff. uti possid.

Pretia justa non ex præteritâ emptione, sed ex præsenti æstimatione constituuntur. l. non. 3. §. divi. 5. ff. de jur. fisc.

Pretia prædiorum, sicut diligenti curâ ampliantur, ita si negligentiùs habita sint, minui ea, necesse est. l. non. 3. §. divi. 5. ff. de jur. fisc.

Pretiosius & subtilius qvod est, non qværas, sed qvid utiliùs valet inveniri. Clem. 1. §. statuimus. de stat. monach.

Primum qvod est, aliud ante se habere non potest. de jur. rat. docendi. §. 2.

Qvicunqve Primatum desiderat in terra, inveniet confusionem in cœlo. c. qvicunqve, distinct. 40.

Reddi-

Redditur universis, qvod pro voto omnium Primatibus indulgetur. l. restituendæ. 6. C. de advoc. diverſ. judic.

Benè, & competenter universa geruntur, ſi rei Principium fiat decens, & amabile DEO. in auth. qvom. oportet. de Epiſc. & cleric. ad ſac. ordin. col. 1.

Finis aliqvando Principium trahit, & è contra. l. 4. de adim. legat. ſi qvis in pr. de leg. 3. Gl. in l. qvi ſella. §. fin. de ſerv. ruſtic. prædior.

Ubi Principium non præceſſit, finis non datur. l. Titio uſusfructus. ff. de condit. & demonſt.

A Principio multa impediuntur, qvæ poſtea firma ſunt, & facta non tolluntur. l. patre furioſo. 8. ff. de his, qvi ſunt ſui, vel al. jur.

Principium uniuscujusq; rei pars potiſſima eſt. l. 1. de origin. jur.

Principia, ſæpè ſiniſtra, ad felices perveniunt exitus. 1. q. 1. c. nunqvam. §. item objicitur.

Principiô malô qvæ ſunt inchoata, vix eſt,

est, ut bonô peragantur exitu, vel, malum principium malus finis sequitur. l. universis. C. qui dare tut. vel cur. q. 1. c. principatus.

Principiis obsta, sero medicina paratur. l. fin. C. in qvib. caus. in integr. restit. non est necess.

Principiis ignoratis, ignoratur & ipsa ars. l. 1. ff. de J. & J.

Principalis naturam sequitur accessorium. c. accessorium. de R. I. in 6.

Principale idem jus continet, qvod continet accessorium. l. si ut certo. ff. commod. l. & per jusjurandum. §. fidejussori. ff. de acceptil.

Principalis causa si non subsistat, nec ea qvidem, qvæ sequuntur, locum habebunt. l. cum principalis. ff. de J. & J.

Priorum qvæ oblita est, non rursus ex prioribus juvabitur. Novell. 22. de nupt. c. non tamen. 36.

Priores leges ut ad posteriores trahantur, non est novum. l. 26. C. de ll.

Privatio præsupponit habitum. l. decem.

cem. 116. de V. O. l. manumissiones. de J. & J.

Privilegia, qvæ personæ sunt, non, qvæ causæ, ad hæredem transeunt. l. privilegia. 196. ff. de R. I.

Privilegia strictè, beneficia latè interpretantur. l pen ff. de constit. princ. junct. l. si qvando. C. de inofficios. testam.

Privilegiô non utens per decennium, illud amittit. l. 1. ff. de nundin.

Privilegia non inspecta non valent argui falsitatis. c. accepimus. de fid. instrum.

Privilegiatus adversùs privilegiatum non utitur suô privilegiô. l. sed si milites. 8. in pr. ff. de excusat. tut.

Privilegiô abutens, meretur illud amittere. 11. q. 3. c. privilegium. c. ut privilegia. de privileg.

Privilegium est lex privata. c. Abbati. de V. S.

Privilegium personale personam sequitur, & extingvitur cum personâ. c. privilegium. de R. I. in 6.

Qvi Priùs percussit, penes eum culpa est.

est. l. si plagis. §. tabernarius. ff. ad L. Aqvil.

Probatum semel improbare non possum. l. Pomponius. 9. ff. de negot. gest. contra. l. 6. §. 6. ff. de excus. tut,

Prodest aliqvid incidens, qvod affectatum non prodest, l. 2. §. fin. ff. si qvis. caut.

Cogi nemo potest, ut vicino Prosit, sed ne noceat. l. in summa. 2. §. item. 5. ff. de aq. & aqv. pluv. arcend.

Qvod communiter Prodest omnibus, hoc rei privatæ utilitati est præferendum. l. un. §. 14. C. de caduc. coll.

Æde sacrâ dirutâ, locus non Profanus est. l. æde. 73. ff. de contrah.

Professio, vel asseveratio nuda veritati non præjudicat. l. neq;. C. de testam.

Prohiberi videtur etiam id, per qvod pervenitur ad rem Prohibitam. l. oratio. ff. de sponsal.

Prohibentis causa potior est in pari re. l. Sabinus. 28. C. de com. divid.

Prohibitio superioris facit illicitum, qvod

qvod aliàs licitum foret. l. prætor ait. §. 1. de oper. nov. nunc.

*P*rohibere qvi potest, tenetur, si non fecerit. l. scientiam. 45. ff. ad L. Aqvil.

Qvod alium ex officio *P*rohibere debeo, non ipse committam. l. altius. 15. ff. si serv. vindic.

Cum qvid *P*rohibetur, prohibentur omnia, qvæ ex illo seqvuntur. c. cum qvid de R. I.

Cum qvid unâ viâ Prohibetur alicui, ad id aliâ non debet admitti. c. cum qvid. de R. I. in 6.

*P*rohibita & discere, & docere, culpa est. l. culpa similis est. C. de malefic. & mathem.

*P*romissum honestum, debitum est Jure. l. 1. C. de suffrag.

Qvod qvis spospondit, impendio suo dare debet. l. qvod nisi, 20. ff. de oper. libert.

In *P*romissis malis non expedit fidem observari. c. in malis. de R. I. in 6.

Qvod qvis *P*romisit, in memoriâ suâ serva-

ſervare, non ab aliis ſibi manifeſtari poſcere debet. l. magnam, 12. C. de contrah. & comitt. ſtipul.

Res eo modo petatur, qvo *Promiſſa* eſt. §. ſi qvis agens. 33. v. qvâ de cauſâ. Inſtit. de action.

Dictum non obligat, ſed *Promiſſum*. l. ſciendum. 19. §. 2. ff. de ædil. edict.

Pronunciatio facit Jus. l. ſi ſervus, 50. §. 1. de legat. 1.

Properandum non eſt, ne ſubjectam Innocentiam feriamus. l. fin. in pr. C. de accuſat. & inſcript.

Propoſitiones, qvæ univerſales contrariæ, non poſſunt ſimul eſſe veræ. l. ſi is qvi. ff. de reb. cred.

Propoſitum, in mente retentum, nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſ.

Propoſitum, & voluntas diſtingvunt maleficia. l. qvi injuriæ. & l. verum eſt. ff. de furt.

Malum eſt, cadere à propoſito, ſed pejus eſt, ſimulare *Propoſitum*. 22. q. 1. c. certè ego ſum.

Pro-

Proprietatem significat Possessionis verbum. l. interdum. 78. de V. S.

Qvi penè ad Propria bona veniunt, Arctandi non sunt. l. 1. §. largius. 12. ff. de succeſſ. edict.

Proprietas nihil habet commune cum poſſeſſione. l. 12. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poſſ.

Propria cauſa eſt, cujus emolumentum, vel damnum ad aliqvem ſuo nomine pertinet. c. 2. q. 5. c. biduum.

Contra Proprium factum neminem venire permittitur. l. poſt mortem. ff. de adopt.

Facti Proprii non eſt probabilis error. l. qvisqvam. C. de reſcind. vend.

Proviſio hominis tollit proviſionem legis. l. fin. C. de pact. conv.

Fruſtratorium eſt, Providere, ubi non expedit. l. ſi plures. de teſtam. tut.

Proxenetica jure licitô petuntur. l. 1. ff. de proxenet.

Proxima noxia cum complemus, & DEI juſſa contemnimus, & proximis im-

impiâ crudelitate nocemus, nos ipsos crudeliori mortis gladiô trucidamus. c. duo mala. dist. 13.

Post Pubertatem in pupillum dolus tutoris non transfertur. l. Julianus. 13. §. 7. ff. de act. em.

Publica res ad privatum commodum trahi non potest, dummodo status publicus non lædatur. Instit. de rer. divis. in pr. vers. nemo igitur.

Bonum *Publicum*, & commune præferendum est privato. *in auth.* de bon. alien. & permut. §. oportet enim. coll. 2.

Loca publica usibus privatorum deserviunt. l. 2. §. 2. ff. ne qvid in loc. publ.

Permittitur aliqvid Publicè, qvod privatim non permitteretur. l. *in tantum*. §. sacræ autem res. ff. de rer. divis.

Utilitas publica, & communis præferenda privatæ. Novell. de non alien. aut permut. reb. Eccles. §. oportet enim. Constit. 7.

Divini & *Publici* juris qvod est, *in nullius* bonis est. l. 1. ff. de rer. divis.

Publi-

Publicatis bonis, qvod postea acqviritur, non seqvitur fiscum. l. si mandavero. 22. §. 15. ff. mandati.

Pudicitia maximè mulieres exornat. Novell. 6. qvom. oport. Episcop. cap. 6. in fin.

Pudicitiæ qvi possunt insidiari, evitandi sunt. l. si disceptetur. 5. ff. ub. pupill. educ. vel mor. deb.

Pudor naturalis mulieribus non omnibus perperam se manifestare concedit. l. optimam. 14. C. de contrah. & committ. stipul.

Pudori suo parcendum est. l. qvintus. 48. in fin. pr. ff. mand.

Cùm Puras aqvas liceat haurire, cur lutum mavis? Constit. Leon. 91. ut concub. haber. non lic.

Actus Purus plenior est conditionali. l. si ita scriptum. de hæred. instit.

Actus, qvi Purè valere non potest, resolvitur in conditionalem. l. si hæreditas. §. si furios. & §. seq. ff. de testam. tut.

Qvadri-

Q.

QVadriennium non ex opinione hominum, sed de substantia vacantium bonorum dinumeratur. l. 10. §. qvadrienni. 1. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.

Qvæstio major trahit ad ſe minorem. l. per minorem. 54. ff. de judic.

Qvæstio fatua eſt deridenda. l. Domitius Labeo. ff. qvi teſtam. fac. poſſ.

Qvæſtus immodicus imminuitur Imperio. Novell. 8. ut judic. ſin. qvoq; ſuffrag. fiant in pr. §. 1.

Qvale eſt, cum petitur, tale dari debet. l. 2. ff. de uſur.

Qvalitas, adjecta verbo, ſecundùm tempus verbi intelligi debet. l. Titius. ff. de milit. teſtam. l. in dilecti. §. ſi extraneus. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat.

Qvalitas naturalis rei non attenditur, hominis uſus, & deſtinatio. l. hoc legatum. & l. item legato. de leg. 3.

Rei Qvalitas, & redituum qvantitas æſtimetur, l. ſi qvos. 16. C. de reſcind. vend.

Qvali-

Qvalitas sine Subjecto esse non potest. l. 4. in fin. de act. in rem.

Qvalitas actus agentis intentionem demonstrat. l. non codicillum. C. de testam.

Qvalitas loqventis præsumitur ex qvalitate sermonis. Vel, qvilibet est talis, qvalia verba refert. l. pen. ff. de condit. instit.

Qvies nobis ex corde appetenda, & tamen pro multorum lucro aliqvando postponenda. 8. q. 1. c. in scripturis.

Qvotidiana sunt advertenda. l. legavi. 25. ff. de liber. legat.

R.

RAdice infectâ fructus non producitur. 1. q. 1. c. fertur & cum ergò.

Ramos frustra incidere conatur, qvi Radices evellit. c. qvi radix. de pœnit. dist. 2.

Vitium, qvod ex unâ Radice nascitur, unicâ lege tollitur. l. si libertam. 28. in fin. C. de nupt.

Rarò qvæ accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur. l. ea qvæ. 64. ff. de R. I.

Rarò qvæ fiunt, in iis miraculum est. Novell. 105. de consul. c. qvantūcunq;. 1.

Rarum est omne, qvod est magnum. c. si officia. dist. 69. 2. q. 7. in sancta.

Rarum qvod est, plus appetitur. c. legimus. dist. 93.

Ratihabitio mandato æqvipararur. l. vero. 12. ff. de solut. l. 152. ff. de R. I. & retrotrahitur. l. fin. C. SC. Macedon. c. ratihabitionem. de R. I. in 6.

Mandare, & Ratum habere, sunt paria. c. ratihabitionem. ubi Dyn. de R. I. in 6.

Qvod mecum non est gestum, Ratum habere non possum. l. si pupillus. ff. de negot. gest.

Ratio est anima legis. l. cum pater §. dulcissimis. ff. de ll.

Qvò qvis magis Ratione nititur, eò majoris autoritatis ejus verba esse videntur. dist. 20. pr.

Contra Rationem qvod receptum est, non est producendum in Consequentiam. l. 14. ff. de ll.

Rationis diversitas diversitatem juris inducit. l. fin. de rit. nupt.

Ra-

Rationis paritas, paritatem juris inducit. l. illud. ad L. Aqvil.

Ratione qvod non introductum est, sed errore primùm, deinde consvetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet. l. 39. ff. de ll.

Ratio civilis naturalia jura corrumpere non potest. l. eas. ff. de capit. minut.

Ratio naturalis simul & civilis svasit, alienam conditionem qvidem meliorem, etiam ignorantis & inviti nos posse, deteriorem non posse. l. solvendo. 39. D. de negot. gest.

Ratio naturalis autoritate Senatus non potest commutari. l. 2. ff. de usufruct. ear. rer. qvæ usu consum.

Ratio naturalis adversùs periculum permittit se defendere. l. itaqve. 4. ff. ad L. Aqvil.

Ratio non debet eadem esse cum dicto. l. qvi interrogatus. ff. de hæred. pet.

Ratio ubi est eadem, ibi idem statuendum est Jus. l. illud. 32. ff. ad L. Aqvil.

l. 1. §. 1. de font. l. 19. in pr. ff. de jurisd.

Ratio summa est, qvæ pro religione facit. l. sunt personæ. 43. ff. de relig. & sumpt. funer.

Ratio, qvæ Consvetudinem svasit, custodienda est. l. 1. C. qvæ sit long. consvet. c. Consvetudo. dist. 12.

Ratio civilis civilia jura corrumpere potest, naturalia verò non utiqve. Instit. de legit. agnat. tut. in fin.

Ratio sana exemplis anteponenda est. c. sana. dist. 9.

Ratione qvod caret, extirpandum est. c. cor episcopi. dist. 68.

Ratio naturalis potest allegari, etiam sine lege. l. fin. ff. de pœn.

Ratio generalis prævalet speciali. ut not. §. qvod autem Instit. de usucap.

Ratione legis cessante, cessat & ipsa lex. ff. de ll. l. liberorum autem. §. 1.

Ratio omnium reddi non potest, qvæ à majoribus constituta sunt. l. non omnium. ff. de ll.

Ratio format pactum. l. interpositas. §. sed qvoniam. C. de transact. Ra-

Ratio si eadem, lex extenditur. ff. de vi & vi armat. l. 1. §. qvod vulgò.

Ratio diversa reformat legem. l. interpositas. in fin. C. de transact.

Realis dispositio plenius providet, qvã personalis. l. jurisgentium. §. pactorum. de pact. l. si necessarias. §. de vendendo. de pignor. action.

Reatus omnem honorem excludit. l. 1. C. ubi senatores.

Ad Reatum criminis non pertinet, cujus conscientiam non habuit. 1. q. 6. c. sicut.

Recedendi facultas qvibus non datur, non multum à servientium specie differunt. l. 2. ff. de liber. hom. exhib.

Recepta qvæ sunt propter necessitatem, non debent in argumentum trahi. l. qvæ. 162. ff. de R. I.

Reciproci actus communibus regulis non includuntur. l. qvod autem. §. si vir. de don. int. vir. & uxor. l. de fideicomisso. C. de transact.

Recta nosse pleriqve possunt qvidem,

sed nolunt. 11. q. 3. c. excellentissimus.

Recta qvæ sunt, elige, & hæc qvasi in fasciculum collecta in consvetudinem depone. c. novit. dist. 12.

Recusare nemo potest, qvod recusare non potuit. l. postulante. 44. ff. ad SC. Trebell.

Qvi Reddiderit culta, & perfecta, qvæ vetusta sunt, & instaurationem reqvirunt, qvæqve ab aliis initiata, & imperfecta resederant, Laudem acqvirit. l. nemini. 22. C. de oper. publ.

Rem non Reddere, & deteriorem reddere, paria sunt. l. 3. §. 1. commod. l. 1. §. si res. ff. depos.

Reditus inter immobilia numerantur. Novell. 7. de non alien. aut permut. reb. Eccles. in præf. vers. vult. enim.

Redituum qvantitas, & rei qvalitas æstimetur. l. qvos. 16. C. de rescind. vend.

Plus Reditus habet olea immatura, qvàm, si matura legetur. l. in fructu. 42. ff. de usu & usufr. legat.

Reficitur de communi, qvod usum, & utili-

utilitatem communem habet. l. 2. §. 12. in fin. ff. ne qvid in loc. publ.

Qvod in Regione freqventatur, id sequimur. l. semper. 34. ff. de R. I.

Regionis mos servandus. l. 1. ff. de inspic. ventr.

Regere alium non debet, qvi ab alio gubernatur. l. fin. C. de leg. tut.

Nemo Refert libenter invito auditori 6. q. 1. c. ex merito.

Relicta videntur, qvæ certam erogandi formam, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. l. Seio. 10. §. 1. de ann. legat.

Relinqvendum, in jure non est absurdum. l. 3. post pr. C. de usur. rei judic.

Religionis & fidei mater, sicut perpetua est, ita ejus patrimonium jugiter servetur illæsum. l. jubemus. 14. in fin. pr. C. d. S. S. Eccles.

Pro Religione facit summa ratio. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer.

Religionum diversitas nimiam confusionem inducit. c. de religios. dom. in 6.

DEO debetur Religio, obedientia verò parentibus, & patriæ. l. veluti, ff. de Justit. & Jur.

Religiosa sunt, qvæ religiosis adhærent. l. qvæ religiosis. ff. de rei vindic.

Remedium ordinarium ubi competit, non datur extraordinarium. l. in causæ. 16. in pr. ff. de min.

Remedium non habere, & habere inane, paria sunt.

Remedia falsa sunt abjicienda, qvæ veris periculis sunt graviora. c. de homine de celebrat. missar.

Remedium frustra qværitur, ubi nulla est læsio. l. ex consensu. 23. §. 1. de appellat.

Qvod Remittitur à jure, non est necesse remitti à judice. l. qvæ sub conditione. ff. de condit. instit.

Dulcior est religiosa castigatio, qvàm blanda Remissio. 5. q. 5. c. non osculatur.

Jus suum Remittentibus non datur ampliùs regressus. §. si qvis. Instit. de bon. poss.

A Re-

A Remotis non fit consequentia. l. non hoc. C. unde cognat.

Causa proxima magis attenditur, quã Remota. l. ligni in fin. de legat. 3. l. sed & si plures. §. in arrogato de vulg.

Laborem uniuscujusque dignâ Compensatione Remunerari, æquissimum est. l. fin. §. similiter. C. de alluvion.

Labore cessante, cessare debet & Remuneratio laborum. c. cum secundùm. Apostol. de præben.

Ad Remunerationem qvilibet obligatur. l. Commissori. l. Consulti. & l. sed si ff. de petit. hæred.

Renunciare potest qvilibet Juri, pro se introducto. l. si qvis in conscribendo. C. de Episcop.

Renunciare non videtur possessioni, qvi rem vindicavit. l. 12. in fin. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

Renunciare causam sicut nemo cogitur, ita liberum arbitrium desistendi ei non datur. l. res. §. fin. ff. de jur. fisci.

Absurdum est satis, redire ad hoc, cui

Renunciandum putavit. l. si qvis. 11. C. de reb. Credit.

Unicuiqve licet contemnere ea, qvæ pro se introducta sunt. l. si judex. ff. de minor.

Renunciare potest qvilibet juri suo, sciens sibi competere, non autem ignorans. l. fin. §. sin autem. C. de furt.

Verisimile non est, qvod sponte suo juri Renunciaverit, qvi renunciat spoliatus. c. solicitè. de restit. spol.

Repeti à Creditoribus, qvi suum receperunt, non potest. l. de hæred. 5. C. de pet. hæred.

Reposcere nemo debet res suas, per rixas, vel contentiones, sed Jure. l. si plagis. ff. ad L. Aqvil.

Non reprehendas, anteqvam scruteris. c. eorum. 11. q. 3.

Repudiatum qvod semel est, redintegrari non potest. l. fin. in fin. C. de condit. insert.

Qvod qvis, si velit, habere non potest, id Repudiare non potest. l. qvi. 174. §. 1. ff. de R. I.

Re-

Repudiare is potest, qvi & acqvirere. l. 15. 18. ff. de acqvir. & amitt. hæred.

Qvi Repudiat, certus esse debet de jure suo. l. in repudianda. 23. ff. de acq. vel amitt. hæred.

Repudiari non potest, qvod acqvisitum est. l. 1. §. 7. ff. de succes. edict.

Rerum vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. l. si qvis in fundi 4. de legat. 1.

Rerum naturâ qvæ prohibentur, nullâ lege confirmata sunt. l. ubi. 188. §. 1. de R. I.

Qvod in Rerum natura esse desiit, deperditum est. l. deperditum. 21. ff. de petit. hæred.

Rei appellatio est generalis. l. 1. ff. si certum pet.

Rei appellatione & causæ, & jura continentur. l. rei. ff. de V. S.

Rei suæ qvilibet moderator, & arbiter est. l. in re mandata. C. mand.

Rescripta authentica atqve originalia, non exempla debent insinuari. l.

ſancimus. 3. C. de diverſ. reſcript.

Reſcripta non debent concedi, & conceſſa non valent, qvæ jus alterius tollunt. l. incivile. C. de rei vindic.

Reſcriptum, qvod habet clauſulam: ſi preces veritate nituntur, non valet. l. univerſa. C. de diverſ. reſcriptis.

Reſidui commemoratio etiam totum admittit. l. pater. 2. C. de hæred. inſtit.

Reſiduum debet creditor reddere debitori, qvando pluris pignora vendit. l. fin. §. ſin autem. C. de jur. dot. impet.

Reſiſtendi liberam facultatem cunctis tribuimus. l. 1. C. qvomodo licet unicuiqve ſine judic. ſe vindic.

Reſponſum, lege non probatum, nihil valet. Novell. de trient. & ſemiſſ. §. conſid. Conſtit. 18.

Periti ſub dubio: fortè, ſæpè Reſpondent. not. in l. ſi duo rei. ff. de recept.

Respublica minorum jure uti ſolet. l. respublica. 4. C. ex qvib. cauſ. major. in integr. reſtit.

Reipubl. cauſâ non dicitur verè abeſſe,

se, qvi sui commodi causâ in legatione est. l. non verè. ff. ex qvib. caus. major.

Reipubl. defensionem amplius, qvam semel, suscipere nemo cogitur. l. æstimationem in fin. ff. de muner. & honor.

Reipublicæ causâ abesse intelligendus est, qvi ad id negotium, vel ab eo revertitur. l. tempus. 4. ff. de vacat. & excusat. mun.

Respubl. creditrix omnibus chirographariis præfertur. l. bonis. ff. de privil. credit.

Rempublicam, ut pupillam, extra ordinem juvare, moris est. l. 3. C. de jure Reipubl.

Qvi pro Republ. ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Instit. de excus. tut. in fin.

Reipubl. jus pactô mutari non potest. l. non utiqve. 2. §. jus. 8. ff. de administr. rer. ad civit. pert.

Respublica ad privatum statum trahi potest, dummodo status publicus non lædatur. §. 1. Instit. de rer. divis.

Restitutio comprehendit alimenta. l. is cuj. 11. de alim. & cibar. legat.

Ibi Restitutio esse non potest, ubi legitima Institutio non fuit. 3. q. 1. c. DEus.

Verbum Restituere habet plenam significationem. l. videamus. 38. §. 4. in fin. ff. de usur.

Ad Restitutionem tantum valet indulgentia, qvantum *ad correctionem* valuit. l. fin. §. fin. C. de sentent. pass.

Restitutionem non capit, qvi statum mutat. l. si ex causa. 9. §. 4. ff. de minor.

Non videtur excluſus, cui prætor Restitutionem pollicetur. l. nemo. 5. ff. de in integr. restit.

Restituere integrum est, honoribus, & ordini, & cæteris omnibus restitui. l. 1. C. de sentent. pass.

Causis ex qvibus Retentionem qvidem habemus, petitionem non habemus, ea, si solveremus, repetere non possumus. l. 51. ff. de Condict. indebit.

Possidenti faciliùs Retentio datur. l. 1. in pr. ff. de pign. & hypoth.

Res

Res nostra nobis invitis ab aliis Retineri non potest. l. si filiosam. §. maritum. ff. solut. matrim.

Nemo potest Retinere, qvod vendit. c. qvi studet. 1. q. 1.

Revelatio divina superat omnem legem. c. ex parte. de convers. conjugat.

Reverentiæ debitæ munus qvi non agnoscunt, non immeritò adversùs se provocant severitatem. l. etiam. 5. C. de obseq. patr. præst.

Reverentia personarum omnem excludit restitutionem. l. 2. C. qvi & advers. qvos in integr. restit. poss.

Generaliter eas personas, qvibus Reverentia debetur, in jus vocare non licet. l. 13. ff. de in jus vocand.

Revocari non potest, qvod jure gestum est. l. 3. C. de confirm. tut.

Rigor, & districtio non reqviritur in Ecclesiasticis personis, & negotiis. c. 1. de dol. & contumac.

Rigor est mansvetudine temperandus. Clem. 1. §. qvia verò de judic.

Rigori

Rigori juris præfertur benignitas. l. si tibi pecuniam, in fin. si cert. pet. l. si tibi. de donat.

Rigori scripto succumbit æqvitas non scripta. Dd. in l. placuit. C. de judic. l. prospexit. qvi & à qvib.

Rigori inhærere, justum est, sed justius, æqvitatem amplecti. l. si filius qvi patri. ibi; justius prætorem & c. de vulg.

Rigor juris in strictâ disputandi ratione consistit. l. ita vulneratus. circa. fin. ad L. Aqvil.

Ritè qvod factum est, ex postfacto vitiari non potest. l. cum proponas. 3. C. de interdict. matrim. l. sancimus. 25. C. de admin. tut.

Rivos, cloacas purgari, ne aëris salubritas inficiatur, publicè interest. l. de pupillo. §. si qvis rivos. ff. de oper. nov. nunc.

Scientiæ veritatem de fonte magis, qvàm de Rivulis qværere cogimur. c. jejunium. el. 2. dist. 76.

Per Rixas, vel per Contentiones res

suas

suas nemo repoſcere debet, ſed jure. l. ſi plagis. ff. ad L. Aqvil.

Roma eſt caput orbis terrarum. §. 10. de concept. digeſt. & communis noſtra patria. l. 33. ff. ad municip.

Romæ qvid factum, non tàm ſpectandum eſt, qvàm qvid fieri debeat. l. ſed licet. ff. de offic. præſid.

Rumor falſus non debet obeſſe. l. fin. ff. de hær. inſtit.

Fama differt à Rumore. Fama eſt, qvando major pars aliqvid aſſerit. Rumor, qvando aliunde aliqvid ſpargitur in civitatem. not. Joan. Andr. c. noſtra verſ. ad grad. de cohab. cler.

Ruſticitas facta ſolummodo prodeſt ſibi. 2. q. 7. c. ſancta.

Circa Ruſticam rem occupati compellendi non ſunt venire in forum. ff. de fer. & dilat.

Per Ruſticitatem omiſſum non obeſt partui. l. 1. §. 15. ff. de inſpic. ventr.

Ruſticitati parcendum eſt. l. fin. C. de teſtam.

Ruſti-

Rustica & urbana familia non loco, sed genere distingvitur. l. urbana. ff. de V. S.

Rusticitati semper consultum est. l. & ab 31. in pr. C. de testam.

Rusticitas hominum eis nihil præjudicii poterit afferre. l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act.

S.

SAcerdotium, & imperium non multum differunt. Novell. 7. de non alien. & permut. Reb. Eccl. cap. 2. §. sinimus. 1.

Sacerdotium non oportet emi pecuniis. Novell. 9. cap. 1. §. 5.

Sacerdotium & Imperium sunt maxima Dona DEI, à supernâ clementia collata. Novell. 6. in præfat.

Sacri canones arctari non debent Grammaticis regulis. c. indignũ. dist. 44.

Sacri canones non dedignantur imitari leges, nec è contra sacræ leges sacros canones. in c. extr. de nov. oper. nunc. in Auth. de Eccles. tit. in pr. col. 9.

Regu-

Regulas Sacras pro legibus valere oportet. Novell. 6. qvo oport. Episcop. cap. 1. §. 8. in fin.

Res Sacra non recipit æstimationem. l. sacra. 9. §. fin. ff. de rer. divis.

Nemini licet sine causâ Sævire supra modum in servos suos. l. 1. §. 2. ff. de his, qvi sui vel al. jur.

Salarium incertæ pollicitationis non rectè petitur. l. qvi mutuam. §. 3. ff. mandat. l. 17. C. eod.

Gradu is cæteros antecedit, qvem Stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. l. nemo. 2. C. de offic. magistr. officior.

Sancta qvæ sunt, coinqvinari non possunt. l. 15. q. 8. c. fin.

Ignoscendum est ei, qvi Sangvinem suum qvaliter redemptum voluit. l. 1. ff. de bon. qvi ante sent.

Sangvinis jura nullo jure civili dirimi possunt. l. jura. 8. ff. de R. I.

Sapientia omnis à Domino DEO data est. l. 2. ff. de ll.

Civi-

Civilis Sapientia, est res sanctissima, qvæ preciô nummariô non est æstimanda, nec dehonestanda, l. 1. §. proinde. ff. de extraord. cognit.

Sapientiæ magnæ est, revocare hominem, qvod malè locutus est. 22, q. 4. c. magna.

Satis est, si aliqvid fit ad voluntatem ejus, cui fit. l. non erit. ff. de jurejur.

Satis est, si cui vel in modico amici operâ consulatur. l. tutor. C. de negot. gest. l. 39. §. 2. in fin. ff. de admin. tut.

Satisfactio pro solutione est. l. 52. ff. de solut.

Scandalum utiliùs nasci permittitur, qvàm veritas relinqvitur. c. 3. de R. I.

Scandala, & dissensiones pravis actibus aditum præparant. Clem. dudum. §. scimus. de sepult.

Donare præsumitur, qvi filio in Scholis subministrat. l. qvæ pater. 50. ff. famil. herciſc.

Scientiæ, & non eloqventiæ opera danda est, l. 2. §. ab his. de origin. jur.

Scire

Scire, vel Scire debere, paria sunt. l. qvod ubi. Dd. si cert. pet. l. qvi fundum. §. servus ff. proemt.

Scire, vel Scire posse, paria sunt. l. pen. ad SC. Maced. l. in bonorum. in fin. de bon. poss.

Nescire, & dubitare, paria sunt. l. manifestissimi. C. de furt.

Nescire, vel non posse, paria sunt. l. in actione. vel planè de furt.

Fraudare nemo videtur eos, qvi Sciunt, & consentiunt. l. nemo. 14. ff. diverf. R. I.

Scire præsumitur præsens, qvid agatur. l. testium facultatem. C. de testib.

Scienti non subvenit Prætor, qvoniam ipse se decepit. l. 1. in fin. ff. qvod falf. tut. aut. gest. ess. dic.

Scientia neqve curiosissimi, neqve negligentissimi hominis accipienda est. l. regula. 9. §. 2. ff. de jur. & fact. ignor.

Scientia alterius alteri non nocebit, vel ignorantia proderit. l. non solus. 22. §. 1. lib. caus.

Scien-

Scientiæ veritatem de fonte magis, qvàm de rivulis qværere cogimur. c. jejunium. el. 2. dist. 76.

Scientia nobilitat. l. providendum. C. de postul.

Sciens præsumitur, qvi scire debet, licèt sit ignorans. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. act.

Scienti, & volenti non fit dolus. l. cum donationis. C. de transact.

Scire leges, non est, earum verba tenere, sed vim ac potestatem. l. scire leges. ff. de ll.

Scriptura sacra, sive autoritates divinæ possunt allegari in causis, tanqvam leges. Auth. qvom. oport. Episcop. §. qvanta.

Non Scriptum esse, vel ita scriptum, ut intelligi non possit, paria sunt. l. 2. de his, qvæ pro non script. hab.

Scripturæ veritas, si res poposcerit, per ipsum debet probari autorem. l. si qvis. 21. C. ad L. Cornel. de falsi.

In Scriptis aliorum sum talis, qvales volo

volo esse intellectores meorum. c. neqve. dist. 9.

Scripturâ, vel verbis aliqvid exprimere, paria sunt. l. miles ad sororem 75. in pr. ff. de legat. 2.

Scripturæ ordo reducitur ad ordinem intellectus. l. 2. §. prius. de vulg. & pup. l. talem. de hæred. instit.

Scripturæ ordo denotat ordinem charitatis. l. qvoties. de usufr.

Scripturæ ordo non impedit causam juris, ac voluntatis. l. cum pater. §. fidei tuæ ff. de legat. 2.

Scripturæ fiunt, ut, qvod actum est, faciliùs probari possit. l. contrahitur. 4. ff. de pignor. l. 4. ff. de fid. Instr. l. jubemus. circ. med. de testam.

Veritas rei in contractibus potiùs, qvàm Scriptura perspici debet. l. 1. C. plus valere, qvod agitur, qvàm qvod simulatè concipitur. l. 6. C. si qvis alt. vel sibi.

Scriptura interdum plus valet, qvàm peractum sit, l. si alii, 19. de usu & usufr.

Scriptu-

Scripturæ ordo non ſpectatur, ſed potiùs ex jure ſumitur id, qvod agi videtur. l. nec enim. ff. de ſolut.

Scrupuloſitas nimia non eſt admittenda. l. ſed hæc. 33. ff. de excuſ. tut.

Secretorum decreta debet eſſe ratio. Gloſſ. in l. de bon. in pr. de Carbon. edict.

Leges omnibus hominibus æqvaliter Securitatem tribuunt. l. capitalium. 28. §. ad ſtatuas. 7. ff. de pœn.

Sedes prima non juſtificabitur à qvoqvam. c. nunc autem. diſt. 21.

Sedem non mutat, qvi mentem non mutat. 7. q. 1. c. ſcias.

Sedes inferior potiorem abſolvere non poteſt. c. inferior. diſt. 21.

Semel bonus, talis præſumitur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. re milit.

Dives Semel, ſemper præſumitur dives. l. ex perſona. C. de probat.

Qvi Semel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres. l. etſi ſine. §. ſed qvod. ff. de minor.

Semel

Semel qvod placuit, ampliùs displicere non potest. c. qvod semel. de R. I. in 6.

Semel DEO dicatum, non est ad usus humanos ulteriùs transferendum. c. semel. de R. I. in 6.

Semel malus semper malus præsumitur. l. Cassius. ff. de senat. & c. semel. de R. I.

Semel interfuisse, sufficit. l. doli. ff. de serv. corrupt.

Semel qvæsita obligatio non solet ad alium transire. l. 25. §. 2. ff. de usufr. & qvemad. qvis. ut fr.

Seminis causa à Cibariis nihil differt. l. qvæsitum. 12. in fin. pr. ff. de instruct. vel instrum.

Semen hominis, ex qvalicunqve homine DEI creatura est. c. undecunqvè. dist. 56.

Non in Seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atqve virtutum. c. nasc. dist. 46.

Qvæ specialiter lege, SCto, vel con-

stitutione principum tribuuntur, mandatâ Jurisdictione non transferuntur,

Qvæ verò jure Magistratus competunt, mandari possunt. l. 1. ff. de offic. cui mandat. est jurisd. in pr.

Senectute qvod contingit, nulli imputatur. l. si ut. 5. §. 4. ff. commod.

Senectus semper venerabilis fuit. l. 5. ff. de jur. immun.

Senectus ad donationem faciendam sola non est impedimento. l. 16. C. de donat.

Seniorum conversatio juventutis sit educatio perfecta. Novell. 5. de Monach.

Sensus magis debet inspici, qvàm verba. l. 3. C. de liber. præter.

Sensum magis amplecti, qvàm verba, melius est. l. 3. §. 9. ff. de adim. legat.

Separatorum separata ratio est. l. fin. ff. de calumn. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss.

Separationem duram qvem injunxisse, credendum non est. l. qvæsitum. 12. §. uxores. 7. ff. de instruct. legat.

Ex

Ex Separatis non infertur. l. Papinian. de min. l. fin, de calum. l. 12. de acqvir. poss.

Ex Separatis,& diversis non fit illatio. l. fin. de calumn.

Qvæ de sui naturâ Separabilia, ratione accessionis sunt individua. l. fin. §. fructus. ff. qvæ in fraud. credit.

Separatarum causarum separati sunt effectus. l. si maritus. C. de don. inter vir. & ux.

Sepultura una plura sepulchra efficere non potest. l, cum 44. ff. de relig. & sumpt. funer.

Jure stricto Hæredes nullâ tenentur actione, ad Monumentum faciendum. l. hæreditas. §. 1. ff. de hæred. petit.

Nemo, sine pietatis intentione, alienum cadaver Funerat. l. etsi qvis. §. sed interdum. ff. de religios. & sumpt. funer.

Sepultura nulla, vel vilis justis non obest, nec prodest impiis celebris, vel speciosa. c. sacris. de sepult.

Lex regia negat, mulierem, qvæ præ-

gnans mortua sit, Humari, antequam partus ei excidatur. l. negat. 2. ff. de mort. infer.

Mortuorum cadavera debiti nomine detinere, aut horum Sepulturæ impedimentum inferre non licet. Novell. ut cum de appell. §. memoria. insuper. Constit. 115.

Injuria est marito, qvondam uxorem ejus Insepultam relinqvi. l. qvod si. 28. de religios. & sumpt. funer.

Possessio longa Sepulchri jus non tribuit. l. 4. ff. de mort. infer.

Conjugium unum qvos conjunxit, conjungat unum Sepulchrum. 13. q. 2. c. Ebron.

Seqvens actus præcedentem intentionem declarat. l. si hi qvi. C. de adult. §. pavonum. Instit. de rer. divis.

Præcedentia cui mandantur, Seqventia videntur mandata. l. invitus. ff. de procurat.

Principalis causa si non subsistat, nec ea qvidem, qvæ Seqvuntur, locum habebunt.

bunt. l. cum principalis. ff. de J. & J.

Sermones suos ponderet unusqvisqve, &, qvod sibi non vult loqvi, alteri non loqvatur. c. ponderet. dist. 50.

Loqventis qvalitas præsumitur ex Sermonis qvalitate. Vel, qvilibet est talis, qvalia verba refert. l. pen. ff. de condit. instit.

Sermo ubi non est necessarius, ibi solus sufficit consensus. l. in qvibuscunqve. 48. ff. de O. & A.

Sermo dum per aurem concipitur, cogitatio in mente generatur. c. sic rector. dist. 43.

Sermo generalis non comprehendit personam loqventis. l. 1. ff. de Senat.

Servile caput nullum jus habet, nec minui potest. l. liberos. 3. in fin. ff. de cap. min.

Servilis cognatio nulla esse videtur. l. 1. §. 2. ff. und. cognat.

Servus debet suo domino obedientiam. l. cum oportet. C. de bon. qvæ liber.

Servus non potest dominum vocare in jus. l. lis nulla. ff. de judic.

Servi pro nullis habentur. l. qvod attinet. ff. de R. I.

Servos noxios qvi habuit, sibi imputare debet. l. servus servum. §. Proculus. ff. ad L. Aqvil.

Dominus qvod praestat, Servum non excusat, sed dominum onerat. l. 2. §. 1. in fin. ff. de noxal. action.

Dominorum potestatem in Servos suos illibatam esse oportet, nec cuiqvam hominum jus suum detrahi. §. 2. Instit. de his, qvi sunt sui vel alien. jur.

Nemini licet sine causâ supra modum in Servos suos sævire. l. 1. §. 2. ff. de his, qvi sunt sui vel alien. juris.

Iniqvum est, ex Servi furto dominum locupletari impunè. l. licet. 3. §. 12. ff. de pecul.

Servus in facinoribus domini dicto audiens esse non debet. l. si mulier, 21. ff. de act. rer. amot.

Servi non debent saluti dominorum suam anteponere. l. 1. §. juxta hoc, 28. ff. de SC. Syllan.

Ser-

Servire nobis intelliguntur etiam hi, qvos curamus ægros, qvi, cupientes servire, propter adversam valetudinem impediuntur. l. cum hæres, §. Stychus. §. ff. de stat. liber.

Servus Reipubl. causâ abesse non potest, l. 211. ff. de divers. R. I.

Servire liberos creditoribus ob æs alienum, jura compelli non patiuntur. l. ob æs. C. de O. & A.

Qvicqvid acqvirit filius, acqvirit patri, & Servus domino. l. placet. ff. de acq. hæred.

Servis licet naturaliter in suum corpus sævire. l. sed si. 9. §. 7. ff. de pecul.

Servi ab omni malitiâ prohibentur, alioqvi capite puniuntur. l. ab omni. ff. de re milit.

Servis ignoscuntur, qvæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris, si vel dominis, vel his, qvi vice dominorum sunt, obtemperaverint. l. is qvi 11. §. an. 7. ff. qvod vi aut clam.

Servitus fit levior, cum qvid exalto

cadit. l. servitutes. 20. §. 5. ff. de servit. urb. præd.

Servitutem propriis ædificiis nemo imponere potest, l. nemo, 39. ff. de serv. urb. præd.

Servitus non potest acqviri pro parte, neqve remitti. l. unus ex sociis ff. de servit. rustic. præd.

Prædium medium in urbanis prædiis, qvod non Servit, non impedit servitutem. l. in tradendis. §. 1. ff. comm. præd.

Prædium medium in rusticis prædiis, qvod non Servit, impedit servitutem. ibid.

Servitutem nemo locare potest. l. locare. 44. ff. locat.

Servitus per sententiam non debet constitui, sed declarari. l. sicut. 8. §. fi. 4. ff. si serv. vindic.

Servitutem non recipit, qvod humani juris esse definit. l. caveri. 4. ff. comm. præd.

Servitutem nemo sibi ipsi debet. l. qvicqvid. 10, ff. comm. præd.

Ser-

Servitus mari, qvod naturâ omnibus patet, privatâ lege imponi non potest. l. venditor. 13. in pr. ff. comm. præd.

Servitus morti comparatur. l. cum hic. 32. §. 6. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 59. de condit. & demonstr. l. 209. de R. I. Novell. 22. de nupt. cap. si verò. 9.

Servitus servitutis esse non potest. l. 1. ff. de usu & usufr. legat.

Servitus hodiè non esset, si Ebrietas non fuisset. c. sexto. dist. 35.

Servitus non potest acqviri pro parte, & actus non perfectus non vitiatur, si devenerit ad eum casum, à qvo non potuit inchoari. l. pro patre. ff. de servit.

Servitutem recipere, nemo nisi sibi potest. l. proprium. ff. comm. præd.

Cum Severitate diligere, melius est, qvàm cum lenitate decipere. 5. q. 5. c. non omnis.

Gloria aut Severitatis, aut clementiæ affectanda non est. l. perspiciendum. 11. in pr. ff. de pœn.

Sexus virilis præfertur sexui fœmineo. l. 1. ff. de Senator.

Sexui mulieris non subvenitur, qvæ suô nomine periclitatur. l. stichum. 95. §. 2. in fin. ff. de solut.

Sexu dispares diversa clausstrorum habere tutamina jubentur. l. 3. C. de Custod. reor.

In Significato potentiori verba intelligi debent. l. 1. §. qvi in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet.

A Significatione verborum recedi non aliter oportet, qvàm, cum manifestum est, aliud sensisse testatorem. l. non aliter. 69. in pr. ff. de legat. 3.

Signum pene à nomine nihil distat. l. qvoties. 9. §. si qvis. 8. ff. de hæred. instit.

Innocens abqve sermone qvantum exemplô prodest, tantum Silentiô nocet, nam latratu canum, & baculo pastorum lupi sunt arcendi. distin. 43. pr.

Aliqvid vel expressô consensu, vel longô Silentiô esse finitum, paria sunt. l. 1. in fin. ff. ad Tertull.

De Similibus idem est Judicium. l. si. ubi Salic. C. de constit. pecun.

De

De Similibus ad similia procedendum est. l. non possunt. ff. de ll.

Similis æqvitatis ratio similia jura svadere debet. l. illud. ff. ad L. Aqvil.

Similem cum aliis vitam suscipientes, similem sentiant in legibus disciplinam. c. recolentes. de stat. monach.

Simplicitas magis, qvàm difficultas placet. §. sed qvia. 7. Instit. de fidecomm. liber.

Sub Simplicitatis nomine qvidam stultitiam excusant. dist. 30. in pr.

Propter Simplices, & ignaros verba clariùs interpretanda sunt. lib. 2. feud. tit. 7. de nov. for. fidel.

Simplicitas veritatis amica. c. veritatis de jurejur.

Simplicitas damnosa esse non debet. l. 1. in pr. ff. de dol. mal.

Simplicitas amica est legibus. §. cæterum. Instit. de legit. agnat. tutel.

Simplicitas multa est in agris. Novell. 73. de instrum. caut. c. hæc autem. 9.

Simplicitati venia tribuitur. c. cum universorum. de rer. permut. Sim-

Simplex conceſſio civili modô intelligi debet. l. ſi cuj. 9. in pr. ff. de ſervit.

Simpliciter debent verba intelligi, & non ſecundùm qvid. l. hoc legatum. ubi Bart. de legat. 3.

Simulatio utilis eſt in tempore aſſumenda. 22. q. 2. c. utilem.

Plus valet, qvod agitur, qvàm, qvod ſimulatè concipitur. C. plus valere qvod agitur. l. ſi donationis cauſa. C. de contrah. empt. & vendit.

Ex puris Singularibus nihil ſeqvitur. c. in Geneſi. extr. de elect.

Qvæ ſingula non proſunt, ſimul tamen juncta tenent. l. ſpadonem. §. qvi jura multa ff. de excuſ. tut.

Singulariter qvod pollicetur, plus ſolet timeri, qvàm ſponſione generali concluditur. c. qvanqvam. diſt. 23.

Singulorum ſtatus ſervetur illæſus. lib. 2. feud. tit. 55. de prohib. feud. alien.

DEum convenit imitari, qvi Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos. c. fin. diſt. 28.

Solen-

Solennitatem qvi dixit, is eam probet. l. qvæcunqve. 13. §. fin. ff. de publ. in rem act.

Solennitas omissa vitiat actum. l. si unus. C. de testam.

Solennitas extrinseca non præsumitur, sed intrinseca. l. sciendum. de stipul.

Solennitas, qvæ reqviritur in faciendo, eadem reqviritur in reficiendo. l. si ut proponis. C. de nupt.

Solennitatis modicæ omissio actum non vitiat. l. 1. in fin. ff de ventr. inspic.

Solum est pars ædium. l. solum. 149. ff. de rei vindic.

Soli jus seqvitur ædificium. l. domo. 21. ff. de pignor. act.

Solum cujus est, ejus usqve ad cœlum est. l. si intercedat. ff. de serv.

Omne, qvod Solo inædificatur, solo cedit. §. cum in suo solo, Instit. de rer. divis.

Solutio particularis non minima Incommoda habet. l. plane. ff. famil. herciss.

Qvilibet ſibi Solvendo eſt, & dives. l. qværebatur. 82. ff. ad L. Falcid.

Solvendô videtur is eſſe, qvi defenditur. l. nemo. 95. ff. de R. I.

Qvod Solvitur alterius juſſu, pro eo eſt, qvaſi ipſi ſolutum eſſet. l. qvod. 180. ff. de R. I.

Solutum minùs intelligitur, etiamſi nihil eſt ſolutum. l. 32. ff. de V. S.

Debitor, invito & ignorante creditore Solvens, ſe non liberat ab obligatione. l. invito. C. de ſolut.

Non eſt novum, ut, qvod alius Solvit, alius Repetat. l. nec novum. C. de condict. indeb.

Cum cuiqvam improvidè Solvitur, onus augetur. c. ea te. de jurejur.

Solvit minùs, qvi tardiùs ſolvit. l. uti ſi cuj. ff. de V. S.

Solutus non eſt, qvi in publico ſine vinculis ſervatur. l. 48. de V. S.

Sordes affectatæ, & exqviſitæ delitiæ laudem non pariunt. diſt. 41. in pr.

Sortes humanæ multæ ſunt, qvæ nec

dici,

dici, nec numerari possunt. l. sæpè. 9. C. de præscript. 30. & 40. annor.

Fortuna in dubiis rei judex est, & Sors inter altercantes est adhibenda. l. 3. in pr. C. commun. de legat.

Sortiri oportet in discordia. l. si qvæ sunt. 6. ff. famil. herciſc.

Sorte suâ qvisqve contentus vivere debet. in can. si qvis Episcop. 7. q. 1.

Qvantò minora sunt, qvæ Spargun-tur, tantò plures suscipientes erunt. Novell. 105. de consulib. cap. si autem. 2. §. qvid autem.

Speciem potiùs rerum, qvàm materiam intueri oportet. l. Labeo. 7. §. 1. in fin. ff. de supell. legat.

Per Speciem generi in omni jure derogatur. l. sanctio legum. de pœn. l. in omni. de R. I.

Species est, qvod prædicatur de multis differentibus numerô. Gl. in l. 2. §. 1. si cert. pet.

Species lucri est, ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acqvirere. l. si pignore. 54. §. 1. ff. de furt.

Spe-

Species licet derogat generi, non tamen genus derogat Speciei. c. dudum de præbend. in 6.

Species, qvæ retinet nomen sui generis, debilior est eâ, qvæ specificum nomen assumit. l. imperium. de jurisdict. omn. judic. l. 2. de adopt.

Speciale in uno, denotat jus commune in contrarium. l. 1. in fin. ff. ad municip.

Specialiter dicta valent, qvæ generaliter dicta non valent. l. sed & 4. §. 4. ff. si qvis caution.

Specialis dispositio derogat generali. l. Titia. 1. §. pen. de legat. 2.

Magis Specialis dispositio derogat minùs speciali. l. servo manumisso de pecul. legat.

Speciale jus faciliùs tollitur, qvàm Commune. l. ejus. §. 1. de milit. testam.

Speciale jus in consequentiam non trahendum. l. qvod verò. ff. de ll.

Specialis jussus debet præcedere. l. 25. §. 4. & 5. ff. de acq. vel amitt. hæred. Sed ratihabitio subsequi potest. De

De Speciali jure qvæ procedunt, non habentur in Consideratione. l. 4. in pr. ff. de fideicomm. liber.

Specialia plura in eodem casu simul cumulari non debent. l. ubi Gl. C. de dot. promiss.

Specialia semper insunt generalibus. l. semper. ff. de R. I.

Lex Specialiter qvibusdam enumeratis, generale nonnunqvam verbum subjicit, qvô Specialia complectantur. l. si servus. §. cum eo planè ff. ad L. Aqvil.

Homines sæpè plus Sperant de facultatibus suis, qvàm in his est. l. in fraudem. 10. ff. qvi & à qvib. man.

De proximo aliqvid Sperare, & aliqvid esse, paria sunt. l. pen. ff. de testam. milit.

Sperata faciliùs remittuntur, qvàm possessa. l. cum hi. de transact.

Spes omnis ad solam summam providentiam Trinitatis est referenda, unde & totius mundi elementa processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. de concept. Digest. in pr.

Spei

Spei Emptio est. l. nec emptio. 8. §. 1. ff. de contrah. empt.

Spicas qvi excussit, non novam speciem facit, sed eam, qvæ est, detegit. l. adeò §. 7. in fin. ff. de acqvir. rer. domin.

Sponte qvod ab initio scriptum est, hoc ab invitis postea compleatur. l. fin. C. de SC. Vellej.

Statim aliqvid dare, plus est, minùs est, post tempus dare. §. 5. in fin. Instit. de fidejuss.

Statum qvi mutat, restitutionem non capit. l. si ex causâ. 9. §. 4. ff. de minor.

Status omnis noster sub perpetuo motu consistit. Novell. 7. de non alien. & permut. reb. Eccles. cap. 2. in pr.

De Statu suo incertus qvi est, certam legem testamento dicere non potest. l. de stat. ff. qvi testam. fac. poss.

Status singulorum servetur illæsus. lib. 2. feud. tit. 55. de prohib. feud. alien.

Qvod per me non Stat, mihi imputari non debet. l. 1. C. de his, qvæ sub mod. leg.

In

In Statutis verba ptopriè accipi debent. l. 1. §. si is qvi novem. ff. de exerc. act.

Stipendium illi conſeqvuntur, qvi pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſeqvium. 12. q. 2. c. caritatem.

Stultitiam qvidam ſub nomine ſimplicitatis excuſant. diſt. 30. pr.

Verbum ſemel poſitum, & iterum Subauditum, diverſos habet ſenſus. Auth. ceſſante. & ibi Gl. C. de legit. hæred.

Fruſtra exprimitur, qvod tacitè Subauditur. l. non rectè. C. de fidejuſſ.

Subjecta debent eſſe talia, qvalia prædicatis oſtenduntur. l. ſervum communem. C. famil. herciſc.

Actus ſecundùm naturam ſui Subjecti regulatur. l. ejus. ff. de op. lib.

Sine Subjecto qvalitas eſſe non poteſt. l. 4. §. fin. de act. empt. l. fin. de collat. bon.

Talia ſunt Subjecta, qvalia prædicata demonſtrant. l. 3. ff. de fund. inſtruct.

Fruſtra exprimitur, qvod tacitè Subintel-

intelligitur. l. jam dubitari. & l. Cornelius. de hæred. Instit.

Subitaneus lapsus nemini imputari potest. l. etiam. 14. ff. de admin. & peric. tut.

Subscribere per se, vel per alium suô nomine, paria sunt. l. vice. C. de donat.

Forma mutata propè Substantiam interimit. l. Julianus. 9. §. 2. ff. ad exhib.

Substantiam non mutat non necessaria verborum multiplicatio. l. pediculis. 32. L. ab eo. 6. ff. de aur. & arg. legat.

Subtilitas nimia reprobatur. c. dilecti de judic.

Utilius videtur, negotiatam causam expedire compendio, qvàm, per qvandam exactam Subtilitatem longô dispendiô prorogari. c. Abbate. in fin. de sent. & re judic.

Summum in rebus bonum est: Justitiam colere, ac sua jura cuiqve servare, & in Subjectos non sinere, qvod potestatis est, fieri, sed, qvod æqvum est, custodiri. 12. q. 2. c. cum doctissimam.

Sum-

Summa ratio est, qvæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun.

Sumptus causæ, qvi necessariò factus est, semper præcedit l. qvod privilegium, 8. in fin. ff. depos.

In Sumptibus modus probabilis est servandus. l. hæreditas. 50. §. 1. ff. de petit. hæred.

Suppellectile brevi, vel limine unico nemo privandus est. l. illicitas. 6. §. 5. de offic. præsid.

Superficies nunqvam sine solo capi longô tempore potest. l. nunqvam. 26. ff. de usurpat. & usucap.

Superfluum est, hoc precibus postulare, qvod jam lege permissum est. l. un. C. de thesaur.

Superfluum non debet esse in legibus. §. qvibus in 1. Const. C.

Nihil Superfluum est in jure. §. qvibus. l. 1. C. de nov. C. fac.

Superflua actum non vitiant. l. testamentum. in fin. C. de testam.

Super-

Superflua non nocent, sed necessaria prætermissa imminuunt Contractus, & testatoris officiunt voluntati. l. testamentum. 17. ff. de testam.

Ex Superveniente causâ receditur à dispositione, legitimè celebrata, qvasi sub eâ conditione contractum sit, si res manserit in eodem statu. c. qvemadmodum. de jurejur.

Dolus ex casu Supervenienti non purgatur. l. Julianus. 13. §. 12. ff. de act. empt. & vend.

Supplendum est cautè, qvod incautè prætermissum fuerat. c. pastoralis. de sacrâ unct.

Surrogata res in locum alterius naturam ejus sortitur, in cujus locum surrogatur. l. qvi in alterius. ff. de R. I.

Surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatur. l. si qvis eum. §. qvi injuriarum. ff. si qvis caution. §. fuerat. Instit. de act.

Suspectus præsumitur, qvi ingerit operas invito. l. qvæ omnia. ff. de procur.

Suspe-

Suspectus non est, qvi nihil gessit. l. enim hæ. 4. §. 4. ff. de suspect. tut.

Suspicio turpis qvæstûs est vitanda. l. qvintus. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Suspicio aliena bono viro est vitanda. l. civile. 5. C. de furt. 6. q. 1. c. oves.

In liberis etiam hæredibus sine Suitate contingit necessitas. l. qvi patri. de acqvir. hæred. l. cum qvidam. C. de necess. serv.

Creditor, qvi Suum recipit, nihil dolô facit. l. nihil. 129. ff. de R. I. l. qvod autem. 6. §. apud Labeonem. 6. ff. qvæ in fraud. credit.

Suum prosequi, non est aliena rapere. 13. q. 1. c. Ecclesias. §. ad hæc callida.

In Syllaba error non nocet. l. qvi habebat. 54. ff. de manumiss. testam.

T.

TAbernæ appellatio continet omne utile, ad habitandum ædificium, nempè ex eis, qvod tabulis claudatur. l. omnis. C. de Episcop. & cler.

Tacitè qvædam fieri possunt, qvæ non

non possunt fieri expressè. l. actus. & l. expressa ff. de R. I.

Qvi Tacet verum, committere falsum videtur. l. qvi testamentum. ff. ad L. Cornel. de fals.

Qvi Tacet, consentire videtur. l. item qværitur. §. qvi impleto. ff. loc.

Qvi Tacet, qvoad sui commodum negare videtur, l. ætate. §. qvi tacuit. ff. de interrogat.

Aliud est, si qvid Tacitè continetur, aliud, si verbis exprimatur. l. si ita. 65. §. 1. de leg. 1.

Tacitè multa conceduntur, qvæ fieri expressè prohibentur. c. cæterum. extr. de juram. calumn. l. 2. §. sed qvia veremur. C. eod. l. actus legitimi. de R. I.

Tacitum facit cessare expressum. l. cum ex filio §. 1. de vulg. & pupill.

Tacitè cui qvis renunciasse videtur, ex eo beneficium non debet conseqvi. c. cum olim. de censib.

Expressum facit cessare Tacitum. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulg. & pupill. substit.

Par

Par virtus est Taciti, & expressi. l. cum qvid. ff. si cert. pet.

Tacitus intellectus ad incongrua non porrigitur. l. ut gradatim. §. sed & si lege. de mun. & honor. l. creditor. §. fin. mandat.

Tale aliqvid ab initio esse, vel ex post facto devenire ad tale, paria sunt. l. nec interest. ad L. Falcid. l. pen. de act. empt.

Tardiùs solvere, vel minus solvere, sunt paria. l. solidum. de solut. l. si cuj. ff. de V. S.

Teli appellatione fustis, ferrum, lapis, & deniqve omne, qvod nocendi causâ habetur, significatur. l. si pignore. §. cum furti. ff. de furt.

Temeritas alterius nemini debet esse damnosa. l. idem juris. ff ad L. Aqvil.

Verbum, Temerè prolatum, non nocet. l. 2. C. qvi bon. ced. poss.

Si Templa DEI pecuniis expugnentur, qvis locus tutus erit? l. si qvenqvam. 31. C. de Episcop. & cler.

Rem Temperare debemus. l. item. in pr. ff. locat.

Spiritualia tantò ſunt Temporalibus digniora, qvantò anima præfertur corpori. c. ſolitæ. de major. & obed.

Tempus non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis. l. ſervitutes. 4. ff. de ſervit.

Aliqvid fieri Tempore prohibitô, vel conferre in tempus prohibitum, paria ſunt. *l.* qvod ſponſæ. 4. ff. de donat. ante nupt.

Temporis Stipendia, qvô apud hoſtes eſt, nullus jure reſtitui deſiderat. l. 1. C. de re milit.

Tempore qvi liberatus eſt, non ei ſimilis eſt, qvi nihil habet, ſed ei, qvi ſatisfecit. l. ſi pupillus. 45. ff. de adminiſt. & peric. tutor.

Tempora diſtingve, & concordet ſcriptura. 2. q. 1. c. ſi peccaverit.

Tempore indigemus, ut aliqvid maturiùs agamus, nec præcipitemus conſilia, & opera noſtra. c. ponderet. diſt. 50.

Temporibus Veſpertinis in publico eſſe, magiſtratibus inconveniens eſt. l. 2. §. & qvia. 31. ff. de origin. Jur. Tem-

Temporum diuturnitas non minuit peccatum, sed auget. c. non satis. de Simon.

Temporis longinqvitate fit, ut non pateat Conditio originis. 12. q. 2. c. longinqvitate.

Temporum commemoratio repetitionis potestatem habet. l. 2. §. 2. ff. qvibus mod. ususfr. amitt.

Temporum diversitas testium testimonium non admittit. 3. q. 9. c. si debitū.

Jura varia tempore, & locò constituuntur. l. 1. ff. de exerc. act.

Multa ad Tempus possunt prohiberi, sed non perpetuò. l. Qvintus. 7. ff. de ann. legat.

Suum cuiqve Tempus. Constit. Leon. 109. tit. ne intra sept. ætat. ann. in pr.

Pares in Tempore, sunt pares in jure. l. aliena. §. 1. ff. de pign. act.

Tempus, & locus non patitur plenius deliberandi spacium. l. 1. in pr. ff. de exerc. action.

Temporis longi consvetudo vicem

servitutis obtinet. l. 1. C. de servit. & aq.

Temporum, & locorum varietas Pretiorum varietatem inducit. l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad L. Falcid.

Temporum varietas varietatem constitutionum inducit. in ca. non debet. de consangv. & affin.

Solvendi Tempus cum obligationi additur, nisi eô præteritô, peti non potest. l. nihil. 186. ff. de diverf. R. I.

Temporis angustiæ legato nihil nocent. l. si mihi. 12. §. 1. ff. de legat. 1.

Interest multum, cujus causâ Tempus dilatum sit. l. si ita. 43. §. 2. de legat. 1.

Tempus modicum dicitur tempus decem dierum. l. promissor Stichum. §. 1. ff. de constit. pecun.

Tempus ignoranti non cedit. l. 1. ff. de jur. & fact. ignor.

Tempore certô qvod statuitur, ad aliqvem effectum, si eo tempore non fiat, cessat temporis inspectio. l. continuus. ff. de V. O.

Tempore Necessitatis omnia debent esse

esse communia, id est, communicari debent cum indigentibus. l. 2. §. in eâdem. ff. ad L. Rhod. de jact. 12. q. 1. c. duo.

Terminos qvi effodiunt, pœnâ extraordinariâ puniuntur. l. 1. C. de accus. & inscript.

Qvisqvis suis Terminis sit contentus, nec supra mensuras sui juris affectet augeri. 7. q. 1. c. si qvis Episcopus.

Terminos antiqvos ne transgrediaris. c. 1. de sepultur.

Terram terris, terram geris, & in terram converteris, qvia de terrâ sumeris. c. in Ecclesiastico. 13. q. 2.

Omnia, qvæ de Terrâ orta sunt, in terram convertentur. ibid. c. in Ecclesiastico. 13. q. 2.

Termini ultimus dies totus debitori conceditur. §. omnis. Instit. de V. O.

Thesaurus est vetus depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. l. nunqvam nuda. ff. de acqvir. rer. domin.

Thesaurus non est, si qvis aliqvid lucri

cri causâ, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra. ibid.

Tigni appellatione in Lege duodecim tabularum omne genus materiæ, ex qvâ ædificia constant. l. tigni. ff. de V. S.

Timoris vani justa excusatio non est, l. vani. 184. ff. de R. I.

Timoris vani æstimatio est nulla. l. si qvis. 13. ff. de re judic.

Timor divinus qvos à malo non revocat, temporalis saltem cohibeat à peccato. c. ut clericorum. de vitâ & honest. cler.

Tituli ad primordium posterior qvoqve formatur eventus. l. un. in fin. C. de impon. lucr. descript.

Tituli falsi figmentum dominium duplicare, aut auferre non potest. l. si ancillam. 7. C. de contrah. empt. & vend.

Possessorem cogi ab eo, qvi expetit, Titulum suæ possessionis dicere, incivile est. l. cogi. 11. C. de petit. hæred.

Totum qvi temerè ambit, totum perdit. C. qvand. & qvib. qvart. pars.

Neq

Nec in Totum, nec uni favendum est, nec in totum alteri detrahendum est. l. assiduis. in fin. C. qvi potio. & l. fin. §. sed & si qvis. l. fin. C. commun. de legat.

Totô vitiatô, vitiatur & qvælibet ejus pars. l. si nemo, ff. de testam. tut.

Toti qvod debetur, debetur & parti. l. una est via. ff. de serv. præd. rustic.

Idem Juris est de parte, ad partem, qvod de Toto, ad totum. l. qvæ de tota ff. de rei vindic.

Incivile est, nisi Totâ lege perspectâ, aliqvid judicare, vel respondere. l. incivile. de ll.

Tractantur multa, qvæ non perficiuntur. Bald. in l. cum allegas. col. 3. C. de usur. l. si voluntate. de rescind. vend.

Tractu ampliori habitô, melior exitus invenitur. l. scimus. 22. §. fin. C. de jur. deliberandi.

Trahi in consequentiam non debent, qvæ de jure communi exorbitant. c. qvæ de R. I. in 6.

Traditio nuda nunqvam transfert do-

minium. l. nunqvam. 31. de acqvir. dom.

Qvi nondum Tradidit rem emptori, dominus adhuc esse intelligitur. Instit. de empt. & vend.

Non Tradi, vel traditum evinci, paria sunt. l. emptorem. §. 1. de act. empt.

Rem Tradi mihi, vel alteri, meo nomine, me præsente, paria sunt. l. si procuratori præsentis. de V. O. l. 1. §. jusserim, ibi Jas. de acq. poss.

Vacua Traditio juris est nulla. l. fin. ff. de servit.

Transposita verba idem significant. l. qvidam. 14. ff. de pecul. leg.

Ex Transverso nullus est primus gradus. l. 1. de grad.

Metus est instantis, vel futuri periculi causâ mentis Trepidatio. l. 1. ff. qvod met. caus.

Tria, vel qvatuor sunt multa. l. 1. §. hoc rescriptum. ff. de SC. Syll.

Tributorum potior est causa. l. 1 C. si propt. publ. pensit. vend. fuer. celeb.

Turpitudo non aboletur, qvæ postea inter-

intermissa est. l. palam. 43. §. non solùm. 4. ff. de rit. nupt.

Turpe est, ut patriæ functiones ferre non possit, qvi etiam fortunæ vim se ferre profitetur. l. reddatur. 8. C. de profess. orib. & medic.

Turpitudinem suam allegans non est audiendus. l. transactione finitâ. C. de transact.

Turpius ejicitur, qvàm non admittitur hospes. c. qvemadmodum de jurejur.

Pacta, qvæ Turpem causam continent, observanda non sunt. l. unus. §. 4. ff. de pact.

Tutela est vis ac potestas in capite liberô, ad tuendum eum, qvi seipsum per ætatem defendere neqvit. l. 1. ff. de tutel. & §. 1. Instit. de rit. nupt.

Tutelæ divisio, qvæ non juris, sed jurisdictionis est, modum administrationi facit. l. inter. 36. ff. de administr. & peric. tut.

Tutelæ non administrantur, ut mergantur pupilli. l. qvid ergò. 13. in pr. D. de contrar. tut. & util. act.

Tutelæ voluntariæ munera privilegiis nihil derogant. l. voluntariæ. 12. C. de excuſ. tutor.

Ob Tutelam Corporis qvod fit, jure factum videtur. l. ut vim. ff. de J. & J.

Tueri jus ſuum qvis debet, non injuriam committere. l. 1. §. 1. ff. qvod vi aut clam.

V.

VAgus Scholaris non gaudet privilegiis. l. 1. C. de tyron.

Valetudinis ratio eſt habenda. l. 2. §. 3. & ſeq. ff. ſi qvis caution.

Variatio, ſeu mutatio fieri non debet. l. ſervi elect. ff. de leg. 1.

Variatio admittitur circa diverſa. l. de rebus. ff. rer. amot.

Varietas temporum varietatem Conſtitutionum inducit. in can. non debet. de conſangv. & affinit.

Varietas temporum & locorum, varietatem pretiorum inducit. l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad L. Falcid.

Vectigal earum rerum, qvarum nunqvam

qvàm præstitum est, præstari non potest. l. locatio. 9. §. 6. ff. de public. & vectigal.

Vecturæ non naturâ proveniunt, sed jure. l. si navis. 62. ff. de rei vindic.

Velle non creditur, qvi obseqvitur Imperio patris, vel domini, l. velle. 4. ff. de diverſ. R. I.

Velle damnabile est. c. voventibus. distin. 27.

Venatio fructus fundi non est. l. venationem. 26. ff. de usur.

Veniam illicitorum postulantem oportet etiam à multis licitis abstinere, qvæ omnia licent, sed non omnia expediunt. 1. q. 1. c. aliud.

Veniâ dignus est, qvi justè errat. l. de ætate. 11. §. qvi justè. ff. de interrog.

Veniam continet facilitatis temeritas, & inconsultus calor calumniæ vitiô caret. l. 1. §. pueri. ff. ad SC. Turpill.

Venter merô æstuans, citò spumat libidinem. c. venter. dist. 35.

Ventris ingluvies ad luxuriam facilè provocat. dist. 44. in pr.

Venter, cui coqvorum multitudo deservit, ædificia ad solum redigit. dist. 44. in pr.

Venter pingvis crassum sensum generat. c. non licet. dist. 44.

Venter plenus facilè de jejuniis disputat. 12. q. 2. c. Socrates.

Ventis exposita valdè turbantur. l. si cujus. §. inde Nerva. ff. de usufruct.

Verba cum effectu accipienda sunt. l. 1. §. 2. ff. qvod qvisqve jur.

Verbis aliqvid exprimere, vel scripturâ, paria sunt. l. miles ad sororem. 75. in pr. ff. de legat. 2.

Aures humanæ Verba nostra talia judicant, qvalia foris sonant. Divina verò judicia talia foris audiunt, qvalia ex intimis proferuntur, nec debet intentio Verbis deservire, sed Verba intentioni. 22. q. 5. c. humanæ aures.

Verba legis cui non conveniunt, nec legis dispositio conveniet. l. 1. §. Hostilius. ff. neqvis eum, qvi in jus vocat. est, vi exim.

Mens

Mens potiùs, qvàm verba legis attendenda. l. scire leges. ff. de ll.

Dum Verborum proprietas attenditur, plerumqve sensus veritatis amittitur. c. præterea. de V. S.

Verbo adjecta qvalitas. secundùm tempus Verbi intelligi debet. l. Titius. ff. de milit. testam. l. in delicti. §. si extraneus. ff. si ex noxal. caus. agat.

Res magis, qvam Verba intuenda sunt. l. promittendo. 41. §. 1. de jur. dot.

Verbis contractam obligationem, verbis tolli, consentaneum est. §. qvod enim. Instit. d. tit. l. nihil. ff. de R. I.

In dubio à Verborum proprietate non est recedendum. l. non aliter. de legat. 3. l. 46. de ll. l. 27. §. 2. de fund. instruct.

Verbum generale futura comprehendit. l. si servitus. 23. ff. de servit. prædior. urban.

Verba precativa habent vim præcepti, cum ab eo interponuntur, qvi mandare, & cogere potest. l. 1. ubi Gl. §. 2. verb. qvemadmodum. ff. qvod juss.

Verba transpoſita idem ſignificant. l. qvidam. 14. ff. de pecul legat.

Verba ubi conjuncta non ſunt, ſufficit, alterutrum eſſe factum. l. in eo. 110. §. 3. ff. de R. I.

Verbis opus non eſt, qvæ rerum effectus nullus ſeqvitur. l. fin. C. de eviction. l. fin. C. de don.

Verborum interpretatio nusqvam tantum valeat, ut melior ſenſu exiſtat. l. ſi qvis. 3. C. de lib. præt.

Verbum, temerè prolatum, non nocet. l. 2. C. qvi bon. ced. poſſ.

Verba propter ſimplices & ignaros clariùs interpretanda ſunt. lib. 2. feud. tit. 7. de nov. for. fidel.

Verba jactatoria non inducunt diſpoſitionem. l. fin. ff. de his qvi teſtam. facere poſſ.

Verba jocoſa non obligant. l. obligationum ſubſtantia. 3. §. 2. ff. de V. O.

Verba ſecundùm ſubjectam materiam intelligenda. l. 15. §. 4. l. 29. ff. locat.

Verba ſemper intelligi debent, ut aliqvid

liqvid operentur. l. si qvando. 209. ff. de legat. 1.

Verba potestativa non inducunt necessitatem. l. sæpè ff. de offic. præsid.

Verba intentioni deserviant. c. secundo reqviris. de appell. c. in his. de V. S.

Verba multa secundùm communem usum loqvendi, non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. c. majores. v. cæterum, de baptis.

Verba sic intelligenda sunt, ut res, de qva agitur, valere possit potiùs, qvàm perire. c. abbati. de V. S.

Verbis, & factis Voluntas declaratur. l. de qvibus. ff. de ll.

Verba aliqvando impropriantur secundùm subjectam materiam. l. si uno anno. ff. locat.

Verba, generaliter prolata, sunt generaliter intelligenda. l. si servitus. ff. de servit. urb. præd.

Verba ambigua secundùm intentionem proferentis sunt accipienda. l. si qvis intentione. ff. de judic.

Ver-

Verbis legis, qvoad licet, inhærendum eſt. l. non aliter. ff. de legat. 3.

Verba legum non in Abſtracto, ſed in Concreto intelligi debent. l. ſi rem. in pr. ff. de rei vindic.

Verba geminata efficaciùs diſponunt. l. baliſta. ff. ad Trebell.

Verba intelligi debent, attentô jure communi, non ſpeciali. l. fin. C. de his qvi ven. ætat. impetr.

Verba geminata non ſemper augent, vel mutant rei naturam. l. pediculis. §. Labeo. de aur. & arg. legat.

Verba generalia ad terminos habiles reſtringenda. l. r. in pr. C. de SS. Eccleſ. l. ut gradatim. in pr. de muner. & honor.

Verba dubia contra loqventem interpretanda. l. veteribus. de pactis. l. Labeo. de contrah. empt.

Verba ſecundùm actus interpretantur. l. ſi uno. in pr. ff. loc. c. inſulam. de præſcript. verb.

Verba, qvantumcunq; generalia, ad con-

consonum intellectum restringuntur. l. 1. ff. ne qvid in loc. publ. fac.

Verba generalia in ultimis voluntatibus referuntur ad tempus testamenti. l. testator. §. 1. ff. de legat. 2.

Verba debent intelligi simpliciter, & non secundùm qvid. l. hoc legatum.

Verba in statutis propriè accipi debent. l. 1. §. si is qvi in navem. ff. de exercit. action.

Verba non sufficiunt, ubi factô opus est. l. Julianus. §. offerri ff. de act. empt.

Verba in dubio intelligi debent, rebus sic habentibus. l. qvod Servius. de condict. ob caus.

Verba ad intellectum possibilem referenda sunt. l. fin. in pr. C. de contrah. & comm. Stipul.

Verba in potentiori significato intelligi debent. l. 1. §. qvi in perpetuum. ff. si ager vectig. vel. emphyt.

Verba legis imperativa, ad privatum favorem prolata, necessitatem non inferunt,

ferunt, sed Consilium. l. age cum Geminiano. C. de transact.

Verba sunt strictè, & propriè intelligenda. l. 1. §. si is qvi navem. ff. de exerc. act.

Verba, qvæ de jure intelligi non possunt, de facto intelliguntur. l. mulier. §. de Condit. instit.

Verba, prolata ad alium finem, qvàm expressum, non disponunt, nec aliqvid operantur. l. in ambiguo. ff. de reb. dub.

Verba præsentis temporis ad tempus testamenti restringuntur. l. uxorem. §. testamento pueros. de legat. 3.

Verba, simpliciter prolata, intelliguntur de primo actu. l. dotis promissio. de jur. dot.

Verba magis declarant animum, qvã facta. l. recusari. ff. de acqvir. hæred.

Verba in omni actu, sive dispositione ita sunt interpretanda, ne sibi invicem contradicere videantur. c. inter dilectos. §. cæterum. de fid. instrum.

Verba directa faciliùs obliqvantur, qvàm

qvàm è contra. Gl. singul. in l. verbis de vulg.

Verba, qvantumqve generalia, non extenduntur ad incogitata. l. cum Aqvilia-na ff. de transact.

Verba generalia restringi debent, ut omnis Obscuritas evitetur. l. scire oportet, §. aliud. ff. de excus. tutor.

Verba generalia restringuntur ex verisimili mente disponentis. l. Lucius. 11. §. Lucius. de leg. 2.

Verba generalia, accessoriè apposita, ad suum principale restringuntur. l. prædiis. in princ. de legat. 3.

Verba præsentis temporis ad futura non porriguntur. l. si stipulatus fuerim. ff. de stipul.

Verba intelligi debent eo respectu, qvô prolata sunt. l. debitor. §. fin. ad Trebell.

Verba futuri temporis qvandoqve ad præteritum referuntur. l. verbum oportebit. & l. verbum erit. de V. S.

Verbo ultimo standum est. l. Stichus imò Pamphilus. de manumiss. testam.

Ver-

Verbum unum, & idem, diversis respectibus, diversam recipit interpretationem. l. 2. ubi Gl. in verb. manum. de offic. procoss.

Verbum semel positum, & iterùm subauditum, diversos habet sensus. Auth. cessante & ibi Gl. C. de legit. hæred.

Verba in dubio, salvâ ratione rectæ sermonis, intelligi debent. l. Plautius. ff. de aur. & arg. legat.

Verba, qvæ multifariam, secundùm proprietatem intelligi possunt, in qvolibet sensu accipi debent. l. cum lege. de testam.

Verba in dubio ad boni viri arbitrium reducuntur. Bart. in l. cum filius. §. pater. per illum text. de legat. 2.

Verba in contractibus ad mediocritatem reducuntur. l. si qvis venditor. de ædil. edict.

Verba contrahentium recipiunt limitationem à dispositione legis. l. qværo. §. inter locatorem. ff. locat.

Verba, ab idiotis & vulgaribus prolata,

ta, debent secundùm vulgi consvetudinem intelligi. l. cum autem. C. de dot. ante nupt.

Verba, qvæ possunt dupliciter intelligi, debent in humaniorem partem interpretari. l. fin. ubi. C. de commun. serv. manumiss.

Verba ideò instituta sunt, non, ut per ea se invicem homines fallant, sed, ut eis qvisqve in alterius notitiam cogitationes suas proferat. c. is autem. 12. q. 2.

Verecundiæ rubore faciliùs revocamur ad pœnitentiam. c. præter in fin. dist. 32.

Facta, qvæ lædunt pietatem, existimationem, Verecundiam, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse, credendum. l. filius. 15. ff. de condit. instit.

Verecundiæ alicujus parcitur. l. pen. ff. de furt.

In obscuris secundùm Verisimilia judicandum. l. is obscuri. de R. I.

Veritas imagine naturæ non adumbre-

bretur. l. filio. 23. de liber. & posthum. hæred. instit.

Veritati non præjudicat Alimentorum causâ. l. si judex. 10. ff. de his, qvi sunt sui vel al. jur.

Bonum non est, ut Veritas denegetur. de Feud. lib. tit. 23. de content. int. domin. & vasall. de invest. feud.

Non hominis fictio, sed Veritas spectanda est. l. si fortè de castr. pecul.

Opinio non præjudicat Veritati. c. cum Bertoldus. de sent. & re judic.

Veritas opinioni est præferenda. c. nuper. de bigamia non ordinand.

Opinio nonnunqvam ob publicam utilitatem præfertur Veritati. l. Barbarius. ff. de offic. prætor.

In Veritate qvod est, plus valet, qvàm, qvod in opinione. §. si qvis. Instit. de legat.

Scandalum utiliùs nasci permittitur, qvàm Veritas relinqvatur. c. 3. de R. I.

Veritatis substantia falsâ demonstratione mutari minimè potest. l. cum falsa. C. de jur. & fact. ignor. Ve-

Veritas qværit otium sanctum, negotium justum suscipit necessitatis Caritas 8. q. 1. c. qvi Episcopatum.

Pro Veritate supplicium pati, melius est, qvàm pro adulatione beneficium. c. nemo peritorum. 11, q. 3.

Veritatis fides verborum adminicula non desiderat. l. 1. C. si min. ab hæred. abstin.

Veritas scripturæ, si res poposcerit, per ipsum autorem debet probari. l. si qvis. 21. C. ad L. Cornel. de fals.

Veritas magis oculatâ fide, qvàm per aures hominum animis infigitur. §. fin. Instit. de grad.

Veritas priùs tacendô discitur, & postea loqvendô prædicatur. c. qvi Ecclesiast. circ. med. dist. 36.

Veritas per nostrum negare, vel affirmare non imminuitur. l. assumptio. 6. ff. ad municipal.

Veritas, & fictio qvando tendunt ad idem, veritas prævalet fictioni. l. filio. ff. de liber. & posth.

Veri-

Veritatem qvi seqvitur, DEum seqvitur. c. qvisqvis. 11. q. 3.

Veritatis proditor est, qvi veritatem liberè non pronunciat. c. nolite timere. 11. q. 3.

Veritas qvatuor modis opprimitur: amore, cupiditate, odio, & timore. c. qvatuor. 11. q. 3.

Veritatis prævaricatio est acceptio nummorum. c. qvi rectè judicat. 11. q. 3.

Veritas, cum non defensatur, opprimitur. c. error. 83. dist.

Veritatis parens est solum tempus. A. Gellius.

Versum in rem non videtur, qvod non dorat versum. l. si pro parte. §. versum autem. ff. de in rem vers.

Absumptum non videtur, qvod Versum in corpus patrimonii est. l. pater. 23. C. de testam.

Veste muliebri vir non facilè uti potest sine vituperatione. l. vestis. 23. §. 2. de aur. & arg. legat.

Veterana difficile est reformare, & ad

suos

ſuos mores formare. l. 37. ff. de ædil. edict.

Vetus accipitur, qvod non eſt novum, & anni prioris vinum appellatione veteris continebitur. l. vetus. 11. ff. de trit. vin. vel ol. legat.

Vetuſtati fides dari debet. l. in finalib. 11. ff. fin. regund.

Vetuſtas ſemper pro lege habetur. l. in ſumma. 2. in pr. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.

A Vetuſtioribus incipiendum eſt. §. ſingulorum. u. Inſtit. de rer. diviſ.

Vetuſtatis autoritas veneranda. Novell. 23. de appell. c. illud. 3.

Qvando dubium eſt, cui aliqvid attribuendum, Vetuſtiori attribuimus. l. fin. ff. fin. regund. §. ſingulorum.

Via publica nullô tempore præſcribi poteſt. l. viam publicam. ff. de via publ.

Viam publicam amiſſam vicinus proximus præſtare debet. l. ſi locus. 4. §. 1. ff. qvem. ſerv. amitt.

Viam, qvam elegiſti, tibi pateat. l. 21. in fin. ff. qvod met. cauſ.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0521
DFG

Viam mediam tenuere beati. l. 1. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.

Via media in perplexitatibus est eligenda. l. antiqvi. ff. si pars hæred. pet.

In Vicinià te non latere potuit, qvod in longinqvo ad nos pervenit. l. qvanto de præsumpt.

Victum longi temporis hora brevis non consumat. c. cum Apostolus. de censib.

Vigilare licet creditori, ad suum conseqvendum. l. summa. 21. in fin. pr. ff. de pecul.

Vigilanter negotia sunt peragenda. Vigilantibus enim, & non dormientibus jura subveniunt. l. pupillus. ff. de his qvæ in fraud. credit.

Vilioribus sæpè cedunt pretiosiora in actibus hominum. §. præterea. vers. qvin etiam. Instit. de action.

Pater Vilissimus non debet filii sui contumeliam ad suam utilitatem metiri. l. sed si 17. §. interdum. 13. ff. de Injur.

Viliori personæ damnum famæ non

est

est injuria. l. 2. C. ut int. certum temp. crim. qv. term.

Viles habere cognatos, pessimum dedecus est. l. un. C. de SCto Claud.

Villa pars fundi non habetur. l. si ita. 35. in fin. ff. de instruct. & instrum. legat.

Duo Vincula fortiora sunt unô. §. sed hodiè. Instit. de adopt.

In Vinculis est, qvi sine dedecore comparere non potest. l. in eadem. 10. ff. ex qvib. caus. maj.

Vincula injusta disrumpit Justitia. 11. q. 3. c. cepisti.

Si in hôc seculo omnia Vindicanda essent, locum divina judicia non haberent. 6. q. 1. c. si omnia

Ignoscendum est ei, qvi provocatus se voluit Ulcisci. l. qvi cum. 14. §. 6. ff. de bon. libert.

Qvod te justè possit offendere, facilè non credas. Nec ad Vindictam res incognita accedat. c. si qvid. dist. 86.

Vinum vetus prævalet novo. l. 3. ff. de reb. credit.

Venter Mero æstuans, citò spumat in libidinem. c. venter. dist. 35.

Per Vinum aut lasciviam lapsis capitalis pœna remittenda est. l. omne delictum. 6. §. 7. ff. de re milit.

Vinum luxuriosa res est, c. luxuriosa. dist. 35.

Vinô inebriari nolite. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit.

Verisimile non est, qvòd qvis Violentiam ei inferat, qvi habet claram in urbe dignitatem. l. non est verisimile. ff. qvod met. caus.

Virginitas, & castitas corrupta restitui non potest. l. un. in pr. C. de rapt. virg.

Virtutum præmia tribui merentibus convenit. l. & virtutum. C. de statu, & imagin.

Virtutum omnium mater est Discretio. 1. q. 5. c. 1. de offic. custod.

Dolus, an Virtus, in hoste qvis reqvirat? l. nihil. de captiv.

Virtutis gratiâ aliqvid permittitur, qvod aliàs non permitteretur. l. 1. §. deniqve. 205. ff. de postul.

Vir-

Virtus unita fortior est, qvàm separata, & dispersa. l. qvi primum de acqvir. hæred.

Vis est majoris rei impetus, qvi repelli non potest. l. vis autem. ff. qvod met. caus.

Vis sine corporali Vi propriè fieri non potest. l. 1. §. idem Labeo. ff. de vi & vi armat.

Vim qvi patitur, magnum cruciatum sustinet. c. null. in fin. 3. q. 1.

Ab omni Vi, atqve injuriâ penitus abstinendum. l. 1. §. ff. qvod vi aut clam. l. 3. ff. de J. & J.

Naturalis Vis, veluti terræ motus, non præstatur. l. maritus. ff. locat.

Vis fit, non solùm per vulnera, sed qvoties aliqvis id, qvod deberi sibi putat, non per judicem reposcit. l. extat. 13. ff. qvod met. caus.

Vim vi repellere licet. l. ut vim. ff. de J. & J.

Contra Vim, atqve injuriam licita est defensio. l. ut vim. ff. de J. & J.

Per Visum maximè habetur veritas. Gl. in auth. de instrum. caut. in pr.

Vita hominis longa, est centum annorum. l. an ususfructus. 56. ff. de usufr.

Vitæ mutatio non est facilis, sed cum animæ labore fit. Novell. 5. de Monach. cap. 2. in fin. pr.

Vitæ utilitas legum observatione digna non est. l. qvæ adulterium. C. de adult.

Qvæ Vivis non communicamus, nec mortuis communicare debemus. 11. q. 5. c. qvicunqve intra.

Non loca, sed Vita sanctorum faciunt Sacerdotem. c. oportet. dist. 40.

Vitio naturali parcitur. l. fluminum. §. vitium. ff. de damn. infect.

Vitii, & virtutis causa procedit à voluntate. 56. dist. c. nasc.

Vitiatô totô, vitiatur & qvælibet ejus pars. l. si nemo. de testam. tut.

Ultimum terribilium mors est. l. ultimum. de pœn.

Ultima derogant primis. l. pacta novissima. C. de pact. Ulti-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0526
DFG

Ultima opinio in dubio censetur approbata. l. qvi filium. §. Sabinus. ubi Gl. ordin. ff. ad Trebell.

Ultima mora nocet. l. illud. de peric. & comm. rei vend.

Ultimò locò dictum magis inhæret memoriæ. Specul. ad tit. de Disp. §. post hoc autem. in fin.

Ultimo verbo standum est. l. Stichus, imò Pamphilus. de manumiss. testam.

Ultionem nemo sibi permittere valet. l. nullus. 14. C. de Judæ.

In ultrò venientem pœnam statuere, durum est, l. res. 22. §. pen. ff. de jur. fisc.

Universalis, in parte falsa, in toto falsa est. l. si is qvi ducenta. §. utrum ita. ff. de reb. dub.

Universitas consistit in uno. l. sicut. 7. in fin. ff. qvod cujusqve univers. nomin.

Universitas efficit, ut qvædam transeant, qvæ per se non transeunt. l. in modicis. ff. de contrah. empt.

Ab Universali ad suas inferiores est bona Conseqventia. l. si is qvi. ff. de reb. dub.

Ad Universalis veritatem reqviritur, omnes singulares esse veras. d. l. si is qvi ducenta.

In Universo multa transeunt, qvæ singulariter non transirent. l. qvædam. de acq. rer. domin.

Universitatis res pro partibus non est singulorum. l. in tantum. §. 1. ff. de rer. divis.

Universæ res æstimari debent, non singularum rerum partes. l. Mævius. 52. in fin. ff. famil. herciſc.

Ex his, qvæ Unô aliqvô casu accidere possunt, Jura non constituuntur. l. 4. ff. de ll.

Unî parcere, & omnes in discrimen adducere, qvæ est ista bonitas, qvæ est ista misericordia? c. sed illud. dist. 45.

Ubi duo propter Unum, ibi unum tantum. l. qvo minus. de flumin.

Unus facilius consentit, qvàm multi. l. 3. de offic. prætor.

Unius locô qvandoqve plures habentur. l. si plures. in pr. ff. de pact.

Qvi

Qvi in Uno relevantur, æqvum est, in alio prægravari. l. secundum naturam. de R. I.

Concessô Unô, conceduntur omnia, sine qvibus id explicari non potest. l. 2. ff. de Jurisdict.

Conductio in Uno nummo est nulla. l. si qvis. 10. in fin. ff. de acq. vel amit. hæred.

Vocabula rerum sunt immutabilia, hominum mutabilia. l. 4. ff. de legat.

Plura negotia sunt, qvàm Vocabula l. 4. ff. de præscript. verb.

In Vocatione eâ unusqvisqve permaneat, in qva dignoscitur esse vocatus. c. licet. de regular.

Voluntas coacta, voluntas est. l. si mulier. 21. §. 5. ff. qvod met. caus.

Voluntas coacta habet excusationem. l. si servum. C. de sepulchr. viol.

Voluntates hominum sunt variæ. l. qvia poterat. ff. ad SC. Trebell.

Benè Velle sufficit, licèt non possis benè posse. l. qvoniam judic. C. de appell.

Qvod ex Voluntate, gravius fit, qvàm qvod ex temeritate, vel infirmitate procedit. 22. q. 2. c. beatus. in fin.

Voluntariè qvæ gerimus, non extenduntur ultra, qvàm geruntur. l. cum te. C. ne uxor pro marit.

Voluntatem suam an qvis verbis, an rebus ipsis, vel factis declaret, non refert. ff. de ll.

Voluntates hominum princeps audire vult, non jubere. l. omnium. 19. C. de testam.

Satis est, si aliqvid ad Voluntatem ejus, cui fit. l. non erit. ff. de jurejur.

Voluntas, & propositum maleficium distingvunt. l. qvi injur. ff. de furt.

Actus, qvantumcunqve favorabilis, contra Voluntatem agentis minimè sustinetur. l. si idem servus. de legat. 2.

Voluntatis qvæstio admitti non debet, cum ambiguitas nulla est in verbis. l. ille, aut ille. 25. §. 1. de leg. 3.

Æqvitati naturali nihil tàm conveniens est, qvàm Voluntatem domini, volentis

lentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. l. qvâ ratione. 9. §. 3. ff. de acq. rer. domin.

Bonum nullum est, nisi Voluntarium. 20. q. 3. c. præsens.

Causa diversa est Voluntatis expressæ, & ejus, qvæ inest. l. eum qvi. 8. §. 1. ff. de V. O.

Factum contra Voluntatem, facienti non imputatur. l. cura. v. nec si per vim. de mun. & honor.

Non satis, est benè Velle, nisi facias, qvod bonum est. in c. non satis. dist. 80.

Voluntarium beneficium magis est præmiandum, qvàm necessarium. l. qvi ex causa. ff. de bon. liber.

Voluntatem ab initio, vel ex post facto intervenire, paria sunt. l. si autem plures. in pr. de aq. pluv. arcend.

Per me, vel meâ Voluntate aliqvid fieri, paria sunt. l. filiofam. de jure deliber.

Volenti, & scienti non fit dolus. l. cum donationis. C. de transact.

Voluptatis, vel affectionis nulla habe-

turæstimatio. l. cum de servi. 6. §. 2. de oper. serv.

Votum pro opere reputatur. 17. q. 1. c. qvi bona.

Vota stulta frangenda sunt. 22. q. 4. c. necesse est.

In turpi Voto muta decretum. 22. q. 4. c. malis.

Sanctius est, non Vovere, qvàm votum, prout melius potest, non perficere. 22. q. 1. c. scimus.

Emptor viliore comparandi; venditor cariori distrahendi Votum gerunt. l. si voluntate. 8. C. de rescind. vendit.

Voti obligatio ad hæredem transit. l. si qvis. 2. ff. de pollicitat.

Vox unius, vox nullius. l. jurisjurandi. 9. C. de testib.

Vox præconia paucis innotescit. auth. qvi semel. C. qvomod. & qvand. jud.

Vox patris filii reputatur, & contra. §. si qvis. 4. in fin. Instit. de inutil. Stipul.

Urbana à rusticis non loco, sed opere separantur. l. servis. 99. de legat. 3.

Fami-

Familia Urbana, & ruſtica non loco, ſed genere diſtingvitur. l. urbana. ff. de V. S.

Urbem non deformari, publicè intereſt. l. fin. ff. ne qvid in loc. publ.

Uſucapionem ubi lex inhibet, bona fides poſſidenti non prodeſt. l. ubi. 24. ff. de uſurp. & uſucap.

Uſucapiendi conditionem, vel dominium transferre, paria ſunt. l. ſi finita. §. Julianus. de damn. infect.

Uſuræ non ob lucrum petentium, ſed propter moram ſolventium, infliguntur. l. cum qvidam. §. 3. ff. de uſur.

Uſuræ vicem fructuum obtinent. l. 34. in pr. ff. de uſur.

Uſura eſt, qvicqvid præter ſortem mutuatam percipitur, Interdum pro omni rei debitæ acceſſione, & augmento, ex qvacunqve cauſâ, ut pro fructibus. l. Julianus. 13. §. ex vendito. de actionib. empt.

Uſura uſurarum non poteſt exigi, ita, nec ſingulis annis in ſortem imputari, a-

liàs lex esset imposita verbis, non rebus. l. ut nullo. 28. C. de usur.

Usura est, qvod sorti accedit. c. plerique. 14. q. 3.

Ubi jus belli, ibi jus Usuræ. 14. q. 4. c. fin.

Verba multa, secundùm communem Usum loqvendi, non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. c. majores. v. cæterum de baptis.

Verba intelligenda sunt secundùm communem Usum loqvendi. l. Labeo. ff. de supell. legat.

Usu peritia comparatur. l. certi juris. C. de judic.

Usus autoritati cedat, parvum Usum Lex, & ratio vincat. c. usus. dist. 11.

Ad Usum certum qvæ sunt destinata, ad illum debent, non ad alium, converti. Clem. qvia de religios. dom.

Usus, & Ususfructus eòdem tendunt. l. proinde. ff. de usufr. ear. rer. qvæ usu consum.

Usus iisdem modis, qvibus Ususfructus

ctus constituitur, iisdemqvè finitur. Instit. de usu & habit.

Impensæ ad eum pertinent, qvi Utendum accepit. l. in rebus. 18. §. possunt. ff. commodat.

Non ex eo, qvod habet, qvis Utitur, sed ex eo, qvod putat se habere. l. is qvi. 20. ff. qvib. mod. usufr. amitt.

Qvod ad certam speciem civitatis relinqvitur, in alios Usus convertere non licet. l. 1. ff. de admin. rer. ad civitat. pert.

Ususfructus appellatione proprietas continetur. ff. de usufr. ear. rer. qvæ usu consum. l. fin.

Ususfructus non dominii pars, sed servitutis fit. l. rectè. 25. ff. de V. S.

Ususfructus est jus, alienis rebus utendi fruendi, salvâ rerum substantiâ. l. 1. ff. de usufr. Est enim Ususfructus jus in corpore, qvô sublatô & ipsum tolli necesse est. l. 1. ff. eod. tit. & Instit. eod.

Ususfructus cui legatus est, is etiam in vitô hærede eum extraneo vendere potest. l. cui ususfructus. ff. de usufr.

Usus-

Ususfructus utilitas potest alienari extraneo, ut is emolumentum percipiat. §. item finitur. Instit. eod. tit.

Uter qvem continet, intelligitur in rerum naturâ esse. l. qvi in utero. ff. de stat. homin.

Utile non vitiatur per inutile. c. inutile. de R. I. in 6.

Utilitas subjectorum dicitur utilitas principis. l. 1. §. 1. C. de Caduc.

Cujus Utilitas patet, & seipsam ostendit, non eget commendatione. l. 1. ff. de in integr. restit.

Utilitas communis præfertur privatæ. l. actione. 65. §. 5. ff. pro soc.

Utilius, negotiatam causam expedire compendiô, qvàm per qvandam subtilitatem exactam, longo dispendio prorogari. c. Abbate. in fin. de sent. & re judic.

Qvod contra jus, & Utilitatem publicam in qvolibet negotio profertur, non valet. l. jubemus. C. de SS. Eccles.

Jure civili multa, contra rationem disputandi, pro Utilitate communi recepta sunt.

sunt. l. ita vulneratus. 51. §. 2. ff. ad L. Aqvil.

Pro Utilitate communi multa, contra juris asperitatem, ex æqvitatis mansvetudine tolerantur. c. Abbate. in fin. de sent. & re judic. in 6.

Ratio nulla permittit, ut, qvod pro utilitate communi datum cognoscitur, propriis cujusqvam usibus applicetur. c. ratio. de præbend. & dignit.

Ad Utrumqve festinans, neutrum benè peragit. l. nemo. 14. C. de assess.

Z.

ZElus aliqvando est bonus, aliqvando malus. ut c. fin. extr. de offic. custod.

Caput III.

DE MATRIMONIO.

A.

AFfinitas, post matrimonium iniqve contracta, illi nocere non debet, qvi iniqvitatis particeps non existit. c. tuæ fraternitatis, de eo qvi cogn. consangv. uxor. suæ.

Affi-

Affinitatis gradus nulli sunt. l. non facilè. 4. §. de grad.

C.

COactiones freqventer difficiles exitus solent habere. c. reqvisivit, de sponsal. & matrim.

Concubinatus, qvi per leges nomen assumsit, extra pœnam legis est. l. in concubinatu. 3. in fin. ff. de concub.

Concubinam ex solâ animi destinatione æstimari oportet. l. 4. ff. de concubin.

Conjugis inopia per divitias alterius salvetur: Novell. 53. de exhibend. & introducend. re. in fin.

Æqvum non est, qvem videre egentem, qvem priùs habuit in Conjugem, vel amicum. lib. 2. feud. tit. 58. de not. feud. in pr.

Conjugium unum qvos conjunxit, conjungat unum sepulchrum. 13. q. 2. c. Ebron.

In Conjugio multi casus occurrunt, in qvibus Conjuges sine culpâ, sed non

sine

fine clausâ, continere coguntur. c. qvoniam. §. qvod si. ut lite non contestata.

Felix, & beatum est utriqve Contrahentium, perdurare in priori Conjugio, & procreatam sobolem seqventibus matrimoniis non contristare. Novell. 22. de nupt. c. deinceps. 20. §. soluto. 1.

Conjugium multum favoris obtinet. cap. tua nos. de consangv. & affinit.

Conjunctio Maris, atqve fœminæ, qvam Matrimonium vocamus, descendit à jure naturali. item liberorum procreatio. l. 1. §. Jus naturale. ff. de J. & J.

Semper in Conjunctionibus non solùm, qvid liceat, considerandum est, sed &, qvid honestum sit. l. semper. 42. ff. de rit. nupt. l. semper. 197. ff. de R. I.

DEus qvos Conjunxit, homo non separet. c. deinde. dist. 26.

Æqvum est, eam carere Connubiô, qvæ se monstravit indignam. l. Consensu. 8. §. hæc nisi. 4. C. de repud.

Consensus solus sufficit ad Matrimonium illorum, de qvorum, qvarumqvè Con-

Conjunctionibus agitur. l. cum apud. de sponsal. & matrimon.

Continentiam difficilè servat, qvi se illicitô concubitu maculare non metuit. c. si qvis. dist. 34.

D.

DEsponsata ante nuptias non mutat domicilium. l. ea qvæ. 32. ff. ad municip.

Si Detineatur Uxor ab aliqvo, contra detinentem potest maritus agere interdictô de Uxore exhibenda, ad instar interdicti de liberis exhibendis. l. fin. & ibi Gl. 1. C. de liber exhib.

DEus qvos conjunxit, homo non separet. c. deinde. dist. 26.

Divortium filiæ in potestate matris non est. l. filiæ. 4. C. de repud.

Numeratio Dotem, non scriptura dotalis instrumenti facit. l. 1. C. de dote caut. non numerat.

Dos proprium patrimonium est ipsius mulieris. l. deniq;. §. 5. in fin. ff. de minor.

Ex Dotis promissione non videtur causa

causa lucrativa esse. l. ex promissione. 19. ff. de O. & A.

Dotis fructus ad maritum pertinet, ad supportanda onera matrimonii. l. dotis fructum. 7. ff. de jur. dot. l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.

Dos nulla sine nuptiis. l. cum multæ. 20. ff. de donat. ante nupt.

Interest Reipubl. mulieres Dotes salvas habere. l. 2. ff. de jur. dot. l. 1. ff. sol. matrimon.

Mater filiam Dotare non cogitur. l. neqve. 14. C. de jur. dot.

Dotem mulier possidet ad suos victus, suasqvè alimonias. l. 12. in fin. pr. C. qvi pot. in pign. habeant.

Tàm de Dote, qvàm de patrimoniô debet mulier funerari. l. in eum. 16. ff. de religios. & sumpt. fun.

Indotata mulier non remaneat, ob maleficium mariti. c. ex literis. ff. de pign.

Dotes non, sed conjunctorum affectus faciunt Nuptias. Novell. 18. de trient. & semiss. c. neqve isto. 4. in fin.

Dota-

Dotatam filiam habere, patris interest, l. pater. 71. ff. de eviction.

Dotes mulieribus servari, ut facilius nubentes repleant liberis Civitatem, publicè interest. l. 1. solut. matrimon. & l. nihil interest. de privil. credit.

Ex Dotali pecuniâ res comparatæ qvæ sunt, dotales videntur. l. res. 14. ff. de jur. dot.

Paternum officium est, Dotes dare pro suâ progenie. l. si pater. 7. v. utramqve. C. de dot. promiss.

Dotales res vir suô sumptu tueri debet. l. qvod dicitur. 15. ff. de impens. in rem dotal. fact.

Dos secundùm facultates mulieris, & dignitatem mariti & uxoris, est constituenda. l. qværo. 60. ff. de jure dot.

Dotis omnis promissio futuri matrimonii tacitam conditionem accipit. l. dotis. 68. ff. de jur. dot.

Dotium causa semper, & ubiqve præcipua est. l. 1. ff. sol. matrim.

Dotis conditio per pactum deterior non

non fit. l. si unus. 27. §. pact. in fin. ff. de pact.

Dos non constituit nuptias, sed mutua cohabitantium affectio. Novell. ut si plures filii non sint, §. sed neqve hoc tantum. Constit. 28.

Dotium favor sæpiùs severitatem legis mollire consvevit. l. fin. C. ad SC. Vellejan.

F.

Filiæ tunc solùm dissentiendi à patre licentia datur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat. l. sed 12. §. 1. ff. de sponsal.

Filiæ divortium in potestate matris non est. l. filia. 4. C. de repud.

Filiam Dotatam habere, patris interest. l. pater. 71. ff. de eviction.

Patris officium est, Dotare Filiam. l. fin. C. de dot. promiss.

DEum, defuncti memoriam, & charitatem Filiorum negligit, qvæ secundo nubit. Novell. 22. de nupt. cap. si autem. 40.

Fisca-

Fiscalis hastæ fides facilè convelli non debet. l. si hypothecas. 8. C. de remiss. pignor.

Masculus, vel Fœmina sola per se sufficiens non est, ad procreationem liberorum faciendam. Novell. ut si plures filii. §. neqve enim masculus. constit. 8.

Frater fratris sponsam habere non potest. c. ad audientiam. de sponsal. & matrim.

Fructus Dotis ad maritum pertinent, ad supportanda onera matrimonii. l. dotis fructum. 7. de jur. dot. l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot.

Funerari debet mulier tàm de patrimonio, qvàm de dote. l. in eum. 16. ff. de religios. & sumpt. funer.

L.

LUgere non compelluntur Viri Uxores. l. 9. ff. de his, qvi not. infam.

M.

MAritus emptoris locô est. l. qvi balneum. 9. §. 3. ff. qvi pot. in pign. hab.

Mariti calor, & impetus facilè decernentis,

nentis, est refrenandus. l. nec in ea. 22. in fin. ff. ad L. Jul. de adult.

A Marito divertere, non est modicum delictum. l. 9. §. si mulier. 3. ff. de minor.

Leges vetant, ob Maritorum culpam uxores inqvietari. l. 2. C. ne uxor. pro mar.

Maritus propensiore, & majore dolore vindicat adulterium, qvàm pater. l. 2. §. si semel.

Ignorantiæ Maritorum amplissimi ordinis non debet consultò fraus qværi. l. amplissimi. 4. C. de excus. tut.

Inter Maritos nihil agitur, qvando in exteros Condictio nascitur. l. si vir. in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.

Maritus mores improbos, qvos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit, accusare non potest. l. cum 47. ff. sol. matr.

Maritus & corpore, & substantia, & omni vitâ mulieris fungitur. l. assiduis. 12. C. qvi pot. in pign. hab.

Maritus in uxoris pudore propriam

Injuriam pati intelligitur. l. 2. C. de injur.

Mariti felicitas infortunium uxoris non sit, sed sentiat ejus fulgorem. l. si libertatem. 28. C. de nupt.

Maritum imprimis genialis tori vindicem esse oportet. l. qvamvis. 30. C. ad L. Jul. de adult.

Masculus, vel fœmina sola per se sufficiens non est, ad procreationem liberorum faciendam. Novell. ut si plures filii non sint. §. neqve enim masculus. Const. 8.

Mater filiam Dotare non cogitur. l. neqve. 14. C. de jur. dot.

Liberi vulgò qvæsiti Matrem seqvuntur. l. cum. 19. ff. de stat. homin.

Mater omnibus simul filiis secundis nuptiis facit Injuriam. c. 1. Novell. 2. de non elig. secund. nubent.

Matrem familias cum audis, accipe notæ autoritatis fœminam. l. 3. in fin. ff. de lib. exhib.

Matrimonia vinculo pœnæ obstringi, inhonestum est. l. Titia. 134. de V. O. sive futura, sive jam contracta. ibid. Ma-

Matrimonii benè transacti honor servandus est. l. unum. 67. §. fin. ff. de legat. 2.

Propter Matrimonium injustum nihil capi potest, l. un. ff. und. vir. & ux.

Ad Matrimonium sufficit solus Consensus illorum, de qvorum, qvarumqve conjunctionibus agitur. l. cum apud. de sponsal. & matrim.

Matrimonium qviescens non debet alius turbare, atqve inqvietare. l. constante. 26. ff. ad L. Jul. de adult.

In Matrimoniis contrahendis naturale jus, & pudor inspiciendus est. l. adoptivus. 14. §. 2. in fin. de rit. nupt.

Matrimonia, benè concordantia, jure patriæ potestatis non turbentur & est patri persvadendum, ne acerbè patriam potestatem exerceat. l. 1. in fin. ff. de liber. exhib.

Matrimonia non dotibus, sed affectu contrahuntur. l. jubemus. 11. in pr. C. de repud.

Matrimonia libera esse, antiqvitus placuit, l. 2. C. de inutil. stipul.

Matrimonia cum hodiè regantur jure poli, non jure fori, & jure poli mortuô virô mulier soluta est à lege viri, cui vult, nubat. 2. q. 3. c. Euthemium.

Matrimonia solô consensu contrahuntur. c. cum olim. de sponsal. & matr.

Matrimonium est viri & mulieris conjunctio, maris & fœminæ individuam societatem, vel vitæ consvetudinem continens. §. 1. J. de patr. potest. l. 1. de rit. nupt. c. illud. de præsumpt.

Melius est, coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qvi eos post dispersum expectat Matrimonium. l. fin. §. 5. in fin. C. de bon. qvæ liber.

Mulier ad suos victus, suasqvè alimonias Dotem possidet. l. 12. in fin. pr. C. qvi pot. in pign. habeant.

Mulieres commiseratione dignæ sunt, propter obseqvia, qvæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem. l. 12. §. 1. in med. C. qvi potior. in pign. hab.

Mulie-

Mulieres non pro lucro foventur, sed ne damnum patiantur. d. l. 12. §. 1. in fin.

Mulier tàm de patrimoniô, qvàm de dote funerari debet. l. in eum. 16. ff. de religios. & sumpt. fun.

Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum personâ statuimus. l. fin C. de incol.

Mulier propter viri maleficium non remaneat indotata. c. ex literis. ff. de pignor.

N.

IN Nubili ætate constituta parentum voluntatem seqvi non cogitur. c. cum virum in fin. de regularib. & transeuntib. ad religion.

Nupta videri non potest, qvæ virum pati non potest. l. qvod pupillæ. 30. ff. qvando dies legat. ced.

Nuptiæ legitimæ cum factæ sunt, patrem liberi seqvuntur. Vulgo qvæsitus matrem seqvitur. l. cum. 19. ff. de stat. homin.

Nuptiæ secundæ sunt odiosæ. Novell. de his, qvi nupt iter. Constit. 22.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit. l. cui fuerit. 15. in fin. ff. de condit. & demonstr. l. nuptias. 30. ff. de div. reg. Jur.

Nuptias Dotes non faciunt, sed conjunctorum affectus. Novell. 18. de Trient. & semiss. c. neqve illo. 4. in fin.

Nuptiis in contrahendis libera potestas esse debet. l. fin. in fin. C. de sponsal.

Nuptiæ consensu, atqve amicorum fide firmantur. l. si donationum. 22. in fin. C. de nupt.

Nuptiæ immortalitatem nobis præstant. Novell. 22. de nupt. in præfat.

Nuptias alternus affectus facit. Novell. 22. de nuptiis. c. nuptias. 3.

Nuptiarum nihil hominibus utilius est. Novell. 39. de restit. in præfat. circa fin.

Nuptiæ terram implent, Virginitas paradisum. c. nuptiæ. 32. q. 1.

Nuptiæ replent mundum, Virginitas

non

non contemnendum donum. Novell. de his, qvi nupt. iter. Constit. 22. notatur in c. causam matrimonii.

P.

PAtris interest, filiam dotatam habere. l. pater. 71. ff. de evictionu.

Patris suffragium prodest filio, & è contrario. l. notandum. ff. qvod cujusqve univers.

Patri ignoscendum est, qvi filiam suam maturiùs in familiam sponsi perducere voluit: affectu enim propensiore magis, qvàm dolo malo id videtur fecisse. l. falsus. 11. §. 3. ff. qvod fals. tut. aut. gest. esse dicit.

Pater transiens ad secunda vota offendit filios primi matrimonii. Novell. de his, qvi nupt. iter. §. veniunt autem. Constit. 22.

Patris officium est, Dotare filiam. l. fin. C. de dot. promiss. Non Matris officium, dotare filias. l. neqve mater. C. de jur. dot.

Paternum est officium, Dotes dare pro

ſuâ progenie. l. ſi pater. 7. v. utrâmqve. C. de dot. promiſſ.

Prægnantem uxorem qvi reliqvit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe. l. ſi. 187. ff. de R. I.

Publicè intereſt, Dotes mulieribus conſervari, ut faciliùs nubentes repleant liberis civitatem. l. 1. ſol. matrim. & l. nihil intereſt. de privil. credit.

Pudicitiam vir ab uxore non exigat, qvam ipſe non exhibet. l. 12. §. judex. §. ff. ad L. Jul. de adult.

R.

REs dotales videntur, qvæ ex dotali pecuniâ comparatæ ſunt. l. res. 14. ff. de jur. dot.

Res dotales vir ſuô ſumptu tueri debet. l. qvod dicitur. 15. ff. de impenſ. in rem dotal. fact.

Veriſimile non eſt, eum mittere Repudium, qvi & ipſas nuptias denegat. Novell. 74. qvib. mod. natur. fil. effic. legit. c. qvoniam, §.

Sponſus

S.

Sponsus,& sponsa affines sunt. l. qvod Servius. 8. ff. de Condict. caus. dat. non secut.

Frater fratris Sponsam habere non potest. c. ad audientiam. de sponsal. & matrim.

V. U.

Qvomodo Viduitatis hortator esse potest, qvi ipse conjugia freqventavit? c. una. dist. 26.

Eandem, ut Viduam, & ut nuptam, admitti, ridiculum est. l. Titius. 100. ff. de condit. & demonstr.

Vir cogitat, qvomodo possit placere Uxori. c. diversis. de cler. conjugat.

Viri Uxores lugere non compelluntur. l. 9. ff. de his qvi not. infam.

Vir ob suum facinus Dotem sperare, lucrificare non debet. l. si ab. ff. de solut. matrim.

Vir, si offensam ægræ mulieris maritali sermone placaverit, in crimen non incidit. l. virum. 3. ff. si qvis aliqvem testari prohib.

Vir ſerò accuſat mores, qvos Uxorem ducendò probavit. l. 13. in fin. ff. ad L. Jul. de adult.

Vir debuit Uxori iraſci, qvæ matrimonium violavit; tunc autem eſt pudendus maritus, cum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prætextu incredulitatis. l. matri. 29. in pr. ff. ad L. Jul. de adult.

Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. c. cum qvidam, de converſ. conjug.

Vir eſt Caput mulieris. c. duo pueri. de deſponſ. impub.

Virginalis pudoris non eſt, eligere ſibi maritum. 32. q. 2. c. honorantur.

Vitæ conſortem invenire, difficile non eſt. Conſtit. Leonis. 91. ut Concubin. haber. non lic. in fin.

Uxor, brevi reverſa, non divertiſſe videtur. l. qvicqvid. 48. in fin. ff. de R. I.

Qvi Uxoris crimen celat, eſt patronus turpitudinis. c. qvemadmod. de jurejur.

Societas vitæ qvodammodo Uxorem domi-

dominam facit. l. 1. ff. de action. rer. amot.

Uxor ſocia rei humanæ, atqve divinæ domus ſuſcipitur. l. adverſus. C. de crimin. expil. hæred.

Uxores à viris defendi, non viros ab uxoribus, æqvum eſt. §. patitur. 2. in fin. Inſtit. de injur.

Uxor cum viro dicitur eſſe unum corpus, & eâ vivente vir ejus bonis fruitur. Gl. præſcripta. in l. pen. C. de bon. mat.

Uxor ſi detineatur ab aliqvo, contra detinentem poteſt maritus agere Interdictô de uxore exhibendâ, ad inſtar interdicti de liberis exhibendis. l. fin. & ibi Gl. 1. C. de liber. exhib.

Caput IV.

DE OBLIGATIONIBUS ET CONTRACTIBUS.

A.

Adminiſtrare cui conceditur, non conceditur donare. l. contra. 28. §. 2. ff. de pact.

Æſtimatur res tanti, qvanti emptorem

rem invenerit. l. si servus. §. qvod si. ff. de cond. furt.

Res eadem diversô jure censeri non debet. l. eum qvi ædes. ff. de usucap.

Per pecuniam Æstimatur res, & non è contrario. l. si ita fidejussorem. ff. de fidejuss.

Res tantum valet, qvantum vendi potest. l. 1. §. hæres. ff. ad Trebell.

Agnationis jus pacto repudiari non potest. l. jus agnationis. 34. ff. de pact.

Alienatio est omnis actus, per qvem dominium transfertur. l. 1. C. de fund. dot.

Cum Alienatur res, transit ad eum, in qvem alienata est, cum suâ causâ. l. alienatio. ff. de contrah. empt.

Alienam rem qvi emit scienter, vel alii obligatam, sibi imputet; nisi de evictione expressè sit stipulatus. Ignorans semper habet regressum de evictione, l. si fundum. C. de eviction.

Alienum factum promittendô nemo obligatur. l. stipulatio. 38. de V. O.

Alie-

Alienum factum merè promittens, se obligat. l. si apud. 3. C. de ædil. edict.

Ex alterius contractu nemo obligatur. l. cum. 3. C. ne ux. pro marit.

Alternativæ natura est, qvod donatur inter diversa. l. hæc verba ille. ff. de V. S.

In Alternativis est electio debitoris, & sufficit, alternum adimpleri. c. in alternativis. de R. I. in 6.

Ambigua responsio debet interpretari contra proferentem. l. Labeo. ff. de contr. empt. & vend.

Ambigua solutio pro meliori, & certiori parte est interpretanda, & intelligenda. l. creditorum. ff. de usur.

Amico negligenti qvi rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet. §. 2. in fin. Instit. qvib. mod. re contrah. obligat.

Annua si debes, in fine anni teneberis. l. qvi hoc anno, & ibi not. ff. de V. O.

An Annuum debeatur in initio cujusqve anni, an in fine, text. in l. nec semel. ff. qvod. dies legat.

Ad Antidora naturaliter obligamur. l. sed & si. 2. §. consuluit. 11. ff. de petit. hæred.

Ex Arrhali pacto personalis duntaxat actio paciscentibus præparatur. l. 3. C. de act. empt.

Iniqvum est, ut alienis bonis, sub gratiosâ Auctione distractis, parum accedat publico nomini, cùm totum pereat debitori. l. si qvos. 16. in fin. C. de rescind. vend. B.

BEnefacientibus nobis benefacere tenemur: nam Beneficii receptor naturaliter obligatur ad antidora. l. sed etsi leges. §. consuluit Senatus. ff. de petit. hæred.

Bona concedens, videtur etiam obligationes concedere. l. princeps. 21. ff. de V. S.

Brevitas termini non vitiat contractum bonæ fidei. l. insulam. §. in operis. ubi not. Bart. ff. locat.

Brevitas chartulæ donationi nihil derogat. l. si aliqvid. 13. C. de donat.

Can-

C.

CAncellatum chirographum qvocunqve casu, nondum solutô debitô, transfert onus probandi in creditorem, ut ostendat, pecuniam, vel totam vel partem ejus adhuc deberi: puta, si probaverit, deletionem Chirographi se invito fuisse factam. l. 1. ff. de his qvæ in test.

Cautiùs cura negotiari. l. incivilem. 2. C. de furt.

Certa qvæ sunt, per rerum naturam non morantur obligationem, licèt apud nos incerta sint. §. conditiones. 6. Instit. de V. O.

Naturaliter licet contrahentes se in pretio Circumvenire. l. in causa. 16. §. idem Pomponius. ff. de minor.

Civitas mutuo obligatur. l. Civitas. 27. ff. de reb. credit.

Cum Cohærede non contrahimus, sed incidimus in eum. l. hæredes. 25. §. non tantum. 16. ff. famil. herciscæ.

Commendatitia verba non obligant. l. 37. ff. de dol. mal.

Com-

Commodatum debet esse gratuitum §. 2. in fin. Instit. qvib. mod. re contrah. obligat.

Prætextu debiti Commodati restitutio non probabiliter recusatur. l. prætextu. C. de commod.

Compensatio de specie ad qvantitatem non admittitur. l. si convenerit. de condict. indebit.

Conditio obligationis ex persona hæredum non immutatur. l. Stipulationum. 2. §. de V. O.

Conditione comparandi collatâ invendentis, & ementis voluntatem, qvia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est. l. in vendentis. 13. C. de contrah. empt.

Conductionis lege exploratâ, fides bona seqvenda est. l. non utiqve. in fin. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.

Conductio nulla est in uno nummo. l. si qvis. 10. in fin. ff. de acq. vel amitt. hæred.

Consentire videtur, qvi tacet. de R. I. in 6. l. in adoption. ff. de adopt. Con-

Consentire videtur, qvi sciens agi commodum suum tacet. l. si sine. C. ad SC. Vell.

Consentit faciliùs unus, qvàm multi. l. 3. de offic. prætor.

Consensu qvod contractum est, contrariæ voluntatis adminiculô dissolvitur. l. 1. C. qvand. lic. ab empt. disced.

Consensum, non ignorantiam, volumus obligari. l. generali. 3. C. de tabul. scribend.

Consensu qvod contrahitur, sine consensu minimè relaxatur. c. majores. vers. hic verò. de baptis.

Ex Consilio nemo obligatur, etiamsi non expediat ei, cui dabatur, qvia liberum est cuiqve, apud se explorare, an expediat sibi consilium. l. 2. in fin. ff. mand.

Consilii non fraudulenti nulla obligatio est. l. Consilii. 47. ff. de divers. R. I.

Continuus debet esse actus stipulantis, & promittentis. l. 1. §. 1 ff. de V. O.

Contrahere ab initio licitum est, sed ex postfacto non licet resilire. l. sicut initio. C. de O. & A.

Ex

Ex Contractu alterius neminem obligari. l. cum. 3. C. ne ux. pro marit.

Contrahendo qvod agitur, pro cauto habendum est. l. 3. ff. de reb cred.

Contrahentes non decipi. l. sed si 11. §. 5. in fin. ff. de instit. action.

Contrahitur qvodammodo cum eo, qvi jubet. l. 1. in pr. ff. qvod juss.

Contrahendam obligationem multa impediunt, qvæ non dirimunt contractam. l. patre furioso. §. qvare ff. de his, qvi sui vel al. jur. sunt.

Contrahere, & non contrahere ab initio liberum est, sed post contractam obligationem non licet resilire. l. sicut. initio. C. de O. & A.

Contrahentes non possunt facere, qvò minus legis dispositio, abeat locum in actibus eorum. l. ult. ff. de stipul. serv.

Contractus legem ex Conventione accipiunt. l. 1. §. si convenit. 6. ff. deposit.

Contractui si dolus causam dat, nullus est ipsô jure contractus. l. & eleganter in pr. ff. de dol. mal.

Qvi

Qvi cum uno Contraxit, in plures adversarios non distringatur. l. 2. ff. de exerc. act.

Si Contractui causam dedit dolus adversarii, contrahens pœnitere potest, &, qvod dedit, repetere. l. cum. 60. §. mandavi. ff. locat.

Contractus primus, & ultima dispositio prævalet. l. 4. C. qvi pot. in pign.

Contractus cujusqve initium spectandum, & causa. l. si procuratorem. 8. in pr. ff. mandat.

Contractibus qvæ dubitationis tollendæ causâ inseruntur, jus commune non lædunt. l. qvi. 56. ff. mand.

Contractum non intelligitur, ubi negotium gestum est, sed qvo solvenda est pecunia. l. aut. 3. ff. de reb. aut. jud. possid.

Contractus alterius, alterum non obligat. l. cum te. C. ne ux. pro marit.

Contractus non debet claudicare. l. Labeo. ff. de V. S.

Contractus est ultrò citroqvè obligatorius,

torius, veluti emptio, venditio, locatio, conductio, societas. l. Labeo. ff. de V. S.

Contraxisse unusqvisqve in eo loco intelligitur, in qvo, ut solveret, se obligavit. l. 21. ff. de O & A.

Contrahens cum alio, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus. l. qvi cum. 19. ff. de diverf. R. I.

Contrahentibus qvod obstat, & eorum Successoribus obstabit. l. qvod. 143. ff. de R. I.

Contrahentium voluntates magis, qvàm verborum conceptionem inspicere, justum est. l. fin. C. qvæ res pign. oblig. poss.

Conventiones contra jus, & bonos mores hominum non valent. l. pacta qvæ contra. C. de pact.

Conventio privatorum juri publico non derogat. l. neqve. 45. §. 1. ff. de diverf. R. I.

Ex Conventione Contractus legem accipiunt. l. 1. §. si convenit. 6. ff. depos.

Con-

Conventionis interdictæ fides frustra impleri petitur. l. si contra. 20. C. mand.

Conventionis verbum generale est, ad omnia pertinens, de qvibus negotii contrahendi, transigendiqvè caulâ consentiunt, qvi inter se agunt. l. 1. ff. de pact.

Conventio duorum est lex. l. eâ lege, C. de Condict.

Difficile est, omnes posse Convenire in unum. l. 2. §. deinde qvia. ff. de orig. Jur.

Conventio partium est servanda. l. 1. §. si conveniat. ff. depositi.

Creditori invito aliud pro alio solvi non potest. l. 2. in fin. ff. de reb. cred.

Creditorum major pars intelligitur pro qvantitate debiti, non pro numero personarum; nisi, qvando in qvantitate debiti esset æqvalitas. l. majorem esse partem ff. de pact.

Creditori licet vigilare, ad suum conseqvendum. l. summa. 21. in fin. pr. ff. de pecul.

Creditorum petitio nec tolli, nec mutari

tari potest pactionibus debitorum. l. debitorum. 25. C. de pact.

Creditor qvoties suos nummos accipit, non contingit liberatio debitori. l. si mandavero. 22. §. 8. in ff. mand.

Creditor nihil dolô facit, qvi suum recipit. l. nihil. 129. ff. de R. I.

Creditor bonum nomen facit, qvi admittit debitorem delegatum. l. inter. 26. §. abesse. 2. de mand.

Creditor non plus juris habet, qvàm qvi pignus dedit. l. 3. §. 4. ff. de pign.

Creditoris interest, duos reos habere. l. liberationem. 3. in fin. ff. de liber. legat.

Creditores non fraudantur, cum qvid non acqviritur à debitore, sed, cum qvid de bonis diminuitur. l. non. 134. ff. de R. I.

Creditor, qvi permittit, rem venire, pignus dimittit. l. creditor. 158. ff. de R. I.

D.

DEbitor ex causâ lucrativâ de Evictione non tenetur. l. adres ornatas. C. de eviction.

Debi-

Debitores præsentes priùs denunciationibus conveniendi sunt. l. debitores. 10. C. de pignor.

Neqve Debitor delicatus, neqve onerosus creditor audiatur. l. si servos. 25. in fin. ff. de pign. act.

Deceptus non videtur, qvi jure communi usus. l. inter eos. §. cum inter. de fidejuss.

Depositis rebus qvæ accedunt, deposita non sunt. l. 1. §. qvæ. 5. ff. depos.

Depositarius, & commodatarius non possident rem, apud se depositam, vel commodatam, sed ipse in possessione ejus esse dicitur, qvi deposuit, vel commodavit. §. possidere autem. Instit. de interd.

Dictum non obligat, sed promissum. l. sciendum. 19. §. 2. ff. de ædil. edict.

Dissensus vitiat contractum. l. si pecuniam. 18. ff. de reb. credit.

Donare præsumitur, qvi filio submi-nistrat in scholis. l. qvæ pater. 50. ff. fam. herciss.

Donare, est perdere, l. filius fam. 7. in pr. ff. de donat.

Dona-

Donari videtur, qvod nullô jure cogente conceditur. l. donari. 29. ff. de donat.

Donandi cujus est, eidem & vendendi, & concedendi jus est. l. cujus. 163. ff. de diverſ. R. I.

Donatio perfecta conditiones postea non capit. l. perfecta 4. C. de donation. qvæ ſub mod.

Pro non Dato habetur, qvod ab illo datur, qvi non potest de jure Donare. c. qvod autem in fin. de jur. patron.

Levitati perfectam Donationem revocare cupientium, jure occurratur. l. ſi repetendi. 7. C. de condict. ob cauſ.

Dubitationis tollendæ cauſâ qvæ contractibus inſeruntur, jus commune non lædunt. l. qvæ. 81. ff. de diverſ. R. I.

E.

EMptio ſpei est. l. nec emptio. 8. §. 1. ff. de contrah. empt.

Bonæ fidei Emptor fructus conſumptos restituere non cogitur. l. 1. §. cum prædium. ff. de pign.

Offi-

Officiario non licet Emere, l. non licet. ff. de contrah. empt.

Emptio rei alienæ non valet, ut legatum. l. rem alienam. ff. de contrah. empt.

Bona fides non patitur, ut Emptor rem amittat, & precium venditor retineat. l. 11. §. 8. ff. de act. empt. & vend.

Emptio vicem divisionis obtinet. l. 1. C. comm. utriusqve judic.

Emptionis & venditionis contractus reqvirit consensum. Et ideò furiosus non potest contrahere emptionem, & venditionem. l. 2. C. de contrah. empt. vend.

Emptio tàm sub conditione, qvàm purè contrahi potest. §. emptio. Instit. de empt. vend.

Emptio & venditio sicut consensu contrahuntur, ita contrariô consensu dissolvuntur, anteqvam res fuerit secuta. l. emptio. ff. de empt. & vendit.

Emptio imperfecta per plenam rescinditur; non contra perfecta per imperfectam. l. id qvod. ff. de rescind. vend.

Emptio nudâ conventione dissolvitur, si res secuta non fuerit. l. cum emptor. §. emptio. ff. eod. tit.

Emptio & venditio contrahuntur, simulatqve de pretio convenerit, qvamvis nondum numeratum pretium sit, ac ne arrha qvidem data fuerit. Instit. de empt. & vend.

Emptio nulla sine pretio esse potest. §. preeium. Instit. d. tit.

Empti fides ac venditi sine qvantitate nulla est. l. empti. 9. C. de contrah. empt. & vend.

Emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi, votum gerunt. l. si voluntate. 8. C. de rescind. vend.

Emptor probare debet, rem, de qva controversia est, fuisse vitiosam, anteqvam emeret, ut redhibeatur. l. emptorem. ff. de probat.

Emptoris plerumqve eadem causa esse debet circa petendum, ac defendendum, qvæ fuit autoris. l. invitus. 156. §. 3. ff. de R. I.

Erran-

Errantes, & ignorantes consentire non videntur. l. si per errorem. 15. ff. de jurisd. om. judic.

Repetitio per Errorem dati cujus est, ejus consultò dati donatio est. l. cujus. 53. ff. de divers. R. I.

F.

FActum, qvod à pluribus pro indiviso est, singulos in solidum obligat. l. semper. 15. §. si in 2. ff. qvod vi aut clam.

Factum alienum promittendô nemo obligatur. l. stipulatio. 38. de V. O.

Factum alienum merè qvis promittens se obligat. l. si apud. 3. C. de ædil. edict.

Fidem fallere, grave est. l. 1. ff. de const. pecun.

Fidei humanæ nihil magis congruit, qvàm ea servare, qvæ inter contrahentes placuerunt. l. 1. ff. de pact.

Bonæ Fidei non convenit, abnegare id, qvod qvis accepit. l. qvod servus. 11. ff. deposit.

Bona Fides non patitur, ut Emptor rem

amittat, & precium venditor retineat. l. 11. §. 8. ff. de act. empt. & vend.

Bona Fides exigit, ut, qvod convenit, fiat. l. cum venderem. 21. ff. locat.

Bonam Fidem non præsumitur habere, qvi contra jura mercatur. c. qvi contra. de R. I. in 6.

Bona Fides, qvæ in Contractibus exigitur. l. bonam. 4. C. de O. & A. æqvitatem summam desiderat. l. 31. in pr. ff. depositi.

Bona Fides abesse præsumitur, si, rebus tuis salvis existentibus, depositas amisisti. c. bona. de depositi.

Fidejubere, aliud est; aliud item, jubere. l. 1. §. sed & si servi. ff. qvod juss.

Fidejussor non tenetur in pœnalibus causis. l. libertus. ff. ad municip.

Fidejussor fidejubendô pro minore tenetur, nec habet tamen actionem mandati contra minorem. l. in causæ. ff. de appell.

Reus priùs conveniendus est, non autem fidejussor. Novell. ut prim. cred. aggred. §. Constit. Fide-

Fidejussor rem venditam evincere non potest. l. exceptione doli. l. si ob causam. C. de evict.

Fidejussori non est licitum, emere rem debitoris, pro qvo fidejussit. l. fidejussor. ff. de pignor.

Fidejussoribus qvæsita Exceptio, eis invitis extorqveri non potest. l. fin. ff. de pact.

Fidejussores non minùs, qvàm hæredes, justam ignorantiam possunt allegare. l. qvi. 42. ff. de divers. R. I.

Filius sicut debita patris tenetur solvere, ita prælatus sui prædecessoris pro Ecclesiæ necessitate contracta. c. 1. de solut.

Finem certum respicientia, non debent contrarium operari. l. qvod favore. C. de ll.

Fiscus in privatorum contractibus se interponere non debet. l. ea qvidem. 5. C. si mancip. ita fuer. alien. ut manumitt.

Fiscum retractare, qvod semel vendidit, æqvitatis, honestatisqvè ratio non

patitur. l. retractare, 2. C. ne fiscus rem, qvam vend. evinc.

Fiscus semper præsumitur locuples, & idoneus successor. l. 2. ff. de fund. dotal.

In Funus impendens cum defuncto contrahere videtur. l. 1. ff. de religios. & sumpt. fun.

I.

JActatio non obligat. l. sciendum. 19. §. 3. ff. de ædil. edict.

Illata, & invecta pignori esse creduntur. l. eo jure. 4. cum aliis. ff. in qvib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah.

Impersonalitas vitiat obligationem. Auth. si qvando. C. de constit. pecun.

Impossibilium nulla obligatio. l. 185. ff. de diverb. R. I.

Impossibilia, vel ea, qvæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur. l. ea qvæ. ff. de R. I.

Impossibile allegans non auditur. l. confessionibus. ff. de interrog.

Impubes videtur contrahere, cum adiit hæreditatem. l. apud. in fin. ff. ex qvib. caus. in poss. eat. In-

Incendium ære alienô debitorem non exuit. l. 11. C. si cert. pet.

Indebitum qvi scienter promittit, donare videtur. l. Campanus. 47. ff. de oper. libert.

Indebitos nummos si qvis sciens acceperit, furtum facit. l. qvoniam. 18. ff. de condict. furt.

Initium in contractibus est inspiciendum. l. 58. §. 2. ff. pro soc.

Ab Initio licitum est, contrahere, sed ex postfacto non licet resilire. l. sicut initio. C. de O. & A.

Intervallum modicum non vitiat obligationem. l. 1. §. 1. de V. O.

Nemo ad factum præcisè obligatur, sed ad Interesse tantùm l. stipulationes. 72. vers. Celsus. de V. O.

Invecta & illata pignori esse creduntur. l. eo jure. 4. cum aliis. ff. in qvib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contrah.

Jure qvæ contrahuntur, contrariô jure pereunt. l. omnia. 100. ff. de divers. R. I.

L.

LEvitati perfectam donationem revocare cupientium, jure occurratur. l. si repetendi. 7. C. de condict. ob caus. dat.

Propensiores debemus esse ad Liberandum, qvàm ad obligandum. l. Arrianus. de O. & A.

Modis ferè qvibuscunqve obligamur, iisdem in contrarium actis Liberamur. l. ferè. 153. ff. de diverf. R. I.

Pretium Emptionis venditionis si per curiosam contrahentium Licitationem ultra vel intra justam rei æstimationem statuatur, valet utiq; contractus: nisi dimidium excedatur. l. 2. C. de rescind. vendit.

Locans utitur. l. arboribus. §. 2. ff. de usufruct. & qvem. qvis ut.

Locatio non solet dominium mutare. l. non solet. 39. ff. locat.

Locare servitutem nemo potest. l. locare. 44. ff. locat.

Lusus gratiâ qvod fit, non obligat. l. dolo malo. 3. ff. de serv. corrupt. M.

M.

MAjor creditorum pars intelligitur pro qvantitate debiti, non pro numero personarum; nisi, qvando in qvantitate debiti esset æqvalitas. l. majorem esse partem. ff. de pact.

Majori summæ minor inest. l. 1. §. 6 stipulanti. ff. de V. O.

Mandatum suscipere, voluntatis, sed id consummare, necessitatis. l. in commodato. 17. §. 3. ff. commod.

Mandatum de casu ad casum non extenditur. c. susceptum. de rescript. in 6.

Mandatum debet esse gratuitum. l. 1. §. 1. ff. mandat.

Mandati fines diligenter sunt custodiendi. l. diligenter. 5. in pr. ff. mandat.

Mandatum rei turpis est nullum. l. si. 6. §. rej. 3. ff. mand.

Mandatum morte solvitur. l. inter 26. ff. mand.

Mandare qvi potest, experiendi potestatem habet. l. 1. ff. de diverſ. tempor. præscript.

Mandare creditur semper, qvi non prohibet, pro se intervenire. l. semper. 60. ff. de R. I.

Mandatum re integrâ domini morte finitur. l. 15. C. mand.

Qvi Mandat solvi, ipse videtur solvere. l. 56. ff. de solut.

Mandare, vel ratum habere, paria sunt. c. ratihabitionem. de R. I.

Qvi Mercatur contra jura, non præsumitur bonam fidem habere. c. qvi contr. de R. I.

Mulier faciliùs obligat se, qvàm alicui donat. l. 4. in fin. ff. ad SC. Vell.

Mutuum est contractus celebratione verâ, & non fictâ, rei, non consistentis in numero, pondere, vel mensurâ, cum specie recipiendi idem in genere suo. l. 2. ff. si cert. petat.

N.

NAturalis obligatio jurejurandô tollitur. l. fin. de jurejur.

Cura Negociari cautiùs. l. incivilem. 2. C. de furt.

Nul-

Nullius qvod esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere. l. qvod. 181. ff. de R. I.

Nunciatione verbali possessio amittitur, non reali. l. de pupillo. §. meminisse. de nov. oper. nunc.

O.

OBligamur naturaliter ad Antidora. l. sed etsi. 25. §. consuluit. 11. ff. de pet. hæred.

Obligationes ex obligationibus fieri, prætor noluit. l. si se. §. 3. ff. de re judic.

Obligatio est juris vinculum, qvô necessitate astringimur alicujus rei solvendæ, secundùm nostræ civitatis jura. pr. Instit. de oblig.

Iniqvum est, ex conditione actorum Obligationes reorum extendi. l. si servus. 4. ff. de diverſ. & tempor. præscript.

Abest id mihi, in qvo obligatus sum. l. si qvis mandato. in fin. ff. de negot. gest.

Modis ferè qvibuscunqve obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur. l. ferè. 15. ff. de diverſ. R. I.

Obligationem nemo debet ex parte comprobare, ex parte tanqvam de iniqvitate qveri. l. si ita. in fin. ff. de oper. liber.

Obligamur non figurâ literarum, sed oratione, qvam exprimunt literæ. l. non figura. ff. de O. & A.

Non est novum, ut duæ Obligationes in ejusdem persona de eâdem re concurrant. l. non est novum. 10. ff. de act. empt. l. 8. ff. de fidejuss.

Obligatio semel qvæsita non solet ad alium transire. l. 25. §. 2. ff. de usufr. & qvemad. qvis ut fr.

Obligatio tacita nascitur extra id, qvod agitur. l. is qvi. 13. ff. commod.

Obligatur nemo ex consilio, etiamsi non expediat ei, cui dabatur, qvia liberum est cuiqve, apud se explorare, an expediat sibi consilium. l. 2. in fin. ff. mandati.

Obligatio non ideò cessat, qvòd dies, & consules additi, vel tabulæ signatæ non sint. l. 34. in fin. §. 1. in fin. ff. de pignor. & hypoth.

Obli-

Obligatus nemo debet esse in infinitum. l. 13. in fin. ff. de damn. infect.

Obligationi ea insunt, qvæ pecuniâ lui, præstariqvè possunt. l. statu liberum. 9. §. 2. ff. de stat. lib.

Obligationes singulas singulæ causæ seqvuntur. l. & an. 14. §. 2. ff. de except. rei judic.

Obligationes sunt inventæ, ut qvilibet sibi acqvirat. l. stipulatio. 38. §. alteri. 17. ff. de V. O.

Obligatio est mater actionis. l. licet. 42. §. ea obligatio. 2. ff. de procurat.

Obligatio rei plenior est. l. 5. ff. de fidejuss.

Obligatio naturalis justo pacto ipsô jure tollitur. l. si stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut.

Obligatio, in perpetuum sublata, restitui non potest. l. qvi res. 98. §. Aream. 8. ff. de solut.

Obligationes confusæ non resuscitantur. l. ejus. qvi. in fin. ff. de jur. fisc.

Obligatur nemo ideò, qvia recepturus

est ab alio, qvod præstiterit. l. nemo. 171. ff. de diverſ. R. I.

Obligationes, qvæ conſenſu contrahuntur, contrariâ voluntate diſſolvuntur. §. hoc amplius. Inſt. qvib. mod. toll. obligat.

Obligatio voti ad hæredem tranſit. l. ſi qvis. 2. ff. de pollicitat.

Obligatio, ſemel extincta, non reviviſcit. l. cum ex cauſa. C. de remiſſ. pign.

Obligatio inter dominum, & eum, qvi in poteſtate ejus eſt, nulla naſcitur. §. ſi ſervus. Inſtit. de noxal. action.

Obligatio omnis tollitur ſolutione ejus, qvod debetur. Inſtit. qvib. mod. toll. oblig.

Obligationem verbis contractam verbis tolli, conſentaneum eſt. §. qvod enim. Inſtit. d. tit.

Obligationes, in qvibus dies non apponitur, præſenti die procedunt. l. in omnibus. ff. de R. I.

Obligatio adhæret debitoribus. l. qvis ergò caſus. ff. de pecul.

Obli-

Obligatio Impossibilium nulla est. l. impossibilium. ff. de R. I.

Obligato abesse videtur id, qvod promisit. l. si qvis mandat. ff. negot. gest.

Obligatio contrahi non potest re, nisi qvatenus datum est. l. si tibi decem. ff. de pact.

Obligationes qvoqve Princeps concedere videtur, cum alicui bona concedit. l. princeps. ff. de V. O.

Obligatio personalis non seqvitur singularem successorem, sed universalem. l. fin. ff. de contrah. empt.

Obligatio est individua, solutio verò est dividua in individuis. l. in executione. §. parte. ff. de V. O.

Origo potiùs obligationis, qvàm titulus actionis considerandus est. l. filiusfam. 3. C. ad SC. Macedon.

P.

Pactum est duorum, pluriumve in idem placitum consensus. l. 1. ff. de pact.

Pacta princeps tenetur servare. c. 1. ubi not. extr. de probat.

Pactum

Pactum reformat alia ratio, l. interpositas. C. de transact.

Ex Pacto, vel promisso licet ex causa recedere. c. qvemad. extr. de jurejur.

Ex Pacto nudo non nascitur obligatio. l. jurisgentium. §. igitur. ff. de pact.

Pacta in rem omnibus prosunt. l. & hæredi. 21. in fin. ff. de pact.

Legum austeritatem volumus Pactis litigantium mitigari. l. cum. 5. in fin. C. de tempor. & repar. appell.

Pacta in rem omnibus prosunt. l. & hæredi. 21. in fin. ff. de pact.

Pacta, qvæ turpem causam continent, observanda non sunt. l. si unus. §. 4. ff. de pact.

Pactum, à jure communi remotum, non servatur. l. juris gentium. §. 16. ff. de pact.

Pactum, à re privatâ remotum, non valet. d. l. si unus. 27. §. 4. vers. & in summa. ff. de pact.

Pactum contra juris regulas non valet. l. contra. 28. ff. de pact.

Pactis

Pactis privatorum formam juris fiscalis convelli, non placuit. l. inter. 42. ff. de pact.

Paciſci nemo poteſt, ne fundum ſuum alienet, DEO dedicet, vel in eo qvid ſepeliat. l. pen. ff. de pact.

Pactô jus publicum infringi non poteſt. l. Neratius. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.

Pactum trinâ denunciatione tollitur. l. 4. in fin. ff. de pign. act.

Pactum ambiguum contra venditorem interpretandum eſt. l. in contrahendâ. 172. ff. de R. I.

Pacta, qvæ contra leges, & bonos mores fiunt, nullam vim habent. l. pacta. 6. C. de pact.

Pacta noviſſima ſervari oportet. l. pacta noviſſima. 12. C. de pact.

Pactionibus debitorum, creditorum petitio nec tolli, nec mutari poteſt. l. debitorum. 25. C. de pact.

Pacto ex arrhali perſonalis duntaxat actio paciſcentibus præparatur. l. 3. C. de act. empt.

Pactum

Pactum legis commissoriæ in Pignoribus improbatur. l. 1. C. de pignor. action.

Pactionibus privatis non læditur jus cæterorum. l. Imperatores. 3. in pr. de transact.

Pactum de futurâ Successione est nullius momenti. l. pactum qvod dotali. & l. hæreditas. C. de pact.

Pactio nuda obligationem non parit, sed parit Exceptionem. l. jurisgentium. ff. de pact. §. igitur nuda.

Pacta, in continenti apposita, novam producunt actionem, & veterem informant. l. Jurisgentium. §. qvin imò. ff. eod. tit.

Pacta, qvæ ex intervallo sunt appositæ, contractui non insunt. l. jurisgentium. ff. eod.

Pacta, ex bona fide facta, legi tamen incognita, valent. l. 1. §. qvæ depositis. ff. depos.

Pacta conventa, ait prætor, qvæ neq; dolo malo, neqve adversùs leges, plebiscita,

scita, SCta, edicta, decreta principum; neqve, qvò fraus cuiqvam eorum fiat, facta erunt, servabo. l. jurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact.

Pactô aliqvid licet, qvod sine pacto non admittitur. tit. de his qvi feud. dar. poss.

Pactum, inter hæredem & legatarium factum, ne ab eo satis accipiatur, validum est, l. pact. ff. de pact.

Pactis conventis conditio nostra melior per eos fieri potest, per qvos & stipulationibus acqvirere nobis possumus. l. per qvos. ff. de pact.

Pacto Jus Agnationis non magis repudiari potest, qvàm, si dicat qvis: nolle suum esse. l. jus autem. ff. eod. tit.

Pactum: si tibi decem mutuodem, ut mihi viginti debeantur, non valet ultra decem. l. si tibi. ff. de pact.

Paciscí super Injuriâ & furto, jure civili permissum est. Qvod tamen hodiè non procedit: qvia furtum hoc tempore censetur publicum crimen. l. si tibi. ff. de pact.

Non

Non minor est virtus, qvàm qværere, Parta tueri, not. C. de novo. C. fac.

Pax servetur, pax custodiatur. c. 1. de pact.

Permutationem vicem emptionis obtinere, non est juris incogniti. l. 2. C. de rer. permut.

Petitio ubi nulla est, ibi nec mora esse censetur. l. si pupillus. ff. de V. O.

Peti non debet, qvod intra certum tempus comprehensum solvi potest. l. liber. 178. §. decem. 1. ff. de V. O.

Pignus à pugno appellatum est. l. plebs. ff. de V. S.

Pignus refertur ad res mobiles, Hypotheca ad rem immobilem. Instit. de act. §. 1. inter pignus autem.

Pignori incumbere, melius est, qvàm in personam agere. §. furti autem actio. Instit. de obligat. qvæ ex delict. nasc.

Pignora mihi obligata rectè locare possum. l. creditor. ff. de pignor.

Pignus nullum est, cujus persecutio negatur. l. si noxal. ff. de noxal. action.

Pignus

Pignus pluris æstimari solet, qvàm debitum. l. fin. §. fin autem. C. de jur. dot. impetr.

Præfationibus qvæ convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita videntur: Sic tamen, ut non ex eâ repetitione inutilis efficiatur stipulatio. l. Titia. §. idem respondit. ff. de V. O.

Præsentia non habetur pro consensu. l. Cajus Sejus. ff. de pignor. action.

Præsumitur sciens, qvid agatur Præsens. l. testium facilitatem. C. de testib.

Præsentia ejus, qvi per rerum naturam non potest intelligere, qvid agatur, nullam facit præsumptionem. l. 1. ff. de aut. & consens. tut.

Præsens non præsumitur consentire, qvando detrimentum ejus indirectô tractatur. l. Cajus Sejus. ff. de pignor. action.

Præstationis difficultas non facit inutilem Stipulationem. l. 2. §. 2. in fin. ff. de V. O.

Pretium locô rei succedit. l. qvia qvi. ff. de usufruct. & qvem.

Pretium

Pretium in numeratâ pecuniâ consistere debet. Instit. de empt. & vend.

Pretium in emptione & venditione constitui oportet. §. pretium. Instit. de empt. & vend.

Pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter fungi. l. si servum meum. ff. ad L. Aqvil.

Principis contractus legis vicem obtinent. l. donationes. 26. C. de don. int. vir. & uxor.

Promittens bis idem, id eô jure amplius, qvam semel, non tenetur. l. 18. de V.O.

Ex causa licitum est, à Promisso vel pacto recedere. c. qvemadmodum. de jurejur.

Promissio omnis intelligitur, rebus sic stantibus.

Verisimile non est, qvem plus Promisisse, qvàm judicio præstare compelleretur. l. stipulatus. 4. ff. de usur.

Non omnis, qvi aliter facturus, qvàm Promittit, in dolo jurat. 22. q. 2. c. animadvertendum.

In

In Promissis malis rescinde fidem. 22. q. 4. c. malis.

Promissum in carcere non debetur. l. qvi in carcerem. 22. ff. qvod metus caus.

Promissio nulla potest consistere, qvæ ex voluntate promittentis statum capit. l. à Titio. 108. in fin. de V. O.

Promissoris voluntas tamdiu in pendenti est, qvamdiu id, qvod promissum est, solvatur. l. qvi ex. 106. de V. O.

Promissum honestum, debitum est jure. l. 1. C. de suffrag.

Pupilli Contractus ex uno latere constat, & claudicat. l. Julianus. 13. §. 29. ff. de act. empt. & vend.

Pupillus per acceptilationem liberari potest, sine tutoris autoritate. l. pupillum. ff. de acceptil.

Pupillus sine autoritate tutoris non obligatur, cum autoritate potest obligari. Instit. de aut. tut.

R.

REalis dispositio plenius providet, qvàm personalis. l. jurisgentium. §. pactorum. de pact.

Lau-

Laudem acqvirit, qvi culta, & perfecta Reddiderit, qvæ vetusta sunt, & Instaurationem reqvirunt, qvæqve ab aliis initiata, & imperfecta resederant. l. nemini. 22. C. de oper. publ.

Aliud est, Reddere, aliud, qvasi de suo dare. l. 1. §. eleganter. 33. in fin. ff. depositi.

Res propriè Reddita non dicitur, qvæ deterior reddita est. l. 3. ff. commod.

Dolo facit, qvi petit, qvod Redditurus est. l. dolo. 8. ff. de dol. mal. & met. except.

Renunciatio est stricti juris, & ultra expressos limites non extenditur. l. si domus. de serv. urban. præd.

Repetitio per errorem dati cujus est, ejus consultò dati donatio est. l. cujus. 53. ff. de diverf. R. I.

Rei suæ nulla emptio est. l. debitor. 40. in pr. ff. de pignor. act.

Rei suæ pignus, depositum, precarium, emptio, locatio consistere non potest. l. neqve. 45. ff. de diverf. R. I.

Rei

Rei alienæ emptio & legatum valet. l. rem alienam. ff. de contrah. empt.

Res ſuas vendere nemo cogitur etiam juſtô pretiô. l. invitum. C. de contrah. empt. vendit.

Res ſuas vendere nemo cogitur. l. ſi qvis. ſepulchr. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.

Res aliena vendi poteſt, ſed emptori eam auferre licet. l. rem alienam. ff. de contrah. empt.

Rem ſuam nemo niſi à fure condicere poteſt. l. 1. ff. de condict.

Res per pecuniam æſtimatur, & non è contrario. l. ſi ita fidejuſſorem. ff. de fidejuſſ. & mandat.

Res tantum valet, qvantum vendi poteſt. l. 1. §. hæres. ff. ad Trebell.

Ab initio licitum eſt contrahere, ſed ex poſtfacto Reſilire non licet. l. ſicut initio. C. de O. & A.

Reſponſio debet fieri ſecundùm interrogationem. l. de ætate. §. qvod autem ait prætor. ff. de interrogat.

Reſponſum ut congruens accipere

possis, insere pacti exemplum. l. ut responsum 15. C. de transact.

Responsio ambigua debet interpretari contra proferentem. l. Labeo. ff. de contrah. empt. & vend.

Reipublicæ jus pactô mutari non potest. l. utiqve. 2. §. jus. 8. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.

In dubio pronunciandum est: Contractum Revocari non debere. l. inter virum. 8. ff. de Reb. dub.

S.

SCienter qvi promittit indebitum, donare videtur. l. Campanus. 47. ff. de oper. libert.

Seqvester dicitur, apud qvem plures eandem rem, de qvâ controversia, deposuerunt. l. seqvester. 110. ff. de V. S.

Seqvestrationis necessitas conqviescat. l. un. C. de prohibit. seqvest. pecun.

Signatum habetur pro traditione. l. qvod si neqve. ff. de peric. & commod. rei vend.

Societas leonina reprobatur. l. si non fuerint. 29. §. 2. ff. pro soc. Soci-

Societas rerum inhoneſtarum nulla eſt. l. nec. 57. ff. pro ſoc.

Societas rei flagitioſæ nulla eſt. l. ſi à reo. §. fin. ff. de fidejuſſ.

Societatis fidem rumpens infamis eſt. l. 22. C. ex qvib. cauſ. infam. irrog.

Societas qvodammodo jus fraternitatis in ſe habet. l. verum. in pr. ff. pro ſoc.

Socii delictum ſocio nocet, l. ſi is. 20. ff. comm. divid.

Societas nulla maleficiorum, vel communicatio juſta damni ex maleficio eſt. l. 1. §. planè. 14. de tut. & ration. diſtrah.

Societatis occultæ ſcrupulô non caret, qvi manifeſto facinori deſinit obviare. c. errori. diſt. 83.

Societatem retinere nemo invitus cogitur. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indebit.

Societas tamdiu durat, qvamdiu integer conſenſus partium durat. Inſtit. de ſociet. l. tamdiu. C. pro ſoc.

Solutio, venditio, traditio facti magis ſunt, qvàm juris. l. conſilio. §. qvæſitum eſt. ff. de curat. furioſ.

Solvens pecuniam, pro parte indebitam, tenetur probare. l. cum de indebito. §. si autem pro parte. ff. de probat.

Solvens invito vel ignorante creditore aliis, non liberat se ab obligatione. l. invito. C. de solut. & liber.

Solutio particularis non minima habet incommoda. l. planè ff. famil. herciſc.

Aliud eſt, diem obligationis non veniſſe, aliud, humanitatis gratiâ tempus indulgeri Solutionis. l. cum militi. 16. ff. de compenſ.

Aliud pro alio invito creditori Solvi non poteſt. l. 2. ff. ſi cert. pet.

Solutio ambigua pro meliori & certiori parte interpretanda, & intelligenda eſt. l. creditorum. ff. de uſur.

Intereſt noſtra, potiùs non Solvere, qvàm ſolutum repetere. l. 2. ff. de compenſat.

Solutione ejus, qvod debetur, obligatio tollitur. Inſtit. qvib. mod. toll. oblig.

Solutio eſt dividua, obligatio verò indivi-

dividua. l. in executione. §. parte. ff. de V. O.

Minus Solvere, & tardiùs ſolvere, paria ſunt. l. 85. ff. de ſolut.

Peti non debet, qvod intra certum tempus comprehenſum Solvi poteſt. l. liber. 118. §. decem. 1. ff. de V. O.

Solvendô videtur eſſe is, qvi defenditur. l. nemo. 95. ff. de R. I.

Improbus non poteſt videri, qvi ignorat, qvantum Solvere debet. l. non poteſt. 99. de diverſ. R. I.

Solvere mihi videtur, qvi alii meâ voluntate ſolvit. l. nihil intereſt. C. de ſolut.

Solutum minùs intelligitur, etiamſi nihil eſſet ſolutum. l. minus. ff. de V. S.

Solvendi tempus cum obligationi additur, niſi eô præteritô peti non poteſt. l. nihil. 186. ff. de diverſ. R. I.

Sortem remittens, videtur qvoqve pœnam remiſiſſe. l. fin. ff. de eo qvod cert. loc.

Sortem accipens, tacitè, qvod intereſt, remittere cenſetur. l. 2. ff. ſi qvis caution.

Speciei periculum ad creditorem pertinet, generis verò ad debitorem. l. non ampliùs. §. 1. de legat. 1. junct. l. incend. C. si cert. petat.

Stipulatio commissa resolvi non potest. l. habere. in fin. ff. de eviction.

In Stipulationibus qvoties ambigua oratio est, commodissimum est, id accipi, qvò res, de qva agitur, in tuto sit. l. qvoties. de V. O.

In stipulationibus jus continetur, in pactis factum versatur. l. si unus. 27. §. 2. ff. de pact.

Stipulationes, qvæ ob causam fiunt, non habent donationem. l. hoc jure. 19. §. sed & 5. de donat.

Stipulatio non valet in rei promittendi arbitrium collatâ conditione. l. stipulatio. 17. ff. de V. O.

Stipulationes turpes nullius sunt momenti. l. generaliter. ff. de V. O.

Stipulationem neqve mutus, neqve surdus, neqve Infans, nec absens contrahere possunt. l. 1. ff. de V. O.

Stipu-

Stipulatio est verborum conceptio, qvibus is, qvi interrogatur, daturum, facturumve se, qvod interrogatus est, respondet. l. stipulationum aliæ. §. stipulatio autem. ff. de V. O.

Stipulatio fit ex interrogatione, & responsione, cum qvid dari fierive nobis stipulamur. Instit. eod. tit.

Stipulatio, qvæ fit per inclinationem capitis, non valet. l. 1. §. si qvis ita ff. de V. O.

Stipulatio generaliter admittit electionem promissorum. §. hinc autem Instit. de action.

Stipulatio præsens non trahitur ad futurum. l. damni. §. si his, qvi vitiant. ff. de damn. infect.

Stipulationes tot sunt, qvot sunt res, l. scire debemus. ff. de V. O. qvod summæ. l. 1. §. fin. ff. de V. O.

Stipulari qvilibet potest, cujus legitimè interest. ff. eod. tit. & Instit. de inutil. stipul. §. alteri.

Stipulari alteri nemo potest. l. stipu-

latio ista. §. alteri stipulari. ff. de V. O.

Stipulatori liberum est, verba latè concipere. l. qvicqvid astringendæ de V. O.

Stipulatus qvod sum inutiliter extraneo, non auget meam partem. l. si mihi. 110. de V. O.

Summa minor majori inest. l. 1. §. si stipulanti, ff. de V. O.

T.

TEmpus id in Stipulationibus spectatur, qvô contrahimus. l. non. 144. §. 1. ff. de R. I.

Tempus non est modus tollendæ, vel introducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de V. O.

Tempus, in qvo contrahitur, in stipulationibus est magis inspiciendum, qvàm tempus, in qvod. arg. l. si filius. ff. de V. O.

Traditio nuda nunqvam transfert dominium. l. nunqvam nuda. ff. de acqvir. rer. domin.

Si non Tradatur res vendita, in id, qvod interest, agitur. l. 1. ff. de act. empt. & vend.

Pro

Pro Traditione habetur Signatum. l. qvod si neqve. ff. de per. & commod. rei vend.

Ante Traditionem Venditor est dominus rei venditæ. §. idem in cæteris. Instit. de empt. vend.

Transactio qvæcunqve fit, de his tantùm, de qvibus inter convenientes placuit, interpositа creditur. l. qvi cum. 9. §. transactio. 1. ff. de transact.

Transacta & finita sunt, qvæ sine controversiâ sunt possessa. l. 229. ff. de V. S.

Transigere vel paciſci de crimine capitali, exceptô adulteriô, prohibitum non est. l. transigere. C. de transact.

Transactio nullô datô, vel retentô, seu promissô minimè procedit. l. suus. 3. C. de repud. vel abstin. hæred.

Prætor sine causa Transigentem aliqvando non audiet. l. cum hi. §. in causa. ff. de transact.

Causas vel lites, Transactionibus legitimis finitas, imperiali rescriptô resuscitari non oportet. l. causas. C. de transact.

V. U.

VEnditio nuda, & imiginaria pro non facta est. l. 55. ff. de contrah. empt.

Venditio necessaria non liberat debitorem, nisi pecuniâ perceptâ. l. qvæsitum. 9. ff. de distrah. pign.

Res Vendita si non tradatur, in id, qvod interest, agitur. l. 1. ff. de empt. vend.

Res suas nemo cogitur Vendere etiam justô preciô. l. invitum. C. de contrahend. empt.

Res suas cogitur qvis Vendere. l. si qvis sepulchrum. ff. de religios. & sumpt. funer.

Nemo potest retinere, qvod Vendit. c. qvi studet. 1. q. 1.

Contra Venditorem est pactum ambiguum interpretandum. l. in contrahenda. 172. ff. de R. I.

Res aliena Vendi potest, sed emptori eam aufferre licet, l. rem alienam. ff. de contrah. empt.

Venditio, ſolutio, traditio, facti magis; qvàm juris ſunt. l. conſilio. §. qvæſitum eſt. ff. de curat. furioſ.

Venditio imaginaria non eſt precio accedente. l. imaginaria. 16. ff. de diverſ. R. I.

Venditio rei alienæ permittitur, non obligatio. l. rem alienam. ff. de contrah. empt.

Vendere aliud eſt, aliud, vendenti conſentire. l. aliud. 160. ff. de R. I.

Venditor, ſi in vendendo prædio confinem celaverit, qvem emptor, ſi audiſſet, empturus non eſſet, tenetur emptori. l. qvod ſæpè. ff. de contrah. empt.

Venditor ante traditionem dominus rei venditæ eſt. §. idem in cæteris. Inſtit. de empt. vendit.

Verba commendatitia non obligant. l. qvod venditor. 37. ff. de dol. mal.

Verborum latitudo voluntatis contrahentium propter nimiam ſubtilitatem non impediatur. l. un. C. ut act. ab hæred. & cont. hær. incip.

Veritas in contractibus potiùs, qvàm ſcriptura perſpici debet. l. 1. C. plus valere qvod agitur.

Veroſimile non eſt, qvem plus promiſiſſe, qvàm judicio præſtare compelleretur. l. ſi ſtipulatus. 4. ff. de uſur.

Ultima prioribus derogant. l. pacta noviſſima. C. de pact.

Voluntas omnium ſpectetur in ea re, qvæ ex duorum, pluriumve conſenſu agitur. l. non ſolum. 31. ff. de O. & A.

Voluntates legitimè contrahentium omnimodo conſervandæ ſunt. l. pen. in fin. C. pro ſoc.

Uſucapio eſt adjectio dominii, per continuationem poſſeſſionis temporis, lege definiti. l. 3. ff. de uſucap.

Uſucapio pignoris conventionem extingvit. l. uſucapio. 7. de pignor. & hypoth.

Uſucapio eſt legalis alienatio. l. alienationis. ff. de V. S.

Uſucapio defectu bonæ fidei non interrumpitur, ſecus defectu poſſeſſionis. l. na-

l. naturaliter. C. de Usucap. transform.

Usucapio contingit civili possessioni, non naturali. l. 1. §. per servum. de acqvir. poss.

Usura in fructu non est, qvia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est, novâ obligatione. l. 121. ff. de V. S.

Usuræ non propter lucrum, sed propter moram solventium infliguntur. l. cum qvidam. §. qvod enim. ff. de usur.

Utendam rem accipiens, si in alium usum eam transferat, qvàm cujus gratiâ data est, committit furtum. §. furtum. Instit. de oblig. qvæ ex delict.

Utilitas solvendi salva est promissori. §. si qvis agens. 33. Instit. de action.

Caput V.

DE ACTIONIBUS.

A.

Actio est jus persequendi in judicio, qvod sibi debetur. §. 1. Instit. de action.

Sine Actione nemo experitur. l. qvoties tutor. §. item si temporali. ff. de administr. tutor.

Rem habere, vel Actionem ad rem, paria sunt. l. qvi actionem. de R. I.

Actionem exercentes deteriorem nostram causam non facimus, sed meliorem. l. aliam. 29. ff. de novat. & delegat.

Actio ex nudo pacto non competit. l. jurisgentiū. §. sed cum nulla. ff. de pact.

Actio injuriæ non ex pacto, sed ex contumelia oritur. l. si unus. §. 2. ff. de pact.

Actio injuriarum non competit hæredibus. l. si cum in judicio. §. qvi injuriarum. ff. si qvis caut.

Actio injuriarum datur contra judicem, qvi volentem fidejubere detinet in carcere. Bart. in l. verò. §. qvi pro rei in 3. not. ff. qvi satisdar. cogant.

Actio famosa temerè non debet decerni. l. 1. §. ait Prætor. ff. de dol. mal.

Actio creditoris est inanis, qvam excludit inopia debitoris. l. nam is. 6. ff. de dol. mal.

Actionibus variis simul qvis uti non potest. l. cum filius. 76. §. variis. 8. de legat.

Actio-

Actiones meorum & tuorum appellatione continentur. l. si legatus. 30. §. 1. ad SC. Trebell.

Actionem cui damus, eidem & exceptiones competere, multò magis qvis dixerit. l. 1. §. is autem. 4. ff. de superfic.

Actiones plures qvoties ejusdem rei concurrunt, unâ qvis experiri debet. l. nemo. 43. §. 1. ff. de R. I.

Actiones pœnales non solent in hæredem transire. l. pupillum. III. §. 1. de diverſ. R. I.

Actiones, præsertim pœnales, de eâdem re concurrentes, nunqvam alia aliam consumit. l. nunqvam. 130. ff. de R. I.

Actiones omnes, qvæ morte, aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio salvæ permanent. l. omnes 139. ff. de diverſ. R. I.

Actionem habere, minus est, qvàm rem l. minus. 204. de R. I.

Actione principali non subsistente, satis supervacuum est, super usuris, vel fructibus judicem cognoscere l. eos qvi. 26. C. de usur.

Actio-

Actiones tempore non probatas præcipimus concremari. l. justas. C. de jur. fisc.

Actio semel extincta non revivisci ampliùs. l. si unus. §. sed si pactum. ff. de pact.

Actiones seqvuntur universalem hæredem, & non particularem. l. 1. §. si hæres. ff. ad SC. Trebell.

Actio furti, cum interest, rem salvam esse, competit, licèt non sit dominus. §. furti actio. Instit. de oblig. qvæ ex delict. nasc.

Actio edita spem futuræ litis monstrat. l. 3. C. de edend.

Actiones duæ qvando se ita habent, qvòd absolutoria lata in una, pariat exceptionem rei judicatæ in alia, concursus non admittitur. l. fundum Titianum. ff. de exception.

Actioni reali longô tempore præscribitur, non personali. l. neqve mutui. C. qvib. objic. long. temp. præscript.

Actio furti pro re modicâ datur, sed non doli, l. qvi saccum. de furt. In-

Inter Actionem directam, & utilem, nulla differentia. l. actio. 47. ff. de negot. gest.

Actor agit, qvando vult, sed reus non. l. siqvando lex est. C. de dilat.

Actor debet seqvi forum rei. l. in criminali. C. de jurisdict. omn. judic.

Actore non probante, reus absolvitur. l. qvi accusare. C. de edend.

Actori incumbit probatio, l. qvi accusare. C. de edend.

Actori in principio litis, utriqve in medio, in fine reo favetur. l. de die. in pr, ubi Bart. ff. qvi satisd. cog.

C.

CAsus fortuitus non liberat obligatum debitorem ab actione. l. qvæ fortuitis. C. de pign. action.

Casus dementis, sit correctio sapientis. Gl. in §. titulos. in auth. de mandat. princip. coll. 3.

Causa actionis non mutat locum vendendi. l. cum interdum. ff. de instit. act.

Causa propria, sic ab alienâ differt, qvod

qvod eam propriam causam dicimus, cujus emolumentum, vel damnum ad aliqvē suo nomine pertinet. l. 1. §. in propr. causa. ff. qvand. appell. sit.

Cautioni non est locus, per qvam jus libertatis infringitur. l. Titio centum. 71. §. Titio. & de condit. & demonstr.

Cautio privatorum legibus refragari non debet. l. qvod bonis. 15. ff. ad L. Falcid.

Cautio propter incertum interponitur. l. 11. §. 1. ff. de coll. bon.

Cautionis plus est in re, qvàm in persona. l. plus. 25. ff. de R. I.

Circumventio alterius alii non præbet actionem. l. alterius. ff. de R. I.

Contrahentibus naturaliter licet in pretiose circumvenire. l. causa. 16. §. idem Pomponius. ff. de minor.

A persona, in qva est Compromissum, non est recedendum. l. si qvis. ff. de V.O.

In Condictionibus cessat Ignominia, qvamvis ex famosis causis pendeant. l. cessat. 36. ff. de O. & A.

Rem

Rem suam nemo nisi furi Condicere potest. l. fin. in fin. ff. usufr. qvemadmod. cav.

Controversiis singulis, singulæ actiones sufficiunt. l. singulis. 6. ff. de except. rei judic.

Convento famosâ actione juramentum deferre non licet. c. fin. de jurejur.

D.

DE Damno vitando certanti magis succurritur, qvàm de lucro captando. l. fin. §. fin. verò. C. de jur. deliber.

Dementis casus correctio sit sapientis. Gl. in §. titulos. in auth. de mand. princip. coll. 3.

E.

QVem de Evictione tenet actio, eundem agentem repellit Exceptio. l. vindicantem. 17. de eviction.

Interest nihil, ipsô jure qvis actionem non habeat, an per Exceptionem infirmetur. l. nihil. 112. ff. de diverf. R. I.

Dolus

Dolus est, si qvis nolit persequi, qvod persequi potest, aut qvis non Exegerit, qvod exigere potest. l. dolus. 44. ff. mandat.

F.

FAmosa actio temerè non debet decerni. l. 1. §. ait Prætor. ff. de dol. mal.

Famosâ actione Convento juramentū deferri non licet. c. fin. de jurejurand.

Omnia, qvæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in actionem Empti. l. 1. §. 1. ff. de act. empt. vendit.

H.

HYpothecaria actio habet suas Conditiones. l. grege. 13. §. etiam. ff. de pignor. & hypothec.

I.

INterdicta omnia, licet in rem videntur concepta, vi tamen ipsâ sunt personalia. l. 1. ff. de interdict.

Interdicta ea noxalia sunt, qvæ ob delictum eorum, qvos in potestate habemus, dantur, velut, cum vi dejecerunt, aut vi aut clam opus fecerunt. l. fin. ff. eod. tit.

Inter-

Interdictum unde vi reqvirit Violentiam. l. fin. C. unde vi.

Interdictum retinendæ poſſeſſionis intentari debet intra annum. l. 1. ff. uti poſſid.

Nam poſt annum non poteſt, nec conceditur Reſtitutio, qvia Interdicta ſunt annalia. l. 1. in fin. ff. de interdict.

L.

COgitatio vercunda ejus, qvi Lites execratur, non eſt vituperanda. l. item. ff. 4. §. 1. de alien. judic. mutand. cauſ. fact.

P.

DOlus eſt, ſi qvis nolit Perſeqvi, qvod perſeqvi poteſt, aut, ſi qvis non exegerit, qvod exigere poteſt. l. dolus. 44. ff. mand.

Petens minùs ſine periculo eſt. §. ſi minus. 34. Inſtit. de action.

Poſt intentatum Petitorium poteſt intentari poſſeſſorium retinendæ.

Poſſeſſorii cum Petitorio, ratione citioris expedionis, permittitur cumulatio. l. cum fundum. §. de vi & vi armat. c. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & propriet.

A-

Actore non Probante, reus absolvitur. l. qvi accusare. C. de edend. l. 2. C. de edend. l. 2. C. de probat.

Probatio incumbit actori. l. qvi accusare. C. de edend.

Publiciana comparata est, ut res domino auferatur. l. fin. ff. de public. in rem. act. R.

REales actiones possunt intentari non solùm contra eum, à qvo qvis habet causam, sed etiam contra qvemlibet. l. uti frui. §. 1. ff. si ususfruct. petat.

Realis actio semper datur adversùs possidentem, vel adversus eum, qvi dolò fecit, qvò minus possideret. l. actionum. & ibi Gl. possidet. de obligat. & act.

Remittentibus actiones suas non dandus regressus. l. qværitur. 14. §. 9. ff. de ædil. edict. S.

SErviana nudam possessionem avocat. l. si cum. 66. in pr. ff. de evict. T.

NOn Titulus actionis, sed debiti causa respicienda est. l. tutor. 69. ff. de fidejuss. Caput.

Caput. VI.

DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

A.

ABstinendi beneficium non omninò necessitatem elidit. l. cum qvasi. §. sed & si qvis. de fideicom. libert.

Inter Accusationem hæredis voluntariam, & officii necessitatem, multum interest. l. mater. C. de calumn.

B.

BOna defuncti intelliguntur, qvæ deductô ære alienô supersunt. l. subsignatum. 39. ff. §. 1. de V. S.

C.

CAptatoriæ Institutiones etiam in militis testamento nullius sunt momenti. l. captatorias. 11. C. de testam. milit.

Clausulâ codicillari sustinetur testamentum, qvod posthumus rumpit. §. posthumus qvoqve. Instit. de exhæred. liber.

Codicilli si idem essent cum testamentis,

mentis, cur diversis nominibus nuncupantur. l. si idem. 7. C. de codicill.

Conditio non videtur repetita, qvæ inutile fecit legatum. l. servo. 113. §. 4. de legat 1.

Conditio impossibilis in ultimis voluntatibus pro non scriptâ habetur. §. impossibilis. Instit. de hær. Instit.

Confessiones testatorum in ultimâ voluntate, si in fraudem videantur adjectæ, nihil prosunt eis ad relevandam probationem, pro qvibus adjiciuntur. l. qvidam. ff. de probat.

Curatorem præsentem esse sufficit. l. 1. C. de Confession.

D.

DEfunctorum interest, ut habeant Successores. l. & qvia. 6. ff. de interrogat.

Defunctorum judicium partim licere comprobare, partim evertere, absurdum est. l. 7. ff. de bon. libert.

Defuncti voluntas ambulatoria est usqve ad ultimum vitæ exitum. l. 4. §. fin. ff. de adopt. liber.

Ex

Ex Defuncti voluntate accipitur, qvod conditionis implendæ causâ datur. l. pro hærede. 20. §. 4. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Defunctum honorat, qvi ejus voluntatem implet. Novell. de his, qvi nupt. iter. §. benè sancimus. constit. 22.

Demonstratio falsa non perimit legatum. l. si sic. 75. §. 1. in fin. de legat.

Dispositio ultima, & contractus primus prævalet. l. 4. de adimen. legat.

Dispositio privata testatoris non potest generalem constitutionem canonis immutare. c. reqvisisti de testament.

Dispositio facta sub conditione, qvæ omninò extitura est, purè facta videtur. l. si pupillus. §. qvi sub conditione. ff. de novat.

Dispositio facta in uno Conjunctorum, ad reliqvum extenditur. l. ancilla. C. de furt.

Dispositum in uno correlativorum trahitur ad alterum. l. fin. de acceptil.

Diversitas rerum obscurum facit le-

gatum. l. ita. 40. ff. de jur. fisc.

Dividi in partes qvæ non possunt, solida à singulis hæredibus debentur. l. ea. 192. ff. de diverſ. R. I.

Dividenda sunt æqvaliter inter filios bona patris. l. inter. C. famil. herciſc.

Diviſionem à judice, vel à teſtatore fieri, paria ſunt. l. 3. in pr. de adim. legat.

Donationes mortis cauſâ vicem legatorum obtinent. l. etiam. 3. §. ſed & 17. ff. de bon. libertor.

Donationi nihil derogat brevitas chartulæ. l. ſi aliqvid. 13. C. de donat.

Donatio mortis cauſâ facta non videtur perfecta, anteqvam mors inſeqvatur. l. non videtur. 32. ff. de donat. mort. cauſ.

Dubitantes de ſtatu ſuo, vel errantes, teſtamentum facere non poſſunt. l. 15. ff. qvi teſtam. facer. poſſ.

E.

ERrore ſcribentis teſtamentum juris ſolennitas mutilari neqvaqvā poteſt. l. errore. 7. C. de teſtam.

Pro

Pro Exhæredatione est præteritio fœminarum. l. filiam præteritam. C. de inoffici. testam.

Parentes possunt ex magnâ causâ suos liberos Exhæredare. Novell. ut cum appell. §. ad hæc aliud. constit. 115.

Exhæredatus pupillus in legato gravari potest, sed non ejus substitutus. l. ab exhæredati. de legat. 1. l. pen. C. de legat.

F.

HÆreditatis petitio qvædam habet, qvæ in Familiæ herciscundæ judicium non deducuntur. l. fundus. ff. famil. herciscæ.

Fictio Legis Corneliæ & hæreditatem, & hæredem facit. l. filiusfamil. ad L. Falcid.

Fideicommissum tacitè induci potest, non directa Institutio. l. deniqve. §. interdum. ff. de pecul.

Rei per Fideicommissum relictæ dominium transfertur à morte testatoris. l. à Titio. ff. de furt.

A Fideicommissario hæres scriptus non à legatariis, adire compellitur. l. si qvis omissa cauſ. testam.

Filiusfamilias consentiente patre potest donare, sed non testari. l. tam. his. §. 1. ff. de donat. mort. cauſ.

Filii primi gradus sub potestativâ tantùm conditione instituendi, non etiam nepotes. l. suus qvoqve. & l. sed & si. §. 1. de hæred. instit.

Frater, impuberi fratri substitutus, ejus necessarius hæres existit. l. sed si plures. §. 1. de vulg. & pupill.

G.

GRadus cognationum scire oportet propter qvatuor: hæreditates, tutelas, testimonium, & matrimonium. l. 1. in pr. & §. ff. de grad.

H.

HÆreditas est successio in universum jus, qvod defunctus habuit. l. nihil. 24. ff. de V. S.

Hæreditatis appellatione etiam damnosa hæreditas continetur. l. hæreditatis appellatio. ff. eod.

Hæ-

Hæreditaria onera ad ſcriptos hæredes pro portionibus hæreditariis, non pro modo emolumenti, pertinent. l. 1. C. ſi cert. petat.

Hæreditatis pars intelligitur cum honoribus, & oneribus, pars bonorum, deductis oneribus. l. ſi ſervum. §. ſi cum. ff. de legat. 1.

Hæreditas ut indignis aufertur contra patris, & autoris ſui factum venientibus. c. Sylveſter. 11. q. 1.

Nemo ex alterius facto Hæreditati neqve alligari, neqve exhæredari poteſt. l. paterfamilias. ff. de hæred. inſtit.

Impubes contrahere videtur, cum Hæreditatem adiit. l. apud in fin. ff. ex qvib. cauſ. in poſſ. eat.

Hæreditas recipit augmentum, & diminutionem. l. item veniunt. 20. §. item non ſolum. 3. ff. de petit. hæred.

Hæreditas etiam ſine corpore juris intellectum habet. l. hæreditas. 50. in pr. ff. de hæred. petit.

Hæreditas locô domini habetur. l. ſi ante in pr. ff. de interrogat.

Hæreditas viventis est nulla. l. 1. ff. de hæred. vel act. vendit.

Hæreditas semel adita facilè adimi non potest. l. 1, §. 4. ff. de his, qvæ in testam. delent.

Hæreditas cum semel est adita, omnis defuncti voluntas rata constituitur. l. si patroni. 51. §. 2. ad SC. Trebell.

Hæreditates non modò honestô titulô, sed & pleniore honore tribuuntur. l. filium. 5. §. sed & 6. ff. de legat. præstand.

Hæreditas personæ vice fungitur. l. mortuo. 22. ff. de fidejuss.

Hæreditas cum semel adita est, omnia jura transeunt ad hæredes. l. cum hæredes. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Hæreditas omnis, qvamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. l. omnis. 138. ff. de diverſ. R. I.

Hæreditatem si nemo subiit, omnis vis testamenti solvitur. l. si nemo. 181. ff. de R. I.

Hæreditas paterna, qvasi debita, ad poste-

posteritatem devolvitur. l. cum furiosus. §. 2. C. de cur. furios.

Hæreditas vicem defuncti, non hæredis sustinet. §. servus. 2. Instit. de hæred. instit.

Hæreditatis emolumentô privetur, cujus recusavit onera supportare. c. licet de voto.

Hæreditatis appellatione bonorum possessio qvoqve continetur. l. hæreditatis. ff. de V. S.

Hæreditas est pecunia, qvæ morte alicujus ad qvempiam pervenit jure, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. Justin. sub tit. de reb. corporal.

Hæreditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam hæreditatem, juris enim nomen est, sicut bonorum possessio. l. hæreditatis. ff. de R. I.

Hæreditatem ab *initio* qvis dolosè ambiat, an postea hoc facere cæperit, parvi refert. l. deniqve. §. de eo. ff. de pet. hæred.

Hæreditatis petitio qvædam habet,

qvæ in familiæ herſciſcundæ judicium non deducuntur. l. ſi fundus. ff. famil. herciſc.

Hæreditatis aditio ſub conditione fieri non poteſt. l. actus legitimi. ff. de R. I.

Hæreditas Codicillis nec dari, nec adimi poteſt. l. Scævola. ff. ad Trebell.

Pro Hærede gerit, qvi conditiones implet. l. Antiſtius. 62. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Hæres vitiorum defuncti ſucceſſor. l. ſi ego. 11. §. partus. 2. ff. de Publ. in rem action.

Ex Hæredis perſonâ conditio obligationis non immutatur. l. ſtipulationum. 2. §. 2. de V. O.

In Hæredem actiones perſonales tranſire non ſolent. l. pupillum. 111. §. 1. ff. de diverſ. R. I.

Hæredem univerſalem, non particularem, Actiones ſeqvuntur. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.

Hæredibus non competit actio injuriarum. l. ſi cum in judicio. §. qvi injuriarum. ff. ſi qvis caut.

Ad

Ad Hæredes scriptos onera hæreditaria pro portionibus hæreditariis, non pro modo emolumenti, pertinent. l. 1. C. si cert. pet.

Cum Cohærede non contrahimus, sed incidimus in eum. l. hæredes. 25. §. non tantum. 16. ff. famil. herciſc.

Hæres morum coërcitionem non habet in uxorem defuncti. l. rei. 15. §. 1. ff. sol. matrim.

Aliud est, ex Hæredis personâ conveniri, aliud, proprio nomine defuncti astringi. l. si patroni. 55. §. 2. ff. ad SC. Trebell.

Qvi semel est Hæres, non potest desinere esse hæres. l. & si fine. §. sed qvod. ff. de minor.

Sine Hærede non decedit, qvi Monasterium sibi hæredem instituit. c. in præsentia. de probat.

Sui Hæredis existentia nunqvam ad alienum commodum operatur. l. 1. in fin. ff. ut in possess. legat.

Hæredem extraneum, vel penitus i-

gnotum, potest testator instituere, ubi non sunt necessarii hæredes. l. extraneum. C. de hæred. instit.

Hæres laudandus est magis, qvàm accusandus, qvi reliqvias testatoris non in mare secundùm ipsius voluntatem abjecit, sed memoriæ humanæ conditionis sepulturæ tradidit. l. qvidam. ff. de condit. instit.

Hæres non est onerandus in infinitum. l. fideicommissa. §. si qvis. de legat. 3.

Hæres, & hæreditates, tametsi duas appellationes recipiunt, unius personæ tamen vice funguntur. l. 22. ff. de usurp. & usucap.

Hæredi non relinqvitur, qvod scelere qvæsitum est. l. cum falsi. ff. ad L. Cornel. de fals.

Hæredis appellatio paucis speciebus proximũ continet. l. sciendum. ff. de V.S.

Hæres non vult esse, qvi ad alium transferre voluit hæreditatem. l. non vult. 6. ff. de diverſ. R. I.

Hæres non sponte cum legatariis contrahit.

trahit. l. qvi cum. 19. ff. de diverſ. R. I.

Hæres nec pœnam, nec lucrum ex delicto defuncti ſentire debet. l. ſi uti. 38. ff. de diverſ. R. I.

Hæres ejusdē poteſtatis, & juris eſt, cujus defunctus eſt. l. hæredem. 59. ff. de R. I.

Hæres in contractibus, qvibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, in ſolidum tenetur. l. hoc. 152. §. 3. ff. de diverſ. R. I.

Hæres factum defuncti præſtare tenetur. l. cum à matre. C. de rei vindic.

Hæredes non ita impii exiſtant, ut liberalitatem teſtatoris, & ſerviles labores debitâ remuneratione defraudare conentur. l. qvidam. §. 2. C. de neceſſ. ſerv. hæred. inſtituend.

Hæres & defunctus una perſona reputantur. Novell. 48. de jurejur. à mort. præſt. in præfat.

Hæredis appellatio non ad proximū hæredem, ſed etiam ad ulteriores refertur. l. hæredis. ff. de V. S.

Hæredis appellatione omnes ſignificari Succeſſores, credendum eſt, etſi ver-

bis non sint expressi. l. hæredis. ff. de V. S.

Hæres hæredis est hæres primi testatoris, l. cum in liberis. C. de hæred. instit.

Hæres vel cohæres nullus per Epistolam fieri potest. l. epistola. ff. de pact.

Hæres absens ibi defendendus, ubi defunctus debuit. l. hæres absens. ff. ubi qvis agere.

Hæres est successor lucri, & onerum defuncti, l. cum hæres. ff. de diverf. tempor. præscript.

Hæres sive testamento, sive ab intestato, potest facere Inventarium. text. in l. fin. §. cum agitur hæreditas, junct. §. sin autem dubius. C. de jur. deliber.

Hæres scriptus à fideicommissario, sed non à legatariis, adire compellitur. l. si qvis omissa. ff. si qvis omiss. caus. testam.

His prohibetur tacitè relinqvi, qvi palàm relictum capere non possunt. l. 1. C. de delator.

Hæredum jura omnia ferè perinde haben-

habentur, ac si continuò sub tempus mortis hæredes extitissent. l. omnia. 193. ff. de diverſ. R. I.

I.

Ignorantia hæredis defuncti vitia non excludit. l. cum hæres. 11. ff. de diverſ. tempor. præſcript.

Ignorantiæ juſtam cauſam habet ſuccedens in alterius locum. l. qvi. 42. ff. de diverſ. R. I.

Impugnans ultimam voluntatem, neceſſariò probet cauſam, qvare non valeat. l. ſi ſcriptum. C. de prob.

Qvi Impugnat judicium alicujus, non debet ex eadem hæreditate qvicqvam conſeqvi. l. qvæſitum. 40. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Inſtitutio, qvæ ab initio inutilis fuit, ex poſtfacto convaleſcere non poteſt. l. qvæ ab. 210. ff. de diverſ. R. I.

Inſtituere neminem, vel inſtitutum nolle adire. l. 2. §. qvisqvis. de vulg.

Ubi Inſtitutio legitima non fuit, ibi nec poteſt eſſe reſtitutio. 3. q. 1. c. DEus.

Institutio, & substitutio non habent locum in Codicillis, l. non codicillum. C. de testam.

Institutiones captatorias etiam in militis testamento nullius esse momenti, manifestum est. l. captatorias. 11. C. de testam. milit.

Intestatus propriè dicitur, qvi, cùm testari posset, testatus non est. l. 1. in pr. ff. de suis & legit. hæred.

Intestatus est, qvi aut omninò testamentum non fecit; aut non jure fecit; aut id, qvod fecerat, ruptum, irritumq; factum est, aut si ex eo nemo hæres extiterit. Instit. de hæred. qvæ ab intest. defert.

Intestatum videri aliqvem pro parte aliqvo casu, non est absurdum. l. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testam.

Nemo in Paganis testatus, & intestatus decedit. l. jus nostrum. 7. ff. de diverf. R. I.

L.

LEgatum est donatio qvædam, à defuncto relicta, ab hærede præstanda. l. legatum ff. de leg. §. 1. I. eod. Le-

Legatum, & emptio rei alienæ valet. l. rem alienam. ff. de contrah. empt.

Legatæ rei, vel per fideicommissum relictæ, dominium transfertur à morte testatoris. l. à Titio. ff. de furt.

Conditio non videtur repetita, qvæ Legatum inutile fecit. l. servo. 113. §. 4. de legat. 1.

Cum Legatur res aliena, legatarius probet, qvòd testator sciverit, alienam esse, vel obligatam, non autem hæredem, qvòd testator ignoraverit. l. diversum existimo. ff. de probat.

Legatorum vice funguntur donationes mortis causâ. l. etiam. 3. §. sedet 17. ff. de bon. libertor.

Legare fructum, & usumfructum, paria sunt. l. cum ita. 41. ff. de usu & usufruct. legat.

Legari potest res hostium. l. ab omnibus. 104. §. 2. de legat. 1.

Legato generali non derogant species, ex abundanti per imperitiam enumeratæ. l. legata, 9. ff. de supell. legat.

Legato

Legato nihil nocent temporis angustiæ. l. si mihi, 12. §. 1. ff. de leg. 1.

Legatum annuum in facto potiùs, qvã in jure consistit. l. pen. ff. de capit. dimin.

Legatum & libertas debentur, qvamvis testamentum rumpatur, l. cum mater. ff. de inoffic. testam.

Legatum revocatur voluntariâ alienatione, non autem necessariâ. l. rem legatam. ff. de adim. legat.

Uti Legavit qvisqve de re suâ, ita jus esto. Novell. 22. de nupt. c. secundùm verò.

Legatum non perimit falsa demonstratio. l. si sic. 75. §. 1. in fin. de legat. 1. §. huic proxima. Instit. de legat.

Legatum damno nunqvam esse potest. l. si hæreditatem. 32. ff. mand.

Legata per omnia fideicommissis sunt exæqvata. l. 1. de legat.

Legari potest, qvod apud hostes est. l. id qvod. 9. de legat. 1.

Legata turpia pro non scriptis habentur. l. turpia. 54. de legat. 1.

Lega-

Legatum in alterius arbitrium conferri potest. l. 1. §. 1. de legat. 2.

Legatum hominis orationis compendio singulos homines continet. l. Mævius. 60. §. 3. ff. de legat. 2.

Legata rectâ viâ ad legatarium transeunt. l. à Titio. 64. in fin. ff. de furt.

Legata, sub modo relicta, non petuntur, nisi cautione præstitâ de modo implendo. l. cum in testamento. de fideicommiss. libert.

Legatum filiæ relictum, cum nupserit, ab ea tale legatum haberi non potest ante nuptias. l. sancimus. C. de nupt.

Legatum debet afferre emolumentum qvoddam. l. qvi concubinam. ff. de legat. 3.

Legatum, sub unâ conditione ademptum, videtur esse relictum sub contrariâ conditione. l. aliqvando. ff. de condit. & demonstr.

Legatarios inter nullum ordinem observamus, sed simul omnes æqvaliter tuemur. l. is cui. §. qvi prior. ff. ut in poss. legat.

Lega-

Legatarius potest esse testis in causâ testamenti. l. qvi testamenti. ff. qvi testam. fac. poss. §. legatariis. Instit. de testam.

Legatarium plus juris habere, qvàm hæredem, aut ipsum testatorem, si viveret, absurdum est. l. aliud. 160. §. 2. ff. de R. I.

Legis una intentio est, ut, qvæ dispositа sunt à morientibus, impleantur. c. 1. §. 4. Novell. de hæredit. & Falcid.

Legi locus non est in eâ hæreditate, qvæ solvendo non est. l. si qvis solidum de hæred. instit.

Liberi certô judiciô à parentibus successione removendi sunt. l. sed sub conditione. 18. ff. de bon. poss. contr. tabb.

Liberi, in conditione positi, vocati non censentur. l. Lucius. in fin. junctâ Gl. de hæred. Instit.

Libertas de supremis judiciis constringi non potest. l. 52. §. 9. ff. pro soc.

Libertas, & legatum debentur, licèt testamentum rumpatur. l. cum mater. ff. de inoffic. testam. M.

M.

Militum voluntas in expeditione pro jure servatur. l. 1. C. de testam. milit.

Militum testamenta juris vinculo non subjiciuntur. l. 3. in pr. C. de testam. milit.

N.

Necessitas imponit implere deficientium voluntates eis, qvi habere permittuntur, qvæ illi reliqverunt. l. sancimus. 46. C. de Episcop. & cleric.

Necessarius hæres ex testamento repudians, ab intestato qvoqve repellitur, aut edictô tenetur. l. necessariis. de acqvir. hæred.

Necessariorum prætermissio nocet, non abundans cautela. l. testamentum. C. de testam.

Negligentia Cohæredis alteri non noceat. l. rem. 65. in fin. ff. de evict.

Nomina propria inducunt viriles partes; appellativa verò hæreditarias. l. turpia. §. fin.

Nominis proprii errore dispositio non vitiatur, secus appellâtivi. l. si qvis in fundi vocabulo. de legat. l.

P.

P.

NEmo in Paganis testatus & intestatus decedit. l. Jus nostrum. 7. ff. de divers. R. I.

Parentibus arbitrium dividendæ hæreditatis inter liberos adimendum non est. l. parentibus. C. de inoffic. testam.

Parentes ex magna causa possunt liberos exheredare. Novell. ut cum appell. §. ad hæc aliud. Constit. 115.

Pater sui filii non gratam hæreditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat acqvisitum. l. sancimus. 11. in fin. C. comm. de success.

Patris & filii testamentum pro uno habetur. l. fin. §. in secunda. ff. de vulg. & pupill. substit.

Patre mortuô qvædam filios seqvuntur, etiam anteqvam fiant hæredes. l. si maritus. 46. ff. famil. herciss.

Prælegata in vulgarem substitutionē non veniunt. l. Sextiliam, de legat. 3.

Præteritio fœminarum pro exhæredatione est. l. filiam præteritam. C. de inoffic. testam.

Testa-

Testamentum patris, in qvo filius Præteritus est, & non nominatim exhæredatus, non valet. Instit. de ex hæred. liber.

Possessio defuncti qvasi conjunctim descendit ad hæredem. l. cum miles. ff. ex qvibus caus. major.

Pugnantia inter se ubi testamentô juberentur, neutrum ratum est. l. ubi. 188. ff. de divers. R. I.

Q.

QVæsitum turpiter, vel scelere, ad commodum hæredis non debet pertinere. l. qvod diximus. 16. in fin. ff. qvod met. caus.

Qverela, etiam non præparata, ad liberos transmittitur. l. si qvis filium. C. de inoffic. testam.

R.

RElinqvisse nihil de suo videtur, qvi, qvod reliqvit, omninò reddere debuit. l. unum. 67. §. 1. de legat. 2.

Relicta ab instituto videntur, & censentur repetita à substituto. l. licet Imperator. ff. de legat. 1.

His

His prohibetur tacitè Relinqvi, qvi palam relictum capere non possunt. l. 1. C. de delator.

Reverentia exhibenda est tàm vivo, qvàm defuncto. l. apud. 4. §. adversùs. 16. ff. de dol. mal. & met. except.

S.

NOn corporis Sanitatem, sed mentis integritatem exigit testamenti factio. l. 2. ff. eod. tit.

Separatio dissolvit legatum. l. item legato. 49. §. sed. 6. de leg. 3.

A Significatione verborum recedi non aliter oportet, qvàm, cum manifestum est, aliud sensisse testatorem. l. non aliter. 69. in pr. ff. de legat. 3.

Solennitas interna facilè præsumitur, non externa. l. sciendum. de stipulat.

Errore scribentis testamentum juris Solennitas mutilari neqvaqvam potest. l. errore. 7. C. de testam.

Species, ex abundanti per imperitiam enumeratæ, generali legato non derogant. l. legatæ. ff. de supell. legat.

Sub-

Substitutio nihil aliud est, qvàm institutio hæredis, secundo vel tertio gradu facta. l. 1. in pr. l. 43. §. Lucius. ff. de vulg. & pupill. substit.

Institutio & Substitutio non habent locum in codicillis. l. non codicillum. C. de testam.

Substitutio translativa directò fieri non potest. §. fin. Instit. de pupill. substit.

Substitio vulgaris, etiam extranei, non tollit suitatem. l. qvæsitum. in fin. & l. si frater. C. de jur. deliber.

Substitutio pupillaris post pubertatem statim evanescit. l. verbis. 7. l. in pupillari. 14. ff. eod. tit.

Succedens in alterius locum, justam habet causam ignorantiæ. l. qvi. 42. ff. de divers. R. I.

Qvi Succedit alterius locô, ejus partibus fungi debet. l. qvædam. §. 1. ff. de edend.

Majorum Successione ob causas, vel casus humanos fraudari, perindignum est. l. unic. C. de his, qvi ante apert. tabb.

Succe-

Succedens in locum alicujus non est æqvum, nocere hoc, qvod adversus eum nocuit, in cujus locum successit. l. invitus. 156. ff. de R. I.

Succedens in jus, vel dominium alterius, jure ejus uti debet. l. qvi. 177. ff. de R. I.

Successio pro oneribus portionis suæ respondet. l. 2. C. ad L. Juliam. de vi publ.

Pactum de futura Successione nullius est momenti. l. pactum qvod dotali. & l. hæreditas. C. de pact.

Successionis jus plenius est, qvàm emptionis. l. Pomponius. 13. §. qvæsitum. 4. ff. de acqvir. vel amitt. possess.

Qvi Succedunt in universum jus, hæredis locô habentur. l. in pari. 128. §. 1. ff. de diverf. R. I.

Successionem hæreditariam prorsus abhorret Ecclesia DEI, nec pactum ullum potest fieri de succedendo Prælatis Ecclesiasticis, aut beneficiis Ecclesiæ. c. ex transmissa & ibi canonist. de presbyt.

Successione privatur, qvi impedit aliqvem,

liqvem, qvò minùs testetur. l. 2. C. si qvis aliq. test. proh. vel coëger.

Successores in Contractibus ex dolo eorum, qvi successerunt, non tántùm in id, qvod pervenit, verùm etiam in solidum tenentur, h. e. unusqvisqve pro eâ parte, qvâ hæres est. l. ad ea. 157. §. 2. ff. de diverſ. R. I.

Etiam in liberis hæredibus necessitas sine Suitate contingit. l. qvi patri. de acqvir. hæred.

Superflua non nocent, sed necessaria prætermissa imminuunt contractum, & testatoris officiunt voluntati. l. testamentum. 17. ff. de testam.

T.

TEmporis angustiæ legato nihil nocent. l. si mihi. 12. §. 1. ff. de legat. 1.

Tempus gratiâ promissoris in stipulationibus, in testamento pro hærede, nisi alia mens fuerit testatoris, adjicitur. l. cum tempus. 17. ff. de R. I.

Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia, de eo, qvod qvis post mortem

tem ſuam fieri velit. l. 1. ff. qvi teſtam. fac. poſſ.

In vita, ſive poſt mortem Teſtatorum, conditionem impletam eſſe ſufficit. l. ſi qvis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit.

Filiusfamilias Teſtamentū facere non poteſt. l. nemo. C. qvi teſtam. fac. poſſ.

Nemo facere poteſt, qvin leges habeant locum in Teſtamento ſuo. l. nemo poteſt. ff. de legat.

Teſtari licitum, ſed non paciſci de re aliena. l. fin. in fin. C. de pact.

Majores qvatuordecim annis Teſtamentum facere poſſunt. l. qva ætate. ff. qvi teſtam. fac. poſſ.

Ex Teſtamento concedere melius, qvod ab inteſtato prohiberi non poteſt. l. ventre. de acqvir. hæred.

Teſtamentum patris, & filii pro uno habetur. l. fin. §. in ſecunda. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.

Teſtamentô reſolutô, neqve legata, neqve fideicommiſſa debentur. l. cum duobus. C. de inoffic. teſtam.

Suc-

Successione privatur, qvi impedit aliqvem, qvò minùs Testetur. l. 2. C. si qvis aliq. test. proh. vel coeger.

Testamenti omnis vis solvitur, si nemo hæreditatem subiit. l. si nemo. 181. ff. de R. I.

Sententiæ ubi sunt diversæ, prævalet ea, qvæ pro testamento est, l. si pars. ff. de inoffic. testam.

Testamentum facere non possunt dubitantes de statu suo. l. 15. ff. qvi testam. fac. poss.

Nemo in suo Testamento cavere potest, ne leges in eo locum habeant. l. nemo. 55. de legat. 1.

Testamenti factio est publici juris. l. 3. ff. qvi testam. fac. poss.

Testamentorum jura per se firma esse oportet, non ex alieno arbitrio pendere. l. illa. 32. ff. de hæred. instit.

Testamentum qvamdiu potest valere, tamdiu legitimus non admittitur. l. tamdiu. 89. ff. de divers. R. I.

Testamenti verba fidem veri non re-

ſtringunt. l. verba. 6. C. de teſtam.

Teſtatoris voluntas legitima in omnibus dominatur. l. cum qvæſtio. 23. C. de legat.

Teſtamentum agnatione Poſthumi rumpitur. §. poſthumi. Inſtit. de exhæred. liber.

Teſtamentum eſt *inutile*, in qvo nemo hæres inſtituitur. §. imprimis. 2. Inſtit. de fideicom. hæred.

Teſtamentum noviſſimum hominis immobile perſeverat, qvia teſtatoris obitu confirmatur. c. cum Martha. §. cæterum. de celebratione miſſ.

Teſtamentum facere poſſunt, qvi à latronibus capti ſunt, cum liberi manent. l. qvi à latronibus. ff. de teſtam.

Teſtamentum licèt rumpatur, tamen legatum, & libertas debentur. l. cum mater. ff. de inoffic. teſtam.

Teſtamentum patris, in qvo filius præteritus eſt, & non nominatim exhæredatus, non valet. Inſtit. de exhæred. liber.

Teſtamentum militis inofficioſum di-

ci

ci neqvit. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam.

Testamentum facere potest, qvi manum amisit, qvamvis scribere non possit. l. qvi manus. ff. qvi testam. fac. poss.

Testamenti factio non exigit corporis sanitatem, sed mentis integritatem. l. 2. ff. eod. tit.

Testamenti faciendi jus non habet, qvi in potestate patris est. l. qvi in potestate. ff. eod. tit.

Testamentum facere non potest, nec ad testamentum adhiberi testis, qvi ob crimen famosum damnatus est. ibid.

Testamenti factionem qvi non habet, nec testis ad testamentum adhiberi potest. ff. qvi testam. fac. poss.

Testamentum est publici juris, ideò forma ejus pactis privatorum non læditur. l. 3. ff. de testam.

Testamentum morte confirmatur. l. 1. ff. de testam.

Testamentum nocte signari potest. l. ad testium. ff. qvi testam. fac. poss.

Testamentum facere potest detentus in Carcere. l. à latronibus. ff. qvi testam. fac. poss.

Testator potest aliqvem extraneum, & penitus ignotum hæredem instituere, ubi non sunt necessarii hæredes. l. extraneum. C. de hæred. instit.

Ubi agitur de pœnâ, à Testatore impositâ, non fit Extensio de uno casu ad alium. l. pater Severinam in pr. de condit. & demonstr.

Testatoris voluntatem differre hæredes, absurdum, & impium est. l. ancillam. 15. C. de fideicomm. libert.

Testatoris dispositio privata non potest generalem constitutionem Canonis immutare. c. reqvisist. de testam.

Testatoris voluntas est regina, & domina in ultimis voluntatibus. l. cum qvæstio. C. de legat.

Testator testari potest in qvacunqve instrumenti materiâ, membranis, vel charta, & qvibuscunqve verbis uti in institutionibus. l. qvoniam. 15. C. de testam.

In

In Testificationem testamenti fœminæ non sunt admittendæ. l. qvi testamento. §. mulier. ff. qvi testam. fac. poss.

Testis in testamento nemo existere potest, in qvo hæres institutus est. l. qvi testamento. ff. qvi testam. fac. poss.

Testes adhiberi possunt ii, cum qvibus testamenti factio est. §. testes. Instit. de testam. ord.

Testium numerô non possunt hæ personæ esse: Mulier, impubes, servus, furiosus, mutus, surdus, is, cui bonis interdictum est, & ii, qvos leges jubent improbos, intestabilesqvè esse. Instit. de testam. ord.

In Trebellianicam imputatur, qvod judiciô testatoris acqviritur. l. in qvartam. ff. ad L. Falcid.

Tutela qvo redit, eo hæreditas pervenit. l. qvo. 73. ff. de divers. R. I.

Certè Tutorem, procuratorem, curatoremve præsentem esse sufficit. l. 1. C. de confess.

Tutela est munus publicum. pr. Instit. de excusat. tutor.

Tutor habetur locô domini. l. cum plures. 12. §. 1. ff. de administr. tut.

Tutorem habenti tutor dari non potest. §. pen. Instit. de Curat.

V. U.

VItium personale non singularem, sed universalem afficit successorem. l. cum hæres. ff. de diverſ. & tempor. præscript.

Vitia defuncti non excludit ignorantia hæredis. l. cum hæres. 11. ff. de diverſ. & tempor. præscript.

De Viventis hæreditate qvi sollicitus, improbus est. l. 2. §. 2 ff. de vulg. & pupill.

De Viventis hæreditate non probè agitur. l. ita tamen. 27. §. à patre. ff. ad SC. Trebell.

Ultima dispositio, & primus Contractus prævalent. l. 4. C. qvi pot. in pign.

Uni duo pro solido hæredes esse non possunt. l. qvod. 41. §. 2. ff. de R. I.

Unô contextu actionis testari oportet. Est autem unus contextus, nullum alienum actum testamento intermiscere. l. si hæredes. ff. qvi testam. fac. poss. Vo-

Voluntas hominis est ambulatoria, usqve ad supremum vitæ exitum. l. cum hic. 32. §. 3. in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Nemo eam sibi legem imponere potest, ut à priore Voluntate recedere non liceat. l. si qvis in pr. testam. ff. de legat. 3.

Voluntas testatoris legitima in omnibus dominatur. l. cum qvæstio. 23. C. de legat.

Voluntates hominum variæ sunt. l. qvia poterat. ff. ad SC. Trebell.

Vestigia Voluntatis testatorum semper seqvimur. l. qvidam. 5. vers. sed antiqvitatem. de necess. serv. hæred. instit.

Publicè expedit, suprema hominum judicia exitum habere. l. negare. 5. ff. testam. qvem. aper.

Voluntas testatoris in ultimis voluntatibus regina, & domina est. l. cum qvæstio. C. de legat.

Voluntates sunt magis in legandis suis rebus, qvàm in alienis comparandis, & onerandis hæredibus faciliores. l. unum. 67. §. 8. de legat. 2.

Voluntas hominis sani pro jure legitimo haberi debet. l. Lucius. 88. §. fin. de legat.

Voluntas defuncti in conditionibus primum locum obtinet, atqve regit. l. in conditionibus. 19. in pr. ff. de condit. & demonstr.

Voluntas testantium non debet circumveniri. l. si cui. 92. ff. de condit. & demonstr.

Voluntates testantium in testamentis pleniùs interpretantur. l. in testamentis. 12. ff. de divers. R. I.

Voluntatis defuncti qvæstio in æstimatione judicis est. l. 7. C. de fideicom.

Voluntas ultima defuncti modis omnibus servari debet. 13. q. 2. c. ultima, l. 1. C. de SS. Eccles.

De contractibus, & ultimis Voluntatibus rectè arguitur. §. 1. Instit. de L. Fus. Can. toll.

Actus viventium suspendi possunt, non ultimæ Voluntates. l. fin. comm. prædior.

Volun-

Voluntatem ultimam impugnans necessariò probet causam, qvare non valeat. l. si scriptum. C. de probat.

Voluntatem extremam qvi in alterius dispositionē committit, non videtur decedere intestatus. c. cum tibi. de testam.

Voluntates testatorum sunt servandæ, & magis inspiciendæ, qvàm verba. l. cum inter. C. de fideicom. libert.

Voluntas testatoris, ut lex, servanda est. §. disponat. in auth. de nupt. coll. 4.

Voluntas prima trahit ad se ultimam. l. si mihi & §. Titio. §. fin. de legat. 2.

Voluntas testatoris qvando est dubia, ad judicem spectat ejus Interpretatio. l. voluntatis. & ib. Gl. 1. C. de fideicom.

Voluntariâ alienatione, non etiam necessariâ, legatum revocatur. l. rem legatam. ff. de adim. legat.

Utilitas publica, & communis est præferenda privatæ. Novell. de non alien. & non permut. reb. Eccl. §. oportet enim. Constit. 7.

CAP. VII.

DE DELICTIS.

A.

PEccatum non remittitur, nisi Ablatum restituatur. c. peccatum. de R. I. in 6.

Absens in criminibus damnari non debet. l. absentem. 5. ff. de pœn.

Melius est, pro veritate supplicium pati, qvàm pro Adulatione beneficium. c. nemo peritorum. 11. q. 3.

Adulterium sine dolo malo non committitur. l. pen. ff. ad L. Jul. de adult.

Uxor à marito de Adulterio potest accusari, non è contra. l. 1. C. de adult.

Non omnem Adulterum, & furem licet occidere. l. nec timorem. 7. §. 1. qvod met. caus.

Adulteri inter milites non sunt recipiendi. l. qvi cum uno. §. adult. de re milit. l. 4. §. 7. ff. de re milit

Adulterium propriè dicitur in nuptâ, qvasi transitus ad alterius thorum. l. inter liberas. ff. ad L. Jul. de adult.

Non

Non cupiditatibus, sed Affectionibus justis indulgendum. l. illud. de manumiss. vindict.

Æstimatio præteriti delicti nunqvam crescit ex postfacto. l, omnis. 138. §. 1. ff. de div. R. I.

Ætates in delictis neminem, excusare constat. l. 2. C. si adverss. delict.

Amici vitia si feras, facis tua. l. 9. in pr. ff. ad L. Jul. de adult.

Amico qvippiam rapere, furtum est. 12. q. 2. c. amico. 13. q. 2. c. qvi oblationes.

Conditionis melioris non sit, qvi rapit, qvàm, qvi clam Amovet. pr. Instit. de vi bon. raptor.

Animal non potest injuriam facere, qvia sensu caret. l. 1. §. 3. ff. si qvadrup. paup. fec. dic.

Ex Atrocitate delicti pœna major imponitur. §. qvi autem. Instit. de interdict. l. 1. ff. de vi privat.

Attentare delictum, vel delinqvere, paria sunt. l. si qvis non dicam. C. de Episcop. & cleric. l. is, qvi cum telo. C. de sicar.

Audacia mulierum est reprehendenda, qvia non licitum est, injicere manus in viros suos. in auth. de nupt.

Aliud est, Autorem delicti fieri, aliud, pati delinqvere. l. 3. ff. de noxal. action.

B.

A Blasphemiis, & perjuriis homines penitus conqvieſcant. l. alearum. 3. in fin. C. de aleat.

Bonæ fidei contrarius est dolus. l. si dolo. 5. C. de rescind. vendit.

Bonarum mentium est, etiam ibi culpas suas agnoscere, ubi culpa non est. c. ad ejus. in fin. distin. 5.

C.

CAlculi ratione, non maleficii hæredes tenentur. l. Sabinus. 29. ff. de dol. mal.

Calliditas sua nemini prodesse debet. l. sed & 11. §. 1. ff. ad exhibend.

Ex Calliditate, vel dolo suo nemo relevatur. l. verum. 63. §. tempus. 6. ff. pro soc.

Calliditatis suæ fructum nemo percipiat, l, si legatarius. 25. C. de legat. Cal-

Calliditas, non infirmitas fœminarum, auxilium demit. l. 2. §. 3. in fin. ff. ad SC. Vellejan.

Calliditatis fructum obtinere non possunt, qvæ contra fas gesta sunt. l. dubium. 3. C. de repud.

Calumniæ facultatem ex principali majestate capi non oportet. l. imperatorem. 91. ff. de hæred. instituend.

Calumniosè petit, qvem alius antecedit. l. Paulus. ff. de stipulat. prætor.

Calumniosa scriptura in judicio vim non obtinet. l. 2. ff. de fid. Instrum.

Calumniantium impudens audacia est refrenanda. l. omnes. 33. §. 8. C. de Episc. & cler.

Calumniatur non protinus, qvi non probat, qvod intendit. l. 1. §. 3. ff. ad SC. Turpill.

Qvi semel Calumniatus est, præsumitur adhuc velle calumniari, l. si cui. ff. de accus. §. iisdem.

Calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii, l. fin. C. de calumn. c. qvisqvis. 2. q. 8.

Ca-

Calumniari non oportet jus civile, neqve verba captari, sed, qvâ mente qvid dicatur, animadvertere convenit. l. ad exhibendum. 19. ff. ad exhib.

Cavillationis natura est, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, qvæ evidenter falsa sunt, perducatur. l. natura. 177. de V. S.

Qvi Celat, amovere videtur. l. si servum. 71. §. 6. ff. de acqvir. vel amitt. hæred.

Circumventio alterius alii non præbet actionem. l. alterius. ff. de R. I.

Circumvenire se in pretio contrahentibus naturaliter licet. l. in causa. 16. §. idem Pomponius. ff. de minor.

Circumveniri non debet voluntas testantium. l. ficui. 92. ff. de condit. & demonstr.

Conditionis levioris non fit, qvi vi rapit, qvàm, qvi Clam. amovet. pr. Instit. de vi bon. rapt.

Collusione aut inertiâ alterius, jus alterius non debet corrumpi. l. si pariter. 9. ff. de liber. caus. In

In Committendo gravius, qvàm in omittendo delinqvens punitur. l. Metrodorum. 40. ff. de pœn.

Committens contra legem, legis auxilium non debet invocare. l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor.

Committere non debeo, qvod ex officio alium prohibere teneor. l. altius. 15. ff. si servit. vindic.

Compensatione mutuâ paria delicta tolluntur. l. si duo. ff. de dol.

Conditionis melioris non sunt, qvi deliqverunt. l. 3. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Consensui nihil tàm contrarium est, ac qvi bonæ fidei judicia sustinet, qvàm vis, ac metus. l. nihil. 116. ff. de div. R. I.

Consilium corruptoris ad perniciem probitatis introductum est. l. si qvis. 20. C. de furt.

Contumacia litis damnô coërcetur. l. contumatia. 53. ff. de re judic.

Contumacis pœnam non patitur, qvem adversa valetudo, vel majoris causæ

sæ occupatio defendit. l. contumacia. §. 1. ff. de re judic.

Contumax est, qvi tribus edictis propositis, vel uno pro tribus (qvod vulgo peremptorium appellatur) literis evocatus præsentiam sui facere contemnit. l. contumacia. ff. de re judic.

Contumax non videtur, qvi ad majus auditorium vocatus, si litem inchoatam deseruit. l. contra. 54. ff. de re judic.

Contumacia cumulat pœnam. l. relegati. 4. ff. de pœn.

Contumax non debet melioris conditionis existere, qvàm obediens. c. contingit. de dol. & contum.

Contumacia in manifestâ reputatur offensâ. c. venerabilibus. §. secùs. de sentent. excommun. in 6.

Contumelia oreſcit ex persona ejus, qvi contumeliam fecit. l. sed si unius. 17. §. qvædam. 3. ff. de injur.

Conventio, vel dispositio invitans aliqvem ad delinqvendum, ipso jure nulla est. l. illud convenire, ff. de pact. dot.

Cor

Cor dum tribulatione premitur, ad memoriam culpæ revocatur. c. Nervi. distin. 13.

Corruptus est, qvi contemnit dominum. l. 15. ff. de serv. corrupt.

Corrumpi judicem, qvoad ejus pœnam, precibus, vel pecuniâ, paria sunt.

Corrumpere non licet judicem pro justâ causâ. l. 2. §. 2. ff. de condict. ob just. turp. vel injust. caus.

Qvi ob Crimen famosum damnatus est, testamentum facere non potest, nec ad testamentum adhiberi testis. l. qvi in potestate. ff. eod. tit.

Crimina non debent remanere impunita. l. ita vulneratus. §. fin. ff. ad L. Aqvil.

Crimina, & infamia respiciunt corpus delinqventis. Injuria verò bona solummodo. l. ex judiciorum publicorum. ff. de accusat.

Crimen confiteri videtur, qvi paciscitur. l. 5. ff. de his qvi not. infam.

Crimen, vel pœna paterna nullam macu-

maculam filio infligere potest. l. 26. ff. de pœn. q. 4. c. crimen.

Crimen nullum patitur is, qvi non prohibet, cum prohibere non potest. l. nullum. 109. ff. de R. I.

Criminis alieni infortuniô alium adstringi, durum est. l. res uxoris. 24. C. de donat. int. vir. & ux.

Crimen contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar.

Crimen morte finitum est. l. fin. reus vel accusat. mort. fuer.

Criminosum unumqvemqve non dignitas, sed pœna debet comitari. l. ne qvis. 38. C. de decur.

Ad Criminis reatum non pertinet, cujus conscientiam non habuit. 1. q. 6. c. sicut.

Crimen propter multitudinem non transit inultum. 1. q. 7. c. qvoties.

Crimen notorium nullâ tergiversatione potest celari. c. tua nos. de cohabit. cler.

Culpæ

Culpæ reus est, qvi per loca insidiosa servum mittit. l. qvi petitorio. §. 1. ff. de rei vindic.

Culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, bonarum mentium est, qvia sæpè sine culpâ agitur, qvod venit ex culpâ. c. ad ejus. in fin. dist. 5.

Nemini casus, sed Culpa imputatur. l. si ex plagis. §. fin. ff. ad L. Aqvil.

Qvi non est in Culpâ, non debet esse in pœnâ. l. si ideò. ff. de his qvibus, &c.

Culpabilis est, qvi prior percussit. l. si ex plagis 52. §. 1. ff. ad L. Aqvil.

Culpæ reus est, qvi operâ malorum hominum utitur. l. si qvis absentis. 5. in fin. ff. de O. & A.

Culpa lata est nimia negligentia, id est, non intelligere, qvod omnes intelligunt. l. cedere. in fin. ff. de V. S.

Culpa magna dolus est. l. magna. 226. ff. de V. S.

Culpa est, immiscere se rei, ad se non pertinenti. l. culpa. 36. ff. de diverſ. R. I.

Culpâ caret, qvi scit, qvod prohibere

re

re non potest. l. culpa. 50. ff. de div. R. I.

Culpa ejus nulla est, cui parere necesse est. l. is, 169. ff. de div. R. I.

Culpabili dissimulatione nefanda licentia non corroberetur. l. fin. in fin. C. de incest. nupt.

Culpa similis est, tàm prohibita discere, qvàm docere. l. culpa. C. de malefic. & mathem.

Culpa cum non exigitur, secundùm rationem humilitatis æqvales sumus. c. de Constantinopolitana. dist. 22.

Culpæ sunt, in qvibus culpa est, relaxare vindictam. c. qvia sunt. dist. 28.

Culpas qvi corripere metuunt, in cassum delinqventibus promissâ securitate blandiuntur. c. sit rector. dist. 43.

Culpa est, ignorare, qvod publicè notum est. c. 1. de postul. prælat.

Culpa lata dolo æqviparatur. l. qvod Nerva. ff. depos.

Non Cupiditatibus, sed justis affectionibus indulgendum. l. illud. de manumiss. vindict.

Custo-

Custodia adversùs vim parvum proficit. l. si ea res. 31. de act. empt. & vendit.

Custodia, ne damnum injuria ab alio datur, consequi non potest. l. sed de damno. 41. ff. locat.

D.

DAmnum, quod quis ex suâ culpâ sentit, non intelligitur sentire. l. quod quis. 203. ff. de R. I.

Damno magis, quàm lucro, in pari causa consulendum est. l. fin. §. licentia. C. de jur. deliber.

Debitores negantes non oportet armatâ vi terreri. l. negantes. 9. C. de O. & A.

Deceptis, non decipientibus jura opitulantur. l. 2. §. 3. ff. ad SC. Vellejan.

Decipi non debent contrahentes. l. sed si 11. §. 5. in fin. ff. de instit. action.

Decipi non censetur, qui scit, se decipi. l. 1. §. si intelligatur. ff. de ædil. edict.

Aliud est, Deceptionis excessum probasse, aliud, probare quantitatem valoris. c. cum causa, de testib.

Deci-

Decipientis delictum prætextu humanæ fragilitatis in periculo homines innoxium esse non debet. l. illicitas. 6. §. 7. ff. de offic. præsid.

Deceptis sine culpâ suâ, succurri oportet. l. Divus. 7. §. 1. ff. de in integr. restit.

Defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur. l. 3. C. ad L. Cornel. de sicar.

Dejicit &, qvi mandat. l. hoc. 152. §. 1. ff. de div. R. I.

In Delictis minoribus non subvenitur. l. si ex causa. 9. ff. de minor.

Ad Delicta facilè labitur humana natura. Novell. de Monach. §. si verò. Const. 5.

Paritas Delicti paritatem pœnæ reqvirit. l. nihil interest. de adult.

Delinqvere, & delinqventi non resistere, paria sunt. l. 3. §. tantundem. de admin. tut.

Ad Delicti augmentationem seqvitur augmentatio pœnæ. l. 3. C. de Episcop. aud.

Delicti

Delicti præteriti æstimatio nunqvam crescit ex postfacto. l. omnis. 138. §. 1. ff. de div. R. I.

Qvi Deliqverunt, melioris conditionis non sunt. l. 3. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.

Ex delicto suo nemo suam conditionem meliorem facere potest. l. non. 134. §. 1. ff. de R. I.

Ad Deliqvendum invitans conventio, seu dispositio, ipsô jure nulla est. l. illud convenire. ff. de pact. dotal.

Ex cujus Delicti principio consilium delinqventis nemini obest, suffragiô justæ pœnitentiæ absolvitur. l. qvi falsam. 19. ff. ad L. Cornel. de fals.

Teneri eum, qvi Delicti princeps, justius est, qvàm, eum qværi, ad qvem res perlatæ sunt, l. in hoc. 10. ff. de serv. corrupt.

Delictum non modicum est, divertere à marito. l. 9. §. si mulier. 3. ff. de minor.

Delinqvens in committendo gravius, qvàm in omittendo, punitur. l. Metrodorum. 40. ff. de pœn.

Delictum nihil habet commune cum veniâ. l. Papinianus. 20. ff. de minor.

Delictis nemo exuitur mutatione status. l. 2. §. nemo. 3. ff. de capit. dimin.

Delictum ob multum populum transfit inultum. c. qvantumcunqve. 1. q. 7.

Palam Delinqventes, ut errantes, majore pœnâ excusantur; clam committentes, ut contumaces, plectuntur. l. fin. ff. de rit. nuptiar.

Par est Delictum accusatoris, prævaricatoris, & defugientis veritatis inqvisitionem. l. de crimine. 10. C. ad L. Juliam, de adult.

Participem Delicti se facit, qvi fert opem. l. item. ff. ad L. Aqvil.

Delicta puniri, publicè interest. l. ita vulneratus. in fin. ff. ad L. Aqvil.

Pœna cum Delicto commensuranda. l. omnes peregrini. C. comm. de succes.

Delinqventibus prætor non subvenit. l. sed etsi. 26. §. 6. ff. ex qvib. caus. major.

Delinqvendi occasio est tollenda. l. 1. §. 1. ff. naut. caup. stab.

Delin-

Delinqvit nihil, qvi domino obtemperat. l. 2. §. 1. ff. de nox. act.

Delictum non debemus præsumere. l. meritò. 51. ff. pro soc.

Delictorum turpis, atqve fœda communio. l. qvod autem. 53. ff. pro soc.

Delinqvere is dicitur, qvi facit, qvod facere non debet, & qvi omittit, qvod omittere non debet. l. tutor qvi repertorium. in pr. ff. de admin. & peric. tut.

Delinqvendo qvis non fit pretiosior. l. pretia. 63. ff. ad L. Aqvil.

Delictum personam non egreditur. l. si sine tabula. 4. ff. de tab. exhib.

Nemo alterius non Delinqventis conditionem deteriorem facere potest. l. 2. qvod vi aut clam.

Delicta plura in unâ re plures admittunt actiones. l. plura. 3. ff. de O. & A.

Delinqvit non mediocriter, qvi Lenocinium in Uxore exercuit. l. mariti. 29. §. qvi. 3. ad L. Jul. de adult.

Delicta considerantur causâ, personâ, loco, tempore, qvalitate, qvantitate,

& eventu. l. aut facta. §. 1. ff. de pœn.

Delictum unum eâdem lege variis æstimationibus non coërcetur. l. sanctio. 41. ff. de pœn.

Delictum par est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa. l. 2. ff. ne qvis eum, qvi in jus vocatus est, vi exim.

Delicti Venia petentibus datur. l. Manichæos. 4. §. 6. C. de hæret.

Delinqventes seipsos pœnæ subjiciunt. l. imperatores. 34. ff. de Jur. fisc.

Delinqventes, præter locum domicilii, & delicti commissi, in qvolibet etiam loco, in qvo reperiuntur, conveniri possunt. l. 1. C. ubi de crimin. agi oport.

In Delicto æqvali similes imminere pœnas, justum est. Novell. 127. ut frat. filii. c. qvia verò. 4.

Delinqvens, alibi repertus, ad petitionem judicis ejus loci, ubi delictum patratum est, ad hunc judicem ipsum remitti debet. Novell. ut nulli judic. 132. cap. 5.

Sine

Sine Delicto carnali nemo invenitur. c. qvia tua sanctitas. distin. 50.

Delictum personæ in damnum Ecclesiæ non est convertendum. 16. q. 6. c. si Episcopum. c. delict. de R. I. in 6.

Delicta non oportet esse impunita. l. si ita vulneratus. §. fin. ff. ad L. Aqvil.

Delictum freqvens auget pœnam. l. capitalium. §. solent qvidam. ff. de pœn.

Delictum patris filio nocere non debet; qvia pœna ipsum delinqventem sequitur. l. adoptivũ. §. fin. ff. de in jus voc.

Delicta paria mutuâ Compensatione tolluntur. l. si duo. ff. de dol. mal.

Delinqvens in eo loco, in qvo deliqvit, puniri debet. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn.

Delinqvere in faciendo, minus malum est, qvàm in mandando delicta. l. Julianus. §. 1. ff. de act. empt.

Injustè Detinere, vel invadere res alienas, paria sunt. c. sæpè. de restit. spol.

Dissimulare illius opprobrium non debemus, qvi probra nostra delevit. c. in nonnullis. de Judæ.

Diuturnitas temporum Delictum non minuit, sed auget. c. non satis. de Simon.

Dolus jus dicentis debet puniri. l. 2. ff. qvod qvisqve jur.

Ex Dolo suo nemo præmium debet reportare. l. ita demum. ff. de arbitr.

Adversus Doli exceptionem de dolo non replicatur. l. apud. §. Marcellus. de dol. except.

Ex Dolo suo, vel calliditate nemo relevatur. l. verũ. 63. §. tempus. ff. pro soc.

Dolus, & fraus in qvolibet actu intelligitur exceptus. l. creditor. 6. §. Lucius. ff. mand.

Dolum re ipsâ, vel ex proposito intervenire. l. fin. C. qvi manum. non poss.

Doli sui pœnam unusqvisqve sufferat. l. si ex. ff. de tutel. & ration. distr.

Exceptio Doli non solet nocere his, qvibus voluntas testatoris non refragatur. l. qvi cum. §. 1. ff. divers. R. I.

Dolus est contrarius bonæ fidei. l. si dolo. 5. C. de rescind. vend.

Dolus cum dolo compensatur. l. ex

hoc

hoc 3. §. 3. ff. de eo, per qvem fact. est.

Si Dolus det causam contractui, ipsô jure nullus est contractus. l. & eleganter. in pr. ff. de dol. mal.

Dolo inest fraus. l. Jurisgentium. 7. §. sed si fraudandi. 10. de pact.

Dolus est, si qvis nolit perseqvi, qvod perseqvi potest. l. dolus. 44. ff. mand.

Dolus ex casu supervenienti non purgatur. l. Julianus. 13. §. 12. ff. de act. empt. & vend.

Dolus adversarii si dedit causam contractui, contrahens pœnitere potest, &, qvod dedit, repetere. l. cum. 60. §. mandavi. 4. ff. locati.

Dolus commissus in faciendo non purgatur, licèt res in pristinum statum reducatur. l. 1. §. si rem. ff. depos.

Dolus autoris bonæ fidei emptori non nocet. l. dolum. 3. C. de per. & comm. rei vend.

Dolus regulariter non præsumitur, nisi probetur. l. qvoties. 18. §. 1. ff. de prob.

Dolus Tutorum puero neqve nocere, neqve prodesse potest, l. dolus. 3. ff. qvand. ex fact. tut. l. neqve. 198. ff. de R. I.

Dolô non caret, qvi, honore proprio omisso, lucrum appetit. l. Julianus. 26. ff.

Dolus malus non tantùm in eo est, qvi fallendi causâ obscurè loqvitur; sed etiam, qvi insidiosè obscurè dissimulat. l. ea qvæ in fin. ff. de contrah. empt.

Doiô non facere videtur, qvi fraudem excludit. l. cum pater. 77. §. Titio. 31. in fin. de legat. 2.

Dolô carent, qvi de jure suo docere parati sunt. l. 3. §. si qvis. 5. ff. qvod vi aut clam.

Dolo malo facere non videtur, qvi suo jure utitur. l. qvod. 3. §. 2. ff. deliber. hom. exhib.

Dolô facit, qvi petit, qvod Redditurus est. l. dolo. 8. ff. de dol. mal. & met. except.

Dolosus non est, qvi putat, dominum consensurum fuisse. l. inter. 46. §. rectè. 7. ff. de furt.

Dolo

Dolô qvi possidere desiit, pro possidente damnatur, qvia pro possessione dolus est. l. 131. ff. de R. I.

Dolô qvi fecit, qvò minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. l. ad ea. 157. §. 1. ff. de R. I.

Dolo non videtur exeqvi, qvi ignorat causam, cur non debeat petere. l. qvi. 177. §. 1. ff. de R. I.

Dolô carere non potest, qvi imperio magistratus non paruit. l. non potest. 199. ff. de diverſ. R. I.

Dolus volentibus non infertur. l. cum donationis. 34. C. de transact.

Dolum ex indiciis perspicuis probari convenit. l. dolum. 6. C. de dol.

Dolus dicitur delictum. l. 1. §. planè. 14. ff. de tut. & rat. distrah.

Dolus eis, qvi non sunt in culpâ, non debet imputari. c. si compromissarius. de elect. in 6.

Dolô facit, qvi contra Transactionem expertus, amplius petit. l. eleganter. 23. §. si qvis. 3. ff. de condict. indebit.

Dolus, aut desidia alterius alii nocere non debet. l. electio. §. pen. ff. de noxal. act.

Doli actione nullus agere debet, ubi alia actio competit. l. 1. ff. de dol. mal.

Dolo nullus facere videtur, qvi suo jure utitur. l. nullus. ff. de R. I.

Dolo creditor facit nihil, qvi suum recipit. l. nihil. de R. I.

Dolus præsumptus impedit restitutionem. l. auxiliū. §. interdictis. ff. de minor.

Dolosus esse nemo videtur, qvi ignorat causam, cur non debeat petere. c. qvi in jus. ff. de R. I.

Dolosus doloso non tenetur, nec arenarius arenario. l. si duo. ff. de dol. mal.

Dolis ac fraudibus omnibus modis occurrendum est. l. 1. de dol. c. sedes de rescript.

E.

EBrietas omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. c. fin. dist. 35.

Si Ebrietas non fuisset, servitus hodie non esset. c. sexto. dist. 35.

Vinum bibere ita permittitur, ut Ebrietatem fugiamus. c. deniq; dist. 4. Ec-

Ecclesiam fraudare, Sacrilegium est. 12. q. 2. c. amico. 13. q. 2. c. qvi oblationes.

Effractores nocturni atrociores sunt. l. 2. ff. de effract.

Eleemosyna unius alterius peccatum non fiat. 12. q. 2. c. injustum.

Qvi Eludit jus, judicem, & partem, ut in eum jura insurgant, justum est. c. 1. de appellat. in 6.

Emendicatis suffragiis non debemus uti in criminalibus. l. singuli. 14. C. de accusat. & inscript.

Emptoris dolus qvalitate facti, non qvantitate pretii, æstimatur. l. dolus. 10. C. de rescind. vend.

Errans in uno dicitur reus. l. etiam 111. de leg. 1.

Error in proprio facto non præsumitur, nisi probetur. l. si hæres. §. fin. ad Trebell.

Ubi Exceditur magis, ibi serverius vindicandum. c. fin. de excess. prælat.

F.

FAcinus par qvos inqvinat, & æqvat,

utrosqve similis pœna comitetur. l. si qvemqvàm. 31. in fin. C. de Episc. & cler. c. sanè. 15. q. 3.

Fallaciis hominum occurrendum est. l. 1. §. causa. 2. ff. de ædil. edict.

Coactus Fallens nihil agit. l. qvi in aliena. 6. §. fin. ff. de acqv. vel amitt. hæred.

Falsum non est, qvod primordio veritatis adjuvatur. l. cum filius. 76. §. hæres. de legat 2.

Falsitas nihil aliud est, qvàm veritatis immutatio. Novell. 37. de instrum. caut. in præfat.

Falsum approbare, est Erroris proprium. c. qvamvis. dist. 38.

Fallacia omnis à veritate est penitus aliena. c. in qvædam. de celebr. missar.

Famosa actio non debet temerè decerni. l. 1. §. ait Prætor. ff. de dol. mal.

Qvi ob Famosum crimen est damnatus, testamentum facere non potest, nec ad testamentum testis adhiberi poterit. ff. qvi testam. fac. poss.

Famosi severiùs, qvàm integræ famæ homi-

homines, puniuntur, l. 28. in fin. ff. de pœn.

Flagitiis præsidia qværere, indignum nimis, item impium. l. legem. 7. in fin. C. de nat. liber.

Fœdus naturale nihil sævi criminis existimari permittit. l. eum qvi. 19. C. de Episc. & cler.

Fraude non caret, qvi conventus testatò perseverat. l. aut prætor. 10. §. si qvis. 3. ff. qvæ in fraud. credit.

Fraus & dolus in actu qvolibet intelligitur exceptus. l. creditor. 60. §. Lucius. ff. mand.

Fraus non ex Eventu duntaxat, sed ex consilio qvoqve desideratur. l. fraudis. 79. ff. de diverſ. R. I.

Fraudare nemo videtur eos, qvi sciunt, & consentiunt. l. nemo. 145. ff. de diverſ. R. I.

Fraus & dolus prodesse, & simplicitas alii nocere non debet. l. 1. ff. de dol. mal.

Fraus debet in suum autorem retorqveri. l. pen. C. de legat.

Fraudis suspicionem par affectio amovet. l. non solũ. §. de uno. ff. de rit. nupt.

Fugitivum habere non licet, furem autem habere possumus. l. Julianus. 13. §. 1. ff. de act. empt. & vend.

Qui in Fuga est, ibi non moratur. l. Titius. 9. ff. de serv. export.

Qui murorum undiqve ambitu, ne Fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, ubi brevior murus ingeritur. c. nerv. i dist. 13.

Fugere solent dlerumqve Rei conventi. l. properandum. §. & siqvidem pars. C. de judic.

Fur semper est in morâ. l. in re furtivâ. 8. §. 1. de condict. furtiv.

Multum interest, Furem qvis celet, an non indicet: qvi novit, furti non tenetur: qvi celat, hôc ipso tenetur. l. qvi vas. 48. §. 1. ff. de furt.

Non omnem Furem, vel adulterum licet occidere. l. nec timorem. 7. §. 1. qvod met. caus.

Furem nocturum siqvis occiderit, ita demum

demum impunè feret, si parcere ei sine suo periculo non potuit. l. furem. ff. ad L. Cornel. de sic.

Fur manifestus plus punitur, qvàm raptor. §. qvadrupl. Instit. de act.

Furtum à furvo, hoc est, nigro dictum est, qvòd clam & obscurè fiat, & plerumqve nocte. §. 1. Instit. de obligat. qvæ ex delict. nasc.

Res Furtiva in domini potestatem veniisse videtur, si ejus vindicandæ potestatem habuerit. l. potestatis. 215. de V. S.

Super Furto, & Injuriâ paciſci, jure civili permissum est. l. si tibi. ff. de pact. fallit hodiè.

Actio Furti competit, cujus interest, rem salvam esse, licèt non sit dominus. §. furti actio. Instit. de oblig. qvæ ex delict. nasc.

Actio Furti pro re modicâ datur, sed non doli. l. qvi saccum. de furt. junct. l. si oleum in fin. de dol.

Ad Furtum minuendum nihil facit, qvòd, cujus sit, ignoret. l. falsus. 43. §. 4. ff. de furt.

Signum qvi Furanti præbuit, perinde habetur, ac si manifesti furti damnatus esset, & famosus efficitur. l. sacrilegii pœnam. ff. ad L. Jul. pecul.

Furtum sine animo lucrandi non committitur. l. si qvis testamentum. in fin. de furt.

Furti vel injuriarum pœnam timere, expedit. l. si unus. 27. §. 4. ff. de pact.

Furtum est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel usus ejus, possessionisve, qvod lege naturali prohibitum est admittere. §. furt. Instit. eod.

Furtū aliqvando fieri potest in re propriâ. Instit. de oblig. qvæ ex delict. nasc.

Furta domestica, si viliora sunt, publicè vindicanda non sunt. l. perspiciendum. 11. §. 1. ff. de pœn.

Furtum facit, cum qvis indebitos nummos sciens acceperit. l. qvoniam. 18. ff. de condict. furt.

Furtum non tàm in qvantitate rei, qvàm in affectu furantis consideratur. 14. q. 6. c. hi qvi.

Fur-

Furtum sine affectu furandi non committitur. §. placuit tamen. Instit. dict. tit. & l. furtum. ff. de usucap.

Furtum facit is, qvi jumenta sibi commodata longius duxerit, aliâvè re invito domino usus sit. l. jumenta.

Furti species est, de alieno largiri. l. filius. ff. de dol. mal.

H.

HOmicida etsi certus sit, tamen habenda qvæstio est, ut cædis mandator inveniatur. l. etsi. 6. ff. de SC. Syllan.

Hominem homini insidiari, nefas est. l. ut vim. 3. ff. de J. & J.

De Hominis ejusdem admisso sæpiùs non est qværendum. l. licet. in fin. ff. naut. caup. stabul.

Honestus modus servandus est, non immoderata cujusqve luxuria seqvenda. l. ex damni. 40. ff. de damn. infect.

I.

ILlicitum non excusat prætextus liciti. l. illicitas. ff. de offic. præsid.

Minùs peccat, qvi Illicita docet, qvã, qvi discit. l. 2. C. de hær. Illu-

Illusio, & variatio in personis Ecclesiasticis maximè sunt vitandæ. Clem. 1. de renunc.

De Improbitate suâ nemo consequitur actionem. l. itaque fullio, 12. §. 1. ff. de furt.

Impunitas delicti propter ætatem non datur. l. impunitas. 7. C. de pœn.

Non Impunita oportet esse delicta, l. si ita vulneratus. §. fin. ff. ad L. Aquil.

Impunitas audaciam tribuit delinquendi. l. si quis servo. C. de furt.

Impunitum esse debet, quod ex levitate procedit sine damno proximi. l. 1. C. si quis Imp. maled.

Sunt, qui Incantatores sibi profuisse, cum prædicatione affirment. l. 1. §. 3. ff. de extraord. cognit.

Ignominia cessat in condictionibus, quamvis ex famosis causis pendeant. l. cessat. 36. ff. de O. & A.

Incendia plerumq; culpâ inhabitantium fiunt. l. 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil.

Incen-

Incendium sine culpâ fieri non potest. l. si vendita. 11. ff. de peric. & commod. rei vendit.

Multum interest, furem qvis celet, an non Indicet, qvi novit, furti non tenetur, qvi celat, hôc ipso tenetur. l. qvi vas. 48. §. 1. ff. de furt.

Ex Indiciis perspicuis facilè arguitur iniqvitas Invasoris. c. pastoralis. in fin. de caus. & poss. propr.

Ingratitudo tollit debitum naturæ. Novell. 22. de nupt. cap. optimè verò.

Injuria est marito, qvondam ejus uxorem insepultam relinqvi. l. qvod si. 28. de religios. & sumpt. funer.

Ab omni Injuriâ, & vi penitus abstinendum. l. 1. §. 1. ff. qvod vi aut clam.

Contra Injuriam, & vim licita est defensio. l. ut vim. ff. de J. & J.

Super Injuria, & furto paciſci, jure civili licitum est. qvod hodiè non procedit. l. sic tibi. ff. de pact.

Animal non potest Injuriam facere, qvia sensu caret. l. 1. §. 3. ff. si qvadrup. paup. fec. dic.

Qvod

Qvod ex levitate procedit, contemnendum est, qvod ex insaniâ, miseratione dignum, qvod ab Injuriâ, remittendum est. l. un. C. si qvis Imper. maledix.

Injuriarum vel furti pœnam expedit timere. l. si unus. 27. §. 4. ff. de pact.

Injuriæ æstimatio crescit, ac minuitur secundùm gradum dignitatis, vitæqvè honestatem. §. pœna autem. Instit. de Injur.

Præsumitur id, qvod malè actum est, semper Injuriam habere. l. si qvis. ff. ad L. Aqvil.

Injuria, qvæ fit emptori, autorem non debet contingere. l. si per Imprudentiam. in pr. de evict.

Injuria ex affectu fit, damnum ex culpa. l. qvi servum. 34. in pr. ff. de O. & A.

Injuria non fit volenti. l. 1. §. 5. in fin. ff. de injur.

Injuria est atrocior, qvæ fit in conspectu. l. prætor. 7. in fin. ff. de injur.

Injuria tantò major est, qvantò à pluribus admissa est; & tot sunt Injuriæ, qvot

qvot & personæ Injuriam facientium. l. si plures. 34. ff. de injur.

Injuriam facit judicio Synodi reverendissimæ, si qvis semel judicata, ac rectè dispositа revolvere, & publicè disputare contenderit. l. nemo. 4. C. de summ. Trinit.

Injuriarum non nascatur occasio, unde jura nascuntur. l. meminerint. 6. C. unde vi.

Injuria est non habere hæredem, hoc est, vero simile, qvem hæredem nolle habere. l. qvib. ex caus. manum. non lic.

Injuriam qvi non repellit à Socio, si potest, tàm est in vitio, qvàm ille, qvi facit. 23. q. 3. c. non inserenda.

Injuriam facit martyri, qvi orat pro martyre. c. cum Marthæ. §. tertio loco de celebr. miss.

Injuriam nemini facit, qvi suo jure utitur. l. nullus. ff. de R. I.

Innocentiâ, non relatione criminum, reus purgatur. l. si qvi. ff. de publ. judic.

Ita judicium nocens subterfugit, qvemadmo-

admodum, ut absolvatur, qvi est innocens, qværit. c. nullus. de præsumpt.

Hominem homini Insidiari, nefas est. l. ut vim. 3. ff. de J. & J.

Invasor locorum tenetur pœnâ legitimâ. l. invasor. 5. C. unde vi.

Jocosus actus non disponit. l. sicut. C. de liber. caus.

Jocari, non mentiri videtur. l. si ante. 14. de interrog. injur. fac.

Per Jocum qvod fit, non est siniſtrè interpretandum. l. 3. §. 3. de Injur.

Ira etiam sæpè Innocentes in crimen adducit. 11. q. 3. c. ira etiam.

Jure publicô qvi utitur, non videtur injuriæ faciendæ causâ hoc facere. l. injuriarum. 13. §. 1. ff. de injur.

Jure suo nemo sine suâ culpâ privari, vel fraudari debet. C. discretionem. c. Jordanæ. de eo, qvi cognov. consangv. uxor. suæ.

Jus civile non oportet calumniari, neqve verba captari, sed, qvâ mente qvid dicatur, animadvertere convenit. l. ad exhibendum. 19. ff. ad exhib.

Jus

Jus ſummum ſumma ſæpè Injuria eſt. l. ſi ſervum. §. ſeqvitur. ff. de V. O.

Juſtitia non poteſt cum ſcelerato homine habere commercium. c. forus. in fin. de V. S.

L.

LÆſio nulla ubi ſubeſt, fruſtra remedium qværitur. l. ex conſenſu. in pr. de appellat.

Per Laſciviam, vel vinum lapſis pœna capitalis remittenda eſt. l. omni delicto. 6. §. 7. ff. de re milit.

Latere te in vicinio non potuit, qvod ad nos longinqvo pervenit. l. qvanto de præſumpt.

Nemo dominum ſuum deſerit, ſciens, nusqvam ſibi Latendi locum eſſe derelictum. l. ſervos. 12. C. de agric. & cenſ.

Non Latitat, qvi ſui non eſt idoneus defenſor. l. ſi minor. 5. ff. de reb. aut. judic. poſſid.

Nemo cogitur Latitantem debitorem exhibere. l. fin. §. 2. & 3. ff. deliber. hom. exhib.

Late-

Latere diu sine receptatore latro non potest. l. congruit. in pr. ff. de offic. præsid. l. 1. ff. de receptat.

Latenter qvod introductum est, per vim, aut aliter illicitè, nullâ debet stabilitate subsistere. l. sæpè. de restit. spoliat.

A Latronibus capti testamentum facere possunt, dum liberi manent. l. qvi â latronibus. ff. de testam.

Nullus parcat militi, cui obviare telô oporteat, ut Latroni. l. 1. C. qvand. liceat unicuiqve sine judic. se vindic.

Latronem insidiantem qvi occiderit, non tenetur; utiqve, si aliter periculum effugere non potest. §. Injuria. Instit. ad L. Aqvil. l. fi ut allegas. C. ad L. Cornel. de sicar.

Latrones possunt torqveri per qvæstiones die feriatô. l. provinciarum. C. de fer.

Lenocinium facere, non minus est, qvàm corpore qvæstum exercere. l. palam. 43. §. 6. ff. de rit. nupt.

Lenocinium mariti ipsum onerat, non ma-

maritum excuſat. l. 2. §. ſi publico. ff. ad L. Jul. de adult.

Lenocinium maritus committit duobus modis: alterô modô, qvando uxorem ſuam vendit. l. mercalem. C. de cond. ob turpem cauſam.

Alterô modô, qvando maritus uxorem condemnatam de adulterio penes ſe habet, vel ſciens eam adulteram retinet. l. 2. C. ad L. Jul. de adult.

Qvod ex Levitate, ſine damno proximi, procedit, impunitum eſſe debet. l. 1. C. ſi qvis Imp. maledix.

Qvod ex Levitate procedit, contemnendum. l. unic. C. ſi qvis Imper. maledix.

Leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare debent. l. divæ. 65. in fin. C. de decur.

Liberalitatis cauſa à criminatione ſeparata eſt. l. ſi maritus. 10. C. de donat. int. vir. & uxor.

Libido in culpa eſt, non uſus rerum. c. qvisqvis. diſt. 41.

Libidinum injuſta deſideria nulla de

cætero venia defendet, l. legem. 7. C. de natural. liber.

Lingvæ lubricum ad pœnam non facilè est trahendum, l. famosi. 7. ff. ad Jul. majest.

Ludus non potest appellari, ex qvo crimina oriuntur. de jur. dot. ratio. §. 9.

Ludus noxius in culpa est. l. nam. 10. ff. ad L. Aqvil.

Lupanaria in multorum honestorum prædiis exercentur. l. ancillarum. 27. ff. de petit. hæred.

Honestus modus est servandus, non immoderata cujusqve Luxuria seqvenda. l. ex damni. ff. de damn. infect.

M.

MAchinari licet contra hostem, vel latronem. l. 1. §. non fuit. 3. de dol. mal.

In læsæ Majestatis crimine judex non minùs Accusatorem, ad docendum, qvâ Accusatum, ad probandas defensiones, qvas allegat, urgere debet, ut tanti criminis Executio non fiat, nisi veritate compertâ. l. ult. C. de abolit. Ma-

Majorum vitia Succeſſorem concomitantur. l. vitia. C. de acqvir. vel retin. hæred.

Maledicere bonæ conſcientiæ ſignũ qvidam appellant. c. 1. de Schismatic. in 6.

Maleficia non remaneant impunita. l. ſi longis. 18. ff. de judic. l. 51. §. 2. ad L. Aqvil.

Maleficiis creſcentibus, exaſperandæ ſunt pœnæ. l. aut facta. in fin. ff. de pœn.

Crimen confiteri videtur, qvi paciſcitur. l. 5. ff. de his, qvi not. infam.

Nonnulli ſunt, qvi, dum Malefacta hominum laudibus efferunt, augent, qvæ increpare debuerant. c. ſunt nonnulli. diſt. 46.

Maleficiis via aperiri non debet. l. ſed & ſi qvis. ff. de Carbon. edict.

Maleficium diſtingvunt voluntas, & propoſitum. l. qvi injuriæ. ff. de ſurt.

Maleficiô creſcente, creſcere debet pœna. c. qvoniam. §. fin. ut vita non conſtet.

Ex Malignitate alienâ alienum damnum non emergat. l. ex libris. 12. C. de acqvir. vel retin. poſſ.

Malitiis minimè indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vindic. l. 9. ff. de ſervit.

Malitiâ hominum excreſcente, ſimplici aſſertioni, vel negationi vix creditur. c. etſi Chriſtus. de jurejur.

Hominibus ad malitiam multæ ſunt viæ. Novell. 22. de nupt. c. cæteræ. 15. §. ſi igitur.

Nec Malitia lucroſa, nec ſimplicitas debet eſſe damnoſa. l. 1. in pr. ff. de dol. mal.

Nemo debet de ſuâ malitiâ, vel ex ſuo delicto, commodum reportare. c. intelleximus. de judic. l. ex dolo. ff. de dol.

Malitiam non oportet laudandò augeri. l. 1. §. 4. ff. de ſerv. corrupt.

Malitia ſupplet ætatem. l. ſi alterius. 3. C. ſi minor ſe major. dixer.

Malitia, & dolus nemini patrocinari debent. c. ex literis. de dol. & contumac. c. adverſus. de immun. Eccleſ.

Malè

Malè adinventa, malæqvè consvetudines, neqve ex longo tempore, neqve ex longâ consvetudine confirmantur. Novell. 134. ut nulli judic. c. nunc verò. 1.

Malè qvi egit, lucem odit. 18. q. 2. c. pernicioſam. c. conſuluit. de offic. & poteſt. judic. delegat.

Malum ubi contingit, ibi moriatur. 2. q. 1. c. ſi peccaverit in fin.

A Malo abſtinere, non ſufficit, niſi fiat, qvod bonum. lib. 2. feud. tit. 6. de form. fidelitat.

Semel Malus ſemper præſumitur malus. l. Caſſius. ff. de ſenat. & c. ſemel. de R. I.

Boni à Malis tribulantur. c. nulli. 3. q. 1.

Omnis ætas ab adoleſcentia pronior eſt ad Malum, qvàm ad bonum. Geneſ. 8. c. omnis ætas. 12. q. 2.

Non tantùm à Malo, ſed ab omni Mali ſpecie abſtinendum eſt. c. veniens de eo, qvi cognov. conſangv. uxor. ſuæ.

Mala proximorum nemo priùs præſumat credere, qvàm probare. 2. q. 1. c. DEus.

Malorum mores infirmitas animi non excusat. l. 1. C. si adverſ. dol.

Mala facienda non ſunt, ut inde bona proveniant. l. qvi prætextu. C. de SS. Eccleſ.

Malum, qvod ex neceſſitate incidente, ſine pravo affectu fit, excuſationem meretur. de R. I. in 6. c. qvod eſt licitum. de SS. Eccleſ. diſt. 50. Sed in criminibus non excuſat Neceſſitas. l. palam. §. non eſt. ff. de rit. nupt.

Mali principii rarò bonus eſt exitus. Novell. ut præſid. absqve ullà dat. §. an verò. Conſt. 8.

Malô unô admiſſô, ſeqvuntur plura. Novell. ibid.

Mendax precator careat penitus impetratis. l. etſi. 5. C. ſi contr. jus vel utilitat. publ.

Mendacium puniendum eſt. l. in rem. ff. de rei vind.

Mentiendi licentiam impunitam fore, nemo noverit, l. accuſationis. 17. C. de accuſat.

Men-

Mentiri qvandoqve Prætor permittit. §. namqve. Instit. de action.

Mendacium veritati præferri, nulla ratio patitur. Constit. Leon. 19.

Mendacium non in verbis solùm, sed etiam in simulatis operibus esse probatur. 22. q. 5. c. si qvis. *in fin.*

Mendacium est falsa assertio, cum intentione fallendi. l. ætate. §. sic esset. ff. de interrog.

Meretrix non turpiter accipit. l. idem. 4. §. 3.

Meretricem pascere, nulli fiducia est. Novell. 14. de lenon. §. sancimus. 1.

Meretrices vitæ vilitas dignas legum observatione non credit. l. qvæ. 29. in fin. C. ad L. Jul. de adult.

Meretrix est, qvæ multorum libidini paret. c. vidua. dist. 34.

Meretrix à legibus excluditur. l. si ea qvæ. C. ad L. Jul. de adult.

Meretrix non est, qvæ cum uno, aut altero, etiam pecuniâ acceptâ, se commiscet. c. viduam. distin. 33.

Meretricem improbam appellant mercalem uxorem. l. mercalem. C. de condict. ob turp. cauſ.

Meretrix appellatur ab Ulpiano vulgaris mulier. l. uxor. ad L. Jul. de adult.

Meretrici datum repeti non poteſt. l. idem ſi ob ſtuprum. §. ſed qvod. ff. de condict. ob turp. cauſ.

Metus licèt attenuet culpam, tamen non prorſus excludit. c. ſacris. de his, qvæ vi metusve cauſ. fiunt.

In crimine Militaris ſacramenti deſerti judex non minùs Accuſatorem ad docendum, qvàm Accuſatum ad probandas defenſiones, qvas allegat, urgere debet, ut tanti criminis executio non fiat, niſi veritate compertâ. l. ult. C. de abolit.

Mora eſſe non cenſetur, ubi nulla petitio eſt. l. ſi pupillus. ff. de V. O.

Moram facere non videtur, provocans ſine dolo malo ad judicium. l. qvi ſine. 63. ff. de diverſ. R. I.

Morte extingvitur crimen. l. is qvi. 11. ad L. Jul. Majeſt.

Mu-

Mulieribus hinc succurrendum est, cum defendantur, non, ut facilius calumnientur. l. in eo. 110. in fin. C. de diverſ. R. I.

Mulieris infirmitati, non calliditati conſultum eſt. l. fine. 5. C. ad SC. Vellej.

Multitudo non excuſat delictum. Multitudo delinqventium delictum non minuit. c. 2. ubi. Gl. in verbo: præterire. de cenſ. lib. 6.

Municipes dolum facere non poſſunt. l. ſed & §. 1. ff. de dol. mal.

N.

NAtura humana facilè labitur ad delicta. Novell. de monach. §. ſi verò. Conſtit. 5.

Naturam nemo ſic continere poteſt, ut non peccet, hoc enim proprium eſt ſolius DEI. Novell. 133. qvom. oport. monach. c. oport. 5.

Naturale vitium eſt, negligi, qvod communiter poſſidetur. l. meminimus. 2. v. naturale. C. qvand. & qvib. qvart. pars debet.

Negligentia in miniſtris eligendis eſt culpa. l. ſi ſervus. 27. §. ſi fornicarius. 9. ff. ad L. Aqvil.

Negligentia nimia eſt culpa lata, id eſt, non intelligere, qvod omnes intelligunt. l. cedere. in fin. ff. de V. S.

Negligentia, dum ſpem impunitatis promittit, multam peſtilentiam nutrire conſvevit. Clem. gravi. de celebrat. miſſar.

Negligentia diſſoluta prope dolum eſt. l. fidejuſſor. 29. in pr. ff. mandat.

Negligentiam ſuam nemo debet ad alterius injuriam referre. l. imperatores. 3. in fin. pr. ff. de transact.

Neſcientem nullius crimen maculat. 1. q. 4. c. nullius.

Sapiens non omnis, qvi Nocet. 6. q. 1. c. ſapiens.

Noxa eſt ipſum corpus, qvod nocuit. §. noxa. Inſtit. de noxal. action.

Interdicta Noxalia ea ſunt, qvæ ob delictum eorum, qvos in poteſtate habemus, dantur; veluti, cum vi dejecerunt, aut

aut vi, aut clam opus fecerunt. l. fin. ff. eod. tit.

Si & Nocendi voluntas intercedat, crimen contrahitur. l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar.

Noxia est ipsum maleficium, velut furtum, damnum, rapina, injuria. §. noxa Instit. de noxal. act.

Ubi Noxia est, ibi pœna esse debet. l. sancimus. C. de pœn.

Nuptiarum sacrilegos gladiô puniri oportet. l. qvamvis. 36. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.

O.

OBtemperans domino, nihil delinqvit. l. 2. §. 1. ff. de nox. act.

Nihil interest, Occidat qvis, an causam mortis præbeat. l. nihil. 15. ff. ad L. Corn. de sicar.

Qvi Offendere in pluribus præsumit, pœnâ multiplici castigetur. c. 1. in fin. de sent. & re judic. in 6.

Officium publicè fraudem afferre non debet. l. inter eos. 33. §. 2. ff. ex qvib. caus. maj.

Delinqvens in committendo graviùs, qvàm in Omittendo punitur. l. Metrodorum. 40. ff. de pœn.

Delinqvere is dicitur, qvi Omittit, qvod omittere non debet, & qvi facit, qvod facere non debet. l. tutor, qvi repertorium. in pr. ff. de admin. & peric. tut.

P.

PAlam delinqventes, ut errantes, majore pœnâ excusantur, clam committentes, ut contumaces, plectuntur. l. fin. ff. de rit. nupt.

Participem delicti se facit, qvi fert opem. l. item. ff. ad L. Aqvil.

Pater vilissimus non debet filii sui contumeliam ad suam utilitatem metiri. l. sed si. 17. §. interdum. 13. ff. de Injur.

Patris nullum delictum innocenti filio sit pœnæ. l. qvi. §. nullum. ff. de decur.

In crimine Patriæ proditæ Judex non minùs Accusatorem, ad docendum, qvã Accusatum ad probandas defensiones, qvas allegat, urgere debet, ut tanti criminis Executio non fiat, nisi veritate compertâ. l. ult, C. de abolit. Pec-

Peccans in uno omnium est reus. l. qvo naufragium. 3. §. SCtum. 8. ff. de incend. ruin. naufrag. c. desleat. de R. I.

Naturam nemo sic retinere potest, ut non Peccet; hoc enim proprium est solius DEI. Novell. 133. qvom. oport. monach. c. oportet. 5.

Peccare, est humanum, diabolicum, perseverare. l. consentaneum. C. qvom. & qvand. jud.

Minus Peccat, qvi illicita docet, qvàm qvi discit. l. 2. C. de hæret.

Mori qvis velle debet, qvàm Peccare. l. isti qvidem. §. pen. ff. qvod met. cauf.

Peccata nocentium nota esse, & oportet, & expedit. l. eum qvi. 18. in. pr. ff. de Injur.

Remissio Peccati non dat licentiam peccandi. 1. q. 7. c. exigunt.

Ut qvis sine Peccato sit, pene contrà naturam est. c. unum orarium. dist. 25.

In Peculatus crimine Judex non minùs Accusatorem ad docendum, qvàm Accusatum ad probandas defensiones,

qvas allegat, urgere debet, ut tánti criminis executio non fiat, nisi veritate compertâ. l. ult. C. de abolit.

Primus Percutiens, censetur facere rixam. l. si plagis. §. tabernarius. ff. ad L. Aqvil.

Pejerare qvi paratus est, anteqvam juret, jam perjurus esse videtur. 22. q. 5. c. qvi pejerare.

Perjurium tantò magis pœnale est, qvantò sanctius illud, per qvod juratur. 22. q. 1. c. movet te. in fin.

A Perjuriis & blasphemiis homines penitus abstin, eant. l. alearum. 3. in fin. C. de aleat.

Perjurii prætextu causa retractari non potest. l. 1. C. de reb. cred.

Perjurus est, qvi super lapidem falsum jurat; non te audit lapis loqventem, sed punit DEus te fallentem. 22. q. 5. c. ecce dico.

Perjurus est puniendus. l. 2. C. de indict. viduit.

Perjuri tantò gravius judicandi, qvantò

tò majore præeminent dignitate, & eorum exemplò facilius alii poterunt ad similia provocari. c. cum qvidã. de jurejur.

Perjurus omni commodò, & beneficio venit privandus. l. si qvis. 41. C. de transact.

Leges, qvæ puniunt Perjuria, non debent perjuriis viam aperire. l. 2. C. de indict. viduit. toll.

Ex Perjurio nemini lucrum accedere concedatur. l. fin. C. de reb. cred.

Perjurium anceps nemo, sub alieni commodi emolumento, subire cogitur. l. videamus. 4. ff. de in litem jur.

Perjurium sæpè fit ex freqventi, & incautâ juratione. c. etsi Christus. de jurejur.

Perplexitas solvitur, dum ad virtutem, maximè per commissa minora, transitur. c. nervi. in fin. 13.

In Perplexitatibus media via est eligenda. l. si paterfamilias. ff. de hæred. instit. l. antiqvi. ff. si pars hæred. petat.

Persvadere, plus est, qvàm facto cogere.

gere. l. 1. §. persvadere. 3. ff. de serv. corrupt.

Perversis qvi desinit obviare, cum potest, & non facit, videtur consentire. 23. q. 3. c. fin.

Præceptoris nimia sævitia culpæ annumeratur. l. 6. ff. ad L. Aqvil.

Prædo non est, qvi pretium numeravit. l. nemo. 126. ff. de diverf. R. I.

Prædones secutos esse, absurdum est; l. non solùm. 13. ff. de noxal. act.

Prædo est, qvi fidem accommodavit non capaci, l. prædo. 46. ff. de hæred. pet.

Prædo melioris conditionis esse non debet, qvàm bonæ fidei possessor. l. si à domino. §. 3. ff. de pet. hæred.

Prædo non est, qvi dolò caret, qvamvis in jure erret. l. sed etsi. 22. §. scire ad se. 6. ff. de pet. hæred.

In Præjudicium alterius non subsistit actus, qvantumvis pius, & favorabilis est. Instit. qvib. ex cauf. manum. non lic.

Præses provinciæ curet, provinciam purga-

purgari malis hominibus. l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.

Prævaticatoris, accusatoris, & defugientis veritatis inqvisitionem, par delictum est. l. de crimine. 10. C. ad L. Jul. de Adult.

Proditioni proximum, barbaros, qvos indigere convenit, telis eos, ut validiores reddantur, instruere. l. 2. C. qvæ res export. non deb.

Promissis in malis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, qvod in cautè vovisti, ne facias: impia est promissio, qvæ scelere adimpletur. 22. q. 4. in malis.

Pudicitiæ qvi possunt insidiari, evitandi sunt. l. si disceptetur. 5. ff. ub. pup. educ. vel mor. deb.

Pupilli, qvi prope pubertatem sunt, doli sunt capaces. l. apud. 4. §. de dolo. 26. ff. de dol. mal. & met. except.

Purgetur reus, non relatione criminū, sed Innocentiâ. l. si qvi. ff. de publ. judic.

R.

RApi aliud est, aliud, amoveri. l. qvo. 3. §.

3. §. aliud. 5. ff. de incend. ruin. & nauf.

Rapere, & rapta ſervare raptori, idem eſt. l. crimen. 9. C. ad L. Jul. de vi publ.

Amico Rapere qvippiam, furtum eſt. 12. q. 2. c. amico. 13. q. 2. c. oblationes.

Raptores ab homicidii crimine non ſunt vacui. l. un. in pr. C. de rapt. virgin.

Reatus omnem excludit honorem. l. 1. C. ubi Senatores vel clariſſimi.

Si qvis diutinô tempore in Reatu fuerit, aliqvatenus ejus pœna ſublevanda erit. l. ſi diutino. 25. ff. de pœn.

Receptores non minus delinqvunt, qvàm aggreſſores. l. qvo. 3. §. non tantum. 3. ff. de incend. ruin. nauf.

In Religionem divinam qvod committitur, in omnium fertur injuriam. l. Manichæos. 4. C. de hæret. & man.

Remiſſio peccati non dat licentiam delinqvendi. 1. q. 7. c. exigunt.

Replicatio doli non datur adverſùs doli exceptionem. l. apud. 4. §. Marcellus. 13. ff. de dol. mal. & met. except.

Reus non relatione criminum, ſed inno-

innocentiâ purgatur. l. si qvi. ff. de publ. judic.

Inter Reos criminis, & fraudis participes multum interest. l. si multi. 6. ff. de publican. & vectigal.

Actor agit, qvando vult, sed Reus non. l. si qvando lex est. C. de dilat.

Actore non probante, Reus absolvitur. l. qvi accusare. C. de edend. l. 2. C. de probat.

Ad Rixas & arma Prætor procedere non patitur, qvos potest suâ jurisdictione compescere. l. 13. §. 3. ff. de usufr. & qvem. qvis. ut. fru.

S.

SAcrilegium committitur auferendô Sacrum de Sacro, vel non Sacrum de Sacro, sive Sacrum de non sacro. 17. q. 4. c. qvisqvis.

Sacrilegii instar est, disputare de principis potestate. l. sacrilegii instar est. C. de divers. rescript.

Sacrilegii dicuntur, qvi rem aliqvam sacram de loco sacro auferunt. l. sacrilegi. ff. ad L. Jul. pecul. Sævi-

Sævitia in propriis culpanda, in alienis coërcenda est. l. si constante. 24. §. 5. in fin. ff. solut. matrim.

Sævitia nimia culpæ annumeratur. l. præcept. ff. ad L. Aqvil.

Scelere ex alieno qvem ditari prohibent. l. un. C. ex delict. def.

Qvod ex Scelere qvæsitum, hæredi non relinqvitur. l. cum falsi. ff. ad L. Cornel. de fals. l. in hæredem. ff. de calumn.

Cum Scelere non potest Justitia habere commercium. c. forus. in fin. de V. S.

Scienti & consentienti non fit injuria, neqve dolus. c. scienti. de R. I. in 6.

Servus in facinoribus domini dicto audiens esse non debet. l. si mulier. 21. ff. de act. rer. amot.

Signum qvi furanti præbuit, perinde habetur, ac si manifesti furti condemnatus esset, & famosus efficitur. l. sacrilegii pœnam. ff. ad L. Jul. pecul.

Socii delictum socio nocet. l. si is. 20. ff. comm. divid.

Societas nulla maleficiorum, vel communi-

municatio justa damni ex maleficio est. l. 1. §. planè. 14. de tut. & rat. distrah.

Societatis occultæ scrupulô non caret, qvi manifesto facinori desinit obviare. c. errori. dist. 83. c. facientis. dist. 86.

Spoliatus fortunis suis non debet in solidum damnari. §. ult. Instit. de act.

Stuprum in virginem & viduam committitur. l. inter liberas. ff. ad L. Jul. ff. de adult.

Stupri metus viris bonis major esse debet, qvàm mortis. l. isti qvidem. 8. §. 2. ff. qvod met. caus.

Suffragiis emendicatis uti non debemus in criminalibus. l. singuli. 14. C. de accusat. & inscript.

Suum qvi recipit, nullam videtur fraudem facere, hoc est, is, qvi, qvod sibi debetur, recipit. l. qvod autem. 6. §. apud Labeonem. 6. ff. qvæ in fraud. credit.

Suum prosequi, non est aliena rapere. 23. q. 1. c. Ecclesias. §. ad hæc callida.

T.

TEmeritas familiaris veniam continet,

net, & in consultus calor calumniæ vitiô caret. l. 1. §. pueri. ff. ad SC. Turpill.

Temeritas sua nemini sit lucrosa. l. omnes. 23. §. 8. C. de Episc. & cler.

Temeritatis alienæ culpa neminem damnô atterat. l. meminerint. C. unde vi.

Gravius est, qvod ex Voluntate, qvàm qvod ex Temeritate vel infirmitate procedit. 22. q. 2. c. beatus. in fin.

Tenebræ ad falsum fabricandum aptiores sunt. l. 1. §. 10. vers. tria lumina. ff. de inspic. ventr.

In Tenebris non exerceatur judicium. c. consuluit, de offic. & pot. judic. del.

Turpes Stipulationes sunt nullius momenti. l. generaliter. ff. de V. O.

Turpia legata pro non scriptis habentur. l. turpia. 54. de legat. 1.

Turpitudo, qvæ postea intermissa est, non aboletur. l. palam. ff. de ritu nupt.

Turpibus verbis qvi utitur, non tentat pudicitiam, sed injuriarum tenetur. l. item. 15. §. qvi. 21. ff. de injur.

Tutorem ex delicto suo teneri, æqvum est,

est, non pupillum. l. pen. ff. de tabb. exhib.

Tutor, etsi qvid dolô fecerit, in pupillum tamen datur actio. l. 1. §. hôc edicto. 6. ff. ne vis fiat ei, qvi in poss. miss. er.

V.

VAgari in crimine, non convenit. l. item exigit. 16. ff. de dol. mal.

Variantem nonnunqvam Prætor non repellit, & consilium mutantis asperna-tur. l. nonnunqvam. ff. de collat. bon.

Variatio, & illusio in Ecclesiasticis personis maximè sunt vitandæ. clem. 1. de renunc.

Venenô hominem extingvere, plus est, qvàm gladio occidere. l. 1. C. de malefic. & mathem.

Cum Veniâ nihil habet commune delictum. l. Papinianus. 20. ff. de minor.

Venia delicti datur petentibus. l. Manichæos. 4. §. 6. C. de hæretic.

Veniæ facilitas tribuit incentivum delinqvendi. 23. q. 4. c. est injusta. c. ut clericorum. de vita & honest. cler.

Venia

Venia peccatorum ubi est postulanda, ibi peccandi occasio non detur. c. 2. §. cessent. de immun. Eccles. in 6.

Venia peccati non datur, nisi correcto. c. peccati de R. I. in 6.

Verbis turpibus qvi utitur, non tentat pudicitiam, sed injuriarum tenetur. l. item. 15. §. qvi. 21. ff. injur.

Vindicare se licet. l. 2. §. in fin. ff. de judic.

Ultionem nemo sibi ipsi permittere valet. l. nullus. 14. C. de Judæ.

Culpæ sunt, in qvibus culpa est relaxare Vindictam. c. qvia sunt. dist. 43.

Violentiam reqvirit Interdictum unde vi. l. fin. C. unde vi.

Sub unô Violentiæ nomine multa facinora continentur. l. qvoniam. 6. C. ad L. Jul. de vi publ.

Vinum ita bibere permittimur, ut ebrietatem omninò fugiamus. c. deniqve dist. in. 4.

Vino nimio qvi indulgent, nesciunt, qvid loqvantur, jacent sepulti; ideòqvè si

si per vinum deliqverint, acta donantur, sed levitatis damnantur autores. 15. q. 1. c. sanè.

Virginitas, vel castitas corrupta restitui non potest. l. un. in pr. C. de rapt. virgin.

Vim vi defendere, omnes leges, omni aqvè jura permittunt. l. scientiam. 45. §. 4. ff. ad L. Aqvil.

Conditionis levioris non sit, qvi Vi rapit, qvàm, qvi clam amovet. pr. Instit. de vi bon. rapt.

Qvi Vim facit, dolo malo facit, non tamen dolo malo facit, utiqve & vi facit. l. prætor. 2. §. dol. mal. 8. ff. vi bon. rapt.

Vim facere non videtur, qvi jure suô utitur, & ordinariâ actione experitur. l. factum. 155. §. 1. ff. de R. I.

Vis non solùm per vulnera, sed qvoties aliqvis id, qvod deberi sibi putat, non per judicem reposcit. l. extat. 13. ff. qvod met. caus.

Vitia censuum priorum, editis novis

professionibus evanescunt. l. 2. ff. de censib.

Amici Vitia si feras, facis tua. l. 9. in pr. ff. ad L. Jul. de adult.

Vitium personale non singularem, sed universalem afficit successorem. l. cum hæres. & l. an vitium. ff. de diverf. & tempor. præscript.

Vitiosum qvod ab *initio* est, *tractu* temporis non potest convalescere. l. qvod. 29. ff. de diverf. R. I.

Vitii prioris materia non est relinqvenda. l. un. C. ut action. & ab hæred. & contr. hæred. incip.

Vitium, qvod ex unâ radice nascitur, unicâ lege tollitur. l. si libertam. 28. in fin. ff. de nupt.

Vitium paternum refrenandum est. l. cuidam. 12. C. de natur. lib.

Vitium alienæ cessationis ad alterius dispendium pertinere, juris ratio non patitur. l. 1. C. de divid. tutel.

Vitia sæpè se ingerunt, & se esse virtutes mentiuntur. c. sæpe. dist. 41.

Volun-

Voluntas in maleficiis spectatur, non exitus. l. Divus. 14. ff. ad L. Cornel. de sicar.

Voluntas sceleris eâdem severitate punienda, qvàm effectus. l. qvisqvis. C. ad L. Jul. majest.

Voluntas, & propositum distingvunt maleficia. l. qvi injuriæ. ff. de furt.

Voluptas carnis, non dolor in culpâ est. c. cum enixa. dist. 5.

Ad Voluptatem proclivis cursus est, & imitatrix natura vitiorum. 20. q. 3. c. proclivis.

Uxor, per vim stuprata, non tenetur L. Juliâ de adulteriis. l. vim passam. 39. ff. ad L. Jul. de adult.

Cap. VIII.

DE POENIS.

A.

QVi non habet in Ære, luat in corpore. l. 4. & ibi addit. marg. C. de serv. fugitiv.

Arrogantia nefandorum hominum omnibus modis opprimi debet. l. un. C. de privat. Carcerib.

C.

CAlumniæ pœna in paternæ mortis accusatione cessat, l. calumniæ. C. de calumn.

Carcer ad continendos homines, non puniendos, haberi debet, l. aut. 8. §. solent. 9. ff. de pœn.

Actio injuriarum datur contra judicem, qvi volentem fidejubere in Carcere detinet. l. verò. §. qvi pro rei in 3. not. ff. qvi satisd. cogant.

In Carcere detentus potest testamentum facere. l. à latronibus. ff. qvi testam. fac. poss.

Pœna velox aut convictos subducat, aut liberandos Custodia diuturna non maceret. l. fin. C. de custod. reor.

In Carcere promissum non debetur. l. qvi in carcerem. 22. ff. qvod met. caus.

Carcer est mala mansio. l. si hominem. in pr. ff. deposit.

Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum est. l. nemo, 2. C. de exact. tribut.

Car-

Carceris custodia locô consvetô & publicô debet exerceri: alioqvin pœna committitur privati carceris. l. 1. C. de privat. carcer.

Carceratus pro delicto si fugiat, habetur pro confesso. l. in eos. ff. de custod. reor.

Carcere detineri censetur, ita detentus, ut liberè abire non possit, qvocunqi in loco. l. succurritur. ff. ex qvib. caus.

Carceribus detineri Doctor, aut honesta persona non potest. l. medicos, C. de profess. & medic.

Carcer dicitur species torturæ: qvoniam valdè premit hominem adempta libertas. l. 1. C. de Episc. aud.

Carcer privatus prohibetur, sub pœnâ læsæ majestatis, omnium gravissimâ. l. 1. C. de privat. carcer. l. privatos. C. de Episcop. aud.

Castigatio levis concessa est docenti. l. sed etsi ff. ad L. Aqvil.

Causa in præteritum, pœna in futurum confertur. l. si ita. 12. ff. de condit. & demonstr.

Clam delinqvens graviùs punitur, qvàm si palam deliqverit. l. fin. ff. de rit. nupt.

Coërcitio publica privatâ pactione non tollitur. l. illud. 5. ff. de pact. dotal.

Cogitationis pœnam nemo luit. l. 18. ff. de pœn.

Coitus nefarios pœnis corrigi, non præmiis honorari, convenit. Novell. 143. de mulier. rapt. pass. circ. fin.

Condemnare qvi non potest, non absolvere potest. l. nemo. 37. ff. de diverf. R. I.

Condemnatum aliqvem jam esse, vel ex processu apparere ipsum condemnandum, paria sunt. l. qvi pen. de manumiss.

In Condemnatione personarum ratio habenda est, ne egeant. l. in condemnatione. 171. in pr. ff. de diverf. R. I.

Proniores debemus esse ad liberandum, qvàm ad Condemnandum. l. Arrianus. 47. ff. de O. & A.

Correctionis medicina compellat, qvos ad vitæ decora, domesticæ laudes non

non provocant. l. unic. C. de emendat. propinq.

Crimina non debent remanere impunita. l. ita vulneratus. §. fin. ff. ad L. Aqvil.

Crimina, & infamia respiciunt corpus delinqventis. l. ex judiciorũ publicorũ. ff. de accusat.

D.

DEportatus, tanqvam peregrinus, hæreditatem capere non potest. l. 1. C. de hæred. instit.

Deportati mortuorum locô habendi. l. 1. §. qvidam filiũ habuit. ff. de bonor. poss.

Dies primus paschalis ubi extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnia vincula dissolvantur. l. nemo. 3. C. de Episcop. aud.

Dominus cum occiditur, familia ei auxilium omnibus modis ferre debet, qvod si, cum posset, non tulerit, meritò de eâ supplicium sumitur. l. cum dominus. ff. de SCt. Syllan.

E.

EAdem severitate voluntas sceleris, qvâ Effectus punienda est. l. qvisqvis. C. ad L. Jul. majest.

Etsi homines Effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem tamen perniciosæ mentis extra ordinem puniuntur. l. 1. ff. de extraordin. crimin.

Egestate perpetuâ sordentibus mors est solatium, & vita supplicium. l. qvisqvis. 5. §. 1. in fin. C. ad L. Jul. majest.

Excommunicationis Sententia, sive justa, sive injusta, timenda est, modò non sit palam ipso jure nulla. 11. q. 3. c. 1. & 2.

F.

Ex Facto eodem nemo debet pœnam, & præmium reportare. l. sive hæreditaria. 22. ff. de negot. gest.

Factum qvòd legitimè est, nullam pœnam meretur. l. Gracchus. 4. C. ad L. Jul. de Adult.

Facientem, & consentientem par pœna constringit. 1. q. 1. c. notum. in fin.

Famosi severiùs, qvàm integræ famæ homines puniuntur. l. 28. in fin. ff. de pœn.

Fidem societatis rumpens infamis est. l. 22. C. ex qvib. caus. infam. irroget.

Fisca-

Fiscalium pœnarum petitio creditoribus postponitur. l. in summa. 17. ff. de jur. fisc.

Fur manifestus plus punitur, qvàm raptor. §. qvadrupl. Instit. de act.

Fustium ictus solus gravior est, qvàm pecuniaria damnatio. l. in servorum. 10. in fin. ff. de pœn.

Fustium castigatio non infamat. l. ictus fustium. ff. de his, qvi not. infam.

H.

HOminis naturam qvi non erubuit, dignus est, & pecuniis, & gloria, & aliis omnibus condemnari. Novell. 60. ut defunct. seu funera. c. sancimus. 1.

I.

IMpuberes non torqveantur, terreri tamen solent: & habenâ, & ferulâ cædi. l. 1. §. impuberi. ff. de SCt. Syllan.

Impunitum est, qvod infans vel furiosus perdit, vel corrumpit. l. qvod infans. 60. ff. de rei vindicat.

Impunitum relinqvi facinus nocentis, facilius, qvàm innocentem damnare. l. absentem. 5. ff. de pœn. Gg 5 Im-

Impunitum esse debet, qvod ex levitate, sine damno proximi, procedit. l. 1. C. si Imper. maledixer.

Incipiendum non à Tormentis. l. 1. in pr. ff. de qvæstion.

Incipiendum est à suspectissimo, & à qvo facillimè posse verum scire judex crediderit. l. 1. §. 2. ff. de qvæst.

Industria pœnas desidiæ solvere non debet. l. fin. C. depositi.

Infamia, qvæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum casus, qvæsitum tibi adimit honorem. l. infamia. 8. C. de decur.

Infamibus actus legitimi sunt interdicti. c. licet. de testib.

Infamia & crimina respiciunt corpus delinqventis. l. ex judiciorum publicorum. ff. de accusat.

Infamia non principis indulgentiâ, sed pœna remittitur. l. fin. C. de gener. abolit.

Infamiæ & vitæ periculum æqvipararantur. l. justa. & ibi Gl. de manum. vindict.

In-

Infamis procurator esse non potest. 3. q. 7. c. infamis.

Infames sunt, qvi in partes amantur, & qvi doctorum suorum vitam reprehendunt. 2. q. 7. c. plerumqve prope fin.

Infamibus portæ dignitatum non patent. c. infamibus. de R. I. *in 6.*

Injustitiam ubi fecit, ibi pœnam qvoq; subeat. Novell. 8. ut judic. sine qvo suffrag.

Cui Interdictum est bonis, ejus Voluntas nulla est. l. furiosi, 40. ff. de R. I.

L.

Liberam, qvæ prægnans ultimo supplicio damnata est, solitum est servari, dum partum ederet. l. Imperator, 18. ff. de stat. homin.

Liberalitatis suæ donator pœnam non patitur. l. ad res ff. de ædil. edict.

Ex Liberalitate suâ qvi conveniuntur, in id, qvod facere possunt, condemnantur. l. Divus. ff. de diverf. R. I.

Liberorũ portiones non augentur ex his, qvæ per flagitiũ damnatus acqvisivit.

l. cum 7. §. præterea. 4. ff. de' bon.

Lingvæ lubricum ad pœnam facilè trahendum non est, l. famosi. 7. ff. ad L. Jul. majest.

M.

MUlctam, qvæ ex præsentibus facultatibus exigi non potest, necessitate solutionis Præses moderetur. l. illicitas. 6. §. 9. ff. de offic. præsid.

Mulcta à pœna differt. Nam mulcta specialis peccati, cujus animadversio pecuniaria est. Pœna verò generale nomen est, & omnium delictorumcoërcitio. l. aliud est. ff. de V. S.

De Mulctâ, & non de pœnâ provocatio est. l. si qva. 244. ff. de V. S.

Mulcta, propter inopiam remissa, exigi non debet. l. illicitas. in fin. ff. de offic. præsid.

Mulcta damnum famæ non irrogat. l. 2. C. de mod. mulctar.

N.

NEgligentia, dum spem Impunitatis promittit, multam pestilentiam nutri-

nutrire consvevit. Clem. gravi: de celebrat. missar.

Nocentem dimittere melius, qvàm Innocentem puniri. l. absentem. ff. de pœn.

Noxa caput seqvitur. §. omnis autem Instit. de noxal. act.

Noxia ubi est, ibi sit pœna. l. sancimus. 21. C. de pœn.

P.

PAter filium ad supplicium offerre non videtur, l. milites. 19. §. fin. ff. de re milit.

Pater filium castigare jure patriæ potestatis non prohibetur. l. si filius. 3. C. de patr. potest.

Paternô debent perire supplicio, in qvibus paterni criminis exempla metuenda. l. qvisqvis. 5. §. 1. C. ad L. Jul.

Patriâ cui interdictum est, etiam urbe abstinere debet. l. relegatorum. 7. §. constitutũ. 15. ff. de interdict. & relegat.

Pædagiorum exactiones tàm jure Canonico, qvàm civili regulariter merito

sunt damnatæ. c, qvanqvam. de censib; in 6.

De Pœnâ promissâ laborandum non est, post negotium transactum. l. 2. pr. ff. si qvis caut.

Paritas delicti paritatem pœnæ reqvirit. l. nihil interest. de adult.

Ad delicti Augmentationem seqvitur Augmentatio Pœnæ. l. 3. C. de Episc. aud.

Facinus par qvos inqvinat, & æqvat, utrosqve similis Pœna comitetur. l. si qvamqvam. 31. in fin. C. de Episcop. & cler. c. sanè 15. q. 3.

Punire delicta, publicè interest. ita vulneratus. in fin. ff. ad L. Aqvil.

Pœnam delinqventium non remitti, publicè interest. l. si operis. C. de pœn.

Ex Pœnâ aliorum nemo lucrum facere debet. l. sciendum. ff. ex qvib. caus. maj. 25. ann.

Pœnam, à lege statutam, judex mûtare non potest. l. fin. C. ne sanct. baptis. iter.

Pœnâ

Pœnâ duplici nemo puniri debet ex eodem delicto. l. sanctio legum.

Pœna gravior existimationem conservat. l. qvid ergò. 12. §. 7. ff. de his qvi not. infam.

Pœnarum metu homines retrahuntur à delictis. l. cum servum. C. de serv. fugit.

Pœna præteriti facti postulanda non est, nec cogitur qvis debitorem latitantem exhibere. l. fin. §. 2. & 3. ff. de liber. homin. exhib.

Pœnarum pares habere solatium, miserorum est. l. prospexit. ff. qvi & à qvib.

Pœna semel tantùm committitur. l. si duo. §. fin. ff. de recept. qvi arbitr. recept.

Pœnæ non solent repeti, cum sunt depensæ. l. 42. ff. de condict. indeb.

Pœnæ non irrogatæ indignatio solam duritiem continet. l. servus. 7. in fin. ff. de serv. export.

Pœnam pro usuris stipulari nemo supra modum licitè potest. l. 44. ff. de usur.

Pœna

Pœna unius alteri non sit præmium. l. si seqvens. 15. ff. de SC. Syllan.

Pœna constituitur in Emendationem hominum, qvæ mortuô eô, in qvem constitui videtur, desinit. l. si de pœna. 29. ff. de pœn.

Pœnis legum contenti esse debemus. l. si stipulatio. 19. ff. de V. O.

Pœnas ob maleficia solvi, magna ratio svadet. l. si à reo. §. Id. 5. ff. de fide juss.

Pœnæ hodiè sunt arbitrariæ. l. hodiè 13. ff. de pœn.

Pœnæ molliendæ sunt potiùs, qvàm exasperandæ, l. interpretatione. 42. ff. de pœn.

Pœna etiam post mortem manet. l. 2. ff. de cadaver. punit.

Pœna capitalis remittenda est per Vinum aut lasciviam lapsis. l. omne delictum. 6. §. 7. ff. de re milit.

Pœnâ multò magis digni sunt, qvibus cum plurimum honoris per nostram jussionem delatum est, occulto inveniuntur in crimine, l. presbyteri. 6. C. de Episcop. & cler.

Pœna

Pœnâ gravis est, versari inter homines, & hominum carere suffragiis. l. hi. 3. C. de Apostat.

Pœna cum delicto commensuranda. l. omnes peregrini. C. comm. de succeſſ.

Pœna velox aut convictos subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. l. fin. C. de custod. reor.

Pœna unius metus multorum. l. 1. C. ad L. Jul. repetund.

Pœnam non facilè remitti, publicè interest. l. si operis. 14. C. de pœn.

Pœna ibi sit, ubi est noxia. l. sancimus. 22. C. de pœn.

Pœna gravior constituenda est in hos, qvi nostri juris sunt, & nostra debent custodire mandata. l. unic. C. de conductor.

Pœnâ unâ judex à principio sit contentus. c. qvoniam. in fin. ut lit. non contest.

Pœnæ nomine qvod à qvoqvo exactum est, id eidem restituere nemo cogitur. l. qvod 46. ff. de diverſ. R. I.

Pœnam

Pœnam offendentis decet metiri ex dignitate offensi. Clem. 1. §. nec super. ff. de pœn.

Pœna moderna est, pro conditione Rei, temporis, ætatis, & Sexus. l. sacrilegii & ibi Gl. 1. ad L. Jul. pecul.

Pœna est omnium delictorum coërcitio. l. aliud est fraus. ff. de V. S.

Pœna sine fraude esse non potest. ibid.

Pœna à Mulcta differt. Quia pœna generale nomen est, & omnium delictorum coërcitio. Mulcta autem specialis peccati, cujus animadversio hodiè pecuniaria est. l. aliud est. ff. de V. S.

Pœna Corporalis major est qvâcunq; pecuniariâ. l. in servorum. ff. de pecul.

Pœnam nullam meretur legitimè factum. l. Gracch. C. ad L. Jul. de adult.

Pœnam delicti nemo evadere debet. l. non idem. C. accus. & inscript.

Pœna major ex atrocitate imponitur. §. qvi autem. Instit. de interdict.

Pœnam petere illi permittitur, qvi in ipsam non incidit. l. cum par. ff. de R. I.

Pote-

Potestatem Gladii sibi datam, vel cujusqve alterius Coërcitionis, ad alium nemo transferre potest. l. solet. ff. de offic. procoss.

Qvod Præcipitur, imperatur, qvod imperatur, necesse est fieri, nisi fiat, pœnam habet. 14. q. 1. c. qvod præcipitur.

Præjudicialis non dicitur ille actus, cui non principaliter, sed in consequentiam præjudicat. Gl. fin. in c. qvamvis. de pact. in 6.

Præteriti facti pœna præstanda est. l. fin. §. 2. & 3. ff. de liber. homin. exhib.

Privari, vel fraudari nemo debet jure suo, sine suâ culpâ. c. discretionem. c. Jordanæ. de eo qvi cognov. consangv. uxor. suæ vel sponsi.

Promissum in Carcere non debetur. l. qvi in carcerem. 22. ff. qvod met. caus.

Provocationis remediò condemnationis pronunciatio exstingvitur. l. 1. in fin. ff. ad SC. Turpill.

Q.

QVæstioni fidem non semper, nec tamen

tamen nunqvam habendam, constitutionibus declaratur; res enim est fragilis, periculosa, & qvæ Veritatem fallat. l. 1. §. 23. ff. de qvæstion.

Qvæstio facti in arbitrio judicantis est, pœnæ verò persecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis authoritati servatur. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill.

Reus evidentioribus argumentis oppressus repeti potest in Qvæstionem. l. unius. 18. §. 1. ff. de qvæst.

R.

REmitti non facilè pœnam, publicè interest, ne ad maleficia temerè qvisqvam prosiliat. l. 14. C. de pœn.

Remittens sortem, videtur pœnam qvoqve remisisse. l. fin. ff. de eo qvod cert. loc.

Propria priùs corrigas, tunc aliena Reprehende. 3. q. 7. c. qvi sine.

Rem suam perseqventibus Exactio postponitur. l. unic. C. de pœn. fiscal. cred. præfer.

Stul-

S.

STultus qvicunqve est, in culpa est, sapiens erit in pœna. c. qvi ea. dist. 38.

Supplicium ultimum esse mortem solam interpretamur. l. 21. ff. de pœn.

Provocare permittitur ei, qvi ad Supplicium ducitur. l. non tantum. 6. ff. de appell.

T.

PLeriqve, dum Torqventur, deficere solent. l. aut. 8. §. 3. ff. de pœn.

Reus evidentioribus argumentis oppressus repeti potest in Qvæstionem. l. unius. 18. §. 1. ff. de qvæst.

Tormenta potens potenter patietur. 8. q. 1. c. illud.

Torqveri possunt latrones per qvæstionem die feriatô. l. provinciarum. C. de fer.

Impuberes non Torqveantur, terreri tamen possunt: & habenâ, vel ferulâ cædi. l. 1. §. impuberi. ff. de SCto Syllan.

A Tormentis non est incipiendum. l. 1. in pr. ff. de qvæstion.

Vindi-

V.

VIndictam præcedat admonitio. c. indignè. 12. q. 2.

Voluntatem sceleris eâdem severitate, qvâ effectum puniri, jura volunt. l. qvisqvis. 5. C. ad L. Jul. majest.

Unus solvens in Pœnalibus, reliqvos non liberat. l. item. §. & si cum uno. ff. ad L. Aqvil.

CAPUT IX.

DE PROCESSU, ET HOMINIBUS, ATQVE REBUS, AD JUDICIUM PERTINENTIBUS.

A.

ABsentia litigatoris DEI præsentiâ repletur. l. properandum. 13. §. cum autem 4. C. de judic.

Absens per procuratorem causam absentiæ reddere potest. l. absens. ff. de procurat.

Accusatio omnis criminalis 20. annorum spacio præscribitur. l. qværela. C. ad L. Cornel. de falf.

In

In Accusatione publicâ fœminæ non admittuntur. l. qvi accusare. ff. de accus.

Qvi Accusare volunt, probationes habere debent. l. qvi accusare. C. de edend.

Qvi Accusat criminaliter, non potest conveniri civiliter. l. 2. §. fin. ff. de judic.

Sine Accusatore nemo damnari debet. l. rescripto. §. si qvis accusatorem. ff. de de mun. & honor.

Qvi Accusatur, non statim Reus existimetur, sed qvi convincitur criminosus. l. accusationis. 17. in pr. C. de accusat.

Accusatio Cognoscentis autoritate, non Accusantis voluntate aboleri debet. l. 1. accusationem. ff. ad SC. Turpill.

Accusator idoneus non est, qvi nondum est robustæ ætatis. l. si maritus. 15. §. lex. 6. ff. ad L. Jul. de adult.

Accusator non debet initium probationum de domo Rei sumere. l. de minore. 10. §. nec. 4. ff. de qvæstion.

Accusatorem qvi non habet, non debet honoribus prohiberi. l. rescripto. 6. §. si qvis. 2. ff. de mun. & honor. Ac-

Accusator in qvinqve potest peccare: aut Errore decipitur, aut temeritate, seu calore iracundiæ ad Accusandum provocatur, aut calumniatur, aut prævaricatur, aut tergiversatur: sed in omnibus his casibus si desistit impetratâ Abolitione qvacunqve, non punitur, nec infamis est. l. 5. §. 2. C. de abolit. item, si non impetravit Abolitionem, parcitur ei in duobus primis Casibus. c. si qvem pœnituerit. §. notandum. 2. q. 3. Secus si est, vel calumniator, vel tergiversator. Calumniator tenetur ad pœnam talionis. c. & q. c. 2. & 3. Prævaricator postea neminem potest accusare, & extra ordinem punitur. d. §. notandum. Tergiversator punitur in qvinqve libris auri. l. 3. in fin. ff. de primo.

Accusatores cuncti probationibus, luce clarioribus, uti debent. l. fin. C. de probat.

Accusatus non Negationes, sed Exceptiones probare debet. c. qvod autem. 6. q. 5.

Sine

Sine Actione experitur nemo. l. qvoties tutor. §. item si temporali. ff. de admin. tutor.

Actor est, qvi ad judicium provocat. l. 2. in fin. ff. comm. divid.

Ex Actoris parte Jus metimur. l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. petat.

Actor agit, qvando vult, sed Reus non. l. si qvando lex est. C. de dilat.

Actor asserens aliqvid probare debet. Instit. de legat. l. 2. ff. de probat.

Actoris & Rei est eadem conditio, & unô eôdem jure debet uterqve censeri. c. de mutuis petit.

Actori non debet licere, qvod Reo non permittitur. l. non debet. 41. ff. de diverſ. R. I.

Actore non probante, qvi convenitur, etsi nihil præstat, obtinebit. l. qvi accusare. 4. C. de edend.

Actus judicialis potentior est extrajudiciali. l. pacta novissima. 12. C. de pact.

Adversarius propriè dicitur is, qvi in judicio contendit; secus, si extra judici-

um. l. cum aliqvis. C. de jur. deliber.

Adversarius alius, & fortior qvando nobis opponitur, judiciorum exitus durior nobis constituitur. l. 1. ff. de alienat. judic.

Advocatus pessimam causam facit videri bonam, & è contra. l. qvod si nobis. §. culpam omnem. ff. de ædil. edict.

Circa Advocatos judicem oportet esse patientem. l. nec. §. 2. ff. de offic. proconsl.

Advocati non debent esse infames. l. 1. ff. de offic. assess.

Inter Advocationis officium, & suæ rei defensionem, multum interest. l. inter. 54. ff. de rei vind.

Advocato justum patrocinium licet vendere. 11. q. 3. c. non licet.

Nefas esse videtur in foro causas Dicentibus, nullâ præfatione factâ judici rem exponere. l. 1. ff. de origin. jur.

Advocati præfationibus uti solent. l. 1. ff. d. tit.

Æqvalitatem litigatoribus volumus ser-

servàri. l. in sacris. 12. §. 4. C. de prox. sacror. scrin.

Æqvius & melius qvod est, id debet judicari. de concept. Digest. §. 6.

Affirmantis unius dictis magis creditur, qvàm pluribus Negantibus. l. diem, in vers. qværit. ff. de recept.

Alienum jurgium judices non putent esse suam prædam. l. omnes. §. 3. ad L. Jul. repetund.

De Alieno crimine, vel Conscientiâ Rei non sunt interrogandi. l. fin. C. de accusat.

Alternativa petitio non est admittenda. l. ætate. ff. de interrogat.

Alternativus libellus regulariter, tanqvam incertus, de jure non valet. l. prætor edixit. §. qvod autem. 4. ff. de injur.

Annalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. c. purè. §. fin. ubi add. ratio, de doli except.

Appellatio est ab inferiore ad superiorem judicem provocatio. c. omnis oppressus. c. si qvis & c. placuit. 2. q. 6.

Provocationis remediô Condemnationis pronunciatio extingvitur. l. fin. ff. ad SC. Turpill.

Provocare permittitur ei, qvi ad Supplicium ducitur. l. non tantum, 6. ff. de appell.

Provocatio de pœnâ non est, sed de mulctâ. l. si qvæ. 244. ff. de V. S.

Appellare licitum à Sententiâ definitivâ, non ab interlocutoriâ. l. 2. C. qvor. appell. non recipiant.

Non Appellatur à sententiâ interlocutoriâ jure civili. C. de Episcop. aud. Secus jure commun.

Non Appellatur à Sententia arbitri. l. 1. C. de arbitr.

Appellatio qverelam iniqvitatis sententiæ continet. l. præfecti. ff. de minor.

Appellatio qvod majoribus præstat, hoc minores restitutione conseqvuntur. l. præses. 42. ff. de minor.

Qvi Appellat prior, prior agat. l. 29. ff. de judic.

Appellare non ab Executore Sententiæ.

tiæ. l. 4. in pr. ff. de appell. l. qvoniam. 21. C. eod.

Appellans non debent conviciari ei, à qvo appellat. l. illud sciendum. 8. ff. de appellat.

Appellatio eorum non improbatur, qvi unam causam probabilem Appellandi habuerunt. l. appellanti. 13. §. 1. de appellat.

Appellare non licet in alienâ causâ ei, qvi judicio expertus non est. l. 2. ff. qvand. appell. sit.

Appellantes non audiuntur, qvorum non interest. l. 1. ff. de appellat. recipiend.

Appellatione pendente nihil innovetur. l. 3. C. de appellat.

Appellationum sunt multæ causæ mortales. l. cum. 5. §. 1. C. de tempor. & repar. appellat.

Appellatio neminem debet in suâ Iniqvitate tueri. c. præterea. de appellat.

Appellationi qvi deferre neglexerit, se beneficiô appellationis reddit indignum. c. an sit de appellat.

Appellatione interpositâ, procedi non debet ad sententiam exeqvendam. c. dilectis. de appellat.

Appellationis remedium non est ad defensionem Iniqvitatis, sed ad præsidium Innocentiæ indultum. c. cum special. de appell.

Appellantium temeraria audacia, & effrena freqventia est refrenanda. c. qvamvis. de elect. in 6.

Appellationibus frivolis nec Justitia deferat, nec à judice est deferendum. c. cum appellationibus. de appell. in 6.

Arbitria ad modum judiciorum redacta. l. 1. ff. de recept. qvi arbitr. receper.

Arbitrium in compromissis personæ insertum personam non egreditur. l. 45. ff. de recept. qvi arbitr.

Ad Arbitros itur, non differendarum litium causâ, sed tollendarum. l. qvamvis. 37. ff. de recept. qvi arbit.

Cum qvis in agendo observat Arbitrium, eundem habere & contra se judicem

cem in eodem negotio non dedignetur. l. cum Papinianus. C. de sent. & interlocut. omn judic. c. cujus in agend. 3. q. 8.

Judicem qvi recusant, sunt compellendi, ut eligant Arbitros. l. apertissimi.

Arbitria & judicia in multis sunt similia. l. 1. ff. de recept.

Arbitri judicare non valent, nisi de his tantùm, super qvibus in eos extiterit compromissum. c. cum dilectis de arbitr.

B.

Biennium interdum ex justâ causâ appellanti datur, ad proseqvendam appellationem. Auth. Ei qvi. C. de tempor. & reparat. appellat. & interdum etiam tertius annus. Gl. ibid. & in Auth. si tamen, seq. C. d. tit.

C.

Calumniator tenetur ad pœnam Talionis. eod. c. & q. c. 2. & 3.

Calumniosa scriptura in judicio vim non obtinet. l. 2. ff. de fid. instrum.

Canones sacri passim Appellare permittunt. c. cum sit de appell.

Causas hominum propter occupationes judicum deperire, iniqvum est. l. cum. 5. §. si tamen. 3. C. de tempor. & repar. appell.

Causam iniqvam ostendit se fovere, qvi adversario subtrahit defensionis copiam. c. constitutis. 1. de testib.

Causarum in Processibus nihil vendicet odium, vel favor usurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmii justitiam non evertant, sed stateram gestent in manibus, appendant æqvô libramine. c. 1. de sentent. & re judicat. in 6.

Cautioni non est locus, per qvam jus libertatis infringitur. l. Titio centum. 71. §. Titio. C. de condit. & demonstr.

Cautio privatorum legibus refragari non debet, l. qvod bonis. 15. ad L. Falcid.

Cautio propter incertum interponitur. l. 11. §. 1. ff. de collat. bon.

Cautionis plus est in re, qvàm in personâ. l. plus. 25. ff. de R. I.

Cavisse non videtur, qvi non omnibus cavit. l. 1. §. si cum duobus. 13. ff. de collat. bonor.

Cer-

Certum tempus ubi non adjicitur, in judicis potestate est, qvem diem præstituat. l. 1. in fin. ff. de jur. deliber.

Citatio facta die feriato, ut fiat actus die feriato, non valet. l. pro parte. ff. de servit.

Clarum probatione non indiget. l. 1. ff. de in integr. restit.

Cognitionem causæ qvæ desiderant, per libellum expediri non possunt. l. nec qvicqvam. §. 1. ff. de offic. proconsul. l. omnia 71. de div. R. I.

Comparatio literarum, cum de scripto dubitatur, facit semiplenam probationem. l. comparationes. C. de fide instrum.

Qvi Comparere non potest sine dedecore, in vinculis est. l. in eâdem, 10. ff. qvib. ex caus. major.

Compensatio locum habet de liqvido ad liqvidum, & non de illiqvido ad liqvidum, nam Compensatio fit, si causa, ex qva compensatur, liqvida sit. l. compensationes fin. C. de compensat.

Compromissum qvilibet facere potest super rebus, qvas potest alienare. c. cum tempore. de arbitr.

A personâ, in qva Compromissum est, non est recedendum. l. si qvis. ff. de V.O.

In Compromissum id venit, de qvo actum est, ut veniret. l. 21. §. plenum. 6. de recept. qvi arbitr. receper.

Imputet sibi, qvi Compromisit. l. diem. §. stati. 2. de recept. qvi arbitr. receper. Vid. plur. Arbitr.

Concluſum esse in Causa, vel sententiam esse latam, paria sunt. l. si rem. §. fin. de evict. c. pastoralis. de caus. poss. & propriet.

Concludere Libellum præsumptivè sufficit. l. omnes. §. Lucius. ubi. Bart. ff. qvæ in fraud. credit

Condemnatum accipere debemus eum, qvi ritè condemnatus est, ut sententia valeat. l. si se. §. condemnatum. ff. de re judic.

Proniores debemus esse ad liberandũ, qvàm ad Condemnandum. l. Arrianus. 47. ff. de O. & A.

Con-

Condemnare qvi non potest, non absolvere potest. l. nemo. 37. ff. de diverſ. R. I.

Condemnatum aliqvem jam esse, vel ex processu apparere, ipsum condemnandum, paria sunt. l. qvi penè. de manumiſſ.

In Condemnatione ratio personarum habenda est, ne egeant. l. in condemnatione. 171. in pr. ff. de diverſ. R. I.

Condicere nemo potest rem suam, nisi à fure. l. 1. ff. de condict.

Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, nulla probatio Religionem cognoscentis instruat. l. 1. §. Divus. ff. de qvæstion.

Confiteri crimen videtur, qvi pacisci tur. l. 5. ff. de his qvi notant. infam.

Confessio humilis in malefactis melior est, qvàm in bonis superba gloriatio. 11. q. 3. c. injustum.

Erronea Confessio, cum erratur in facto, potest usqve ad sententiam revocari.

Post sententiam, & rem judicatam est irrevocabilis. l. error facti. C. de jur. & fact. ignor.

In Confitentem non aliæ sunt partes judicis, qvàm condemnatio. l. proinde si. ff. ad L. Aqvil.

Confiteri intentionem adversarii non videtur, Exceptionem objiciens. c. exceptionem de R. I.

Confessus perperam incommodo afficitur. l. qvi interrogatur. §. 5. de interrogat.

Confessio patris grande præjudicium affert filio. l. 1. Julianus. 12. in fin. ff. de liber. agnosc.

Confitenti sponte parcitur, hoc est, mitius cum eo agi solet. l. 3. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.

Confessus in jure suam Confessionem infirmare non potest. l. 29. §. 1. ff. de donat.

Confessus in jure pro judicato habetur. l. 56. ff. de R. I. l. sicut. 4. C. de repud. vel abstin. hæred. l. un. C. de Confess.

Con-

Confessio plenè probat adversùs confitentem in jure, hoc est, in judicio. l. 1. ff. de Confess.

Confessio facta coram judice non suo, non tenet. c. at. si clerici. de judic.

Confitenti sponte parcitur. l. edicto. ff. de jur. fisc.

Confessi de se, juris veteris autoritate, de aliorum conscientiâ interrogandi non sunt. l. fin. C. de accusat.

Confitetur de omnibus, qvisqvis se subterfugere judicium dilationibus putat. c. nullus. de præsumpt.

Conjecturæ locus est in incertis, non in certis. l. continuus. §. si ita stipulatus. ff. de V. O.

De suâ, non de alienâ Conscientiâ qvis interrogandus. l. fin. C. de accusat.

Controversiis singulis singulæ actiones sufficiunt. l. singulis. 6. ff. de except. rei judic.

Contumax est, qvi tribus edictis propositis, vel unô pro tribus (qvod vulgô peremptorium appellatur) literis evocatus,

tus, præsentiam sui facere contemnit. l. contumacia. ff. de re judicat.

Contumacia litis damnô coërcetur. l. contumacia. 53. ff. de re judicat.

Contumacis pœnam non patitur, qvem adversa valetudo, vel majoris causæ occupatio defendit. l. contumacia. §. 1. ff. de re judicat.

Contumax non videtur, qvi ad majus auditorium vocatus, si litem inchoatam. l. 54. ff. de re judic.

Contumacia cumulat pœnam. l. relegati. 4. ff. de pœn.

Contumax non debet melioris conditionis esse, qvàm obediens. c. contingit. de dol. & contum.

Contumacia manifesta reputatur offensa. c. venerabilibus. §. secus. de sentent. excomm. in 6.

Copia non probat, sed originale. l. sancimus. C. de diverf. rescript.

Criminaliter qvi accusat, non potest civiliter conveniri. l. 2. §. fin. ff. de judic.

Cumulatio remediorum prohibetur, non exceptio. l. plura. ff. de O. & A. D.

D.

Decisionis alicujus qvando certa ratio redditur, pro specialiter expressâ habetur. l. qvamvis. C. de fideicom.

Decretum ubi necessarium est, per libellum id expediri potest. l. nec qvicqvam. §. ubi. ff. de offic. proconsul.

Decreta qvasi ambitiosa esse interpretanda sunt. l. deniqve. in pr. ff. de minor.

Decretis justis res temperanda est, qvoties desiderii naturalis ratio, vel dubitatio Juris moratur. l. in ambiguis. 83. §. 2. de R. I.

Ex Decreto primo dominium non transfertur. l. si finita. de damn. infect.

Decreta ambitiosa rescindi debent. l. ambitiosa. C. de decret. ab ordin. faciend.

Decretum semel rescindi non debet. l. qvod. ff. de decret. ab ordin. faciend.

Decretum non ligat Ignorantem. l. fin. de decret. ab ordin. faciend.

Defensio, per pluresciſſa, afficit incommodo actorem. l. jam tamen. 5. §. 7. ff. judic. solv.

Defen-

Defensionis copiam qvi adversario subtrahit, causam iniqvam se fovere ostendit. c. constitutis 1. de testib.

In Defensionis remedium qvod sustinetur, ad Impugnationis materiam nullatenus extendatur. c. cum inter. in fin. de except.

Defensionibus pluribus uti nemo prohibetur. c. nullus. de R. I. in 6.

Delegante mortuô expirat Jurisdictio delegati. l. & qvia. ff. de jurisdict.

Delegatus non potest subdelegare. l. à judice. C. de judic.

Delegatus superior est, & major illis, qvorum causam incipit terminandam. c. 2. de offic. & potest. judic. delegat.

Dilatio omnis probatoria in causis civilibus peremptoria est, proinde nisi semel dari debet. l. oratione. 7. & l. fin. ff. de fer. & dilat.

Dilatio nimia non debet admitti. l. 2. §. fin. de judic.

Dilationis dandæ justa causa est postulatio Advocati. l. ait. prætor. ff. ex qvib. caus. maj.

Do-

Domesticus judicis à publicis actibus arceatur. l. domesticus. 4. C. de assessor.

E.

EDicta prætoris non debent esse illusoria. l. prætor. ff. de judic.

Adversus Edictum feciſſe propriè dicitur, qvi vetante prætore fecit. l. qvi. 102. ff. de R. I.

Epistola judicis effectum rei judicatæ non habet. l. 2. C. comminat. Epistolas &c.

Evidentia facti habet absolutam probationem, ut, cum qvid sensu corporeo coram percipitur. l. vulneris. ff. de Injur.

Ex qvalitate Exceptionis regulariter qvævis dispositio declarari solet. l. nam qvod liqvidæ. de pen. legat.

Exceptio facilius datur, qvàm actio. l. 1. §. is autem. de superf.

Regula nulla tàm generalis, & firma est, qvæ non aliqvando patiatur Exceptionem. l. regula. ff. de R. I.

Exceptione qvi tutus est, moram non committit. l. lecta. 46. circ. fin. ff. de reb. credit. c. non est. de R. I. in 6.

Ad

Ad Excipiendum multò magis admittendus est, qvi ad agendum admittitur. c. qvi ad. de R. I. in 6.

Exceptionem opponens, per qvam asserit aliqvid, debet eam probare. l. 1. & 2. de Except.

Reus in Exceptione actor est. l. 1. ff. de except.

Exceptionibus diversis & pluribus nemo uti prohibetur. l. 5. & l. nemo. 8. ff. de except.

Exceptione qvi utitur, non confitetur. l. non utiqve. 9. ff. de except.

Exceptio, qvæ non competit, nec opposita nocet. l. si in judicio. 23. ff. de except. rei judicat.

Exceptio debet esse de regulâ. l. nam qvod liqvidæ. §. fin. ff. de pœn. leg.

Exceptio peremptoria usqve ad sententiã definitivam opponi potest. l. peremptorias. 2. C. sent. rescind. non pot.

Exceptio doli non solet nocere his, qvibus voluntas testatoris non refragatur. l. qvi cum. §. 1. ff. de diverf. R. I.

Ex-

Exceptiones dilatoriæ post litem contestatam non opponuntur, nec ante litem peremptoriæ. l. ita demum. C. de procurat. l. peremptorias. C. sent. rescind.

Exceptio competens principali, competit & fidejussori. l. tàm mandatori. ff. de non num. pec.

Exceptio peremptoria aliqvando opponitur post sententiam. l. tamen. ff. ad SC. Macedon. Contrarium verò regulare est. l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss.

Excusatio affectata non prodest. l. 2. §. 9. ff. si qvis caution.

Executio damnati ab irato principe per 30. dies debet differri. l. si vindicari. 20. C. de pœn.

Non Exeqventi, sed disponenti actus attribuitur. l. unum. §. 1. de legat. 2.

Executionis eventus etiam potest esse incertus. l. qvod debetur. ff. de pecul.

Ab Executione non est incipiendum. l. 1. C. de execut. rei judic.

Execu-

Executio juris non habet injuriam. l. injuriarum. 13. §. 1. ff. de injur.

Executio non facienda juris ordine prætermisſô. l. ſi cum nulla. de re judic. l. 1. C. de execut. rei judic.

Exempla ponimus, non, ut vera ſint, ſed, ut eorum, qvæ poſſunt accidere, juris qvalitas ex eis demonſtretur. l. obligationem. §. fin. ff. de O. & A.

Exemplis teſtimoniorum non debet credi, l. 3. §. idem Divus. ff. de teſtib.

Non Exemplis, ſed legibus eſt judicandum. l. nemo. 13. C. de ſent. & inter loc. omn. judic.

Expenſæ modicæ non ſunt curandæ. l. omninò. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.

Expenſarum detrimentô infortunium hominum prægravari non debet. l. tam dementis. 28. in fin. C. de nupt.

Ad Expenſarum menſuras non oportet qværere etiam poſſeſſiones, ſed ex iis, qvæ ſunt, metiri expenſas. Novell. 3. ut determinatus ſit in fin. præfat.

Actus Expenſas ille ſolvat, qvi actum fieri

fieri petit. l. prætor ait. §. 1. ff. de edend.

Ad Expensas tenetur, qvi litem injustè movet. l. properandum. §. sive autem. C. de judic.

In Expensarum causâ victus victori est condemnandus. l. properandum. 13. §. sive autem. 6. C. de judic.

Victus victori condemnatur in Expensas. Gl. tenebitur. in l. 1. de alien. judic. Gl. fortassis in l. 3. §. de leg. 13. si judici videbitur Gl. in §. oportet. in Auth. de judic. coll. 6.

Expensæ faciendæ sunt secundū personæ qvalitatem. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. & peric. tut.

F.

FActum à judice, qvod ad ejus officium non pertinet, ratum non est. l. factum. 170. ff. de divers. R. I.

In Facto proprio Error non præsumitur, nisi probetur. l. si hæres. §. fin. ad Trebell.

Favor causæ Reorum favori prævalet. c. ex literis. de probat. c. de rejudic. l. inter. ff. eod. Favo-

Favorabiliores ſumus ad liberandum, qvàm ad obligandum. l. Arrianus. ff. de O. & A.

Die non Feriato citatio facta, ut Actus fiat die feriato, non valet. l. pro parte, ff. de ſervit.

Fidei malæ poſſeſſor nunqvam præſcribit. c. poſſeſſor. de R. I. in 6.

Malæ Fidei præſumptio non poteſt allegari poſt 40. annos. l. fin. C. unde vi.

Finita qvæ ſunt judiciali ſententiâ, vel amicabili pactô ſopita, nullo modo ſunt reſuſcitanda. de confirm. Digeſtor. §. 23. vel retractanda. d. l. c. 2. §. 23.

Forum ſortitur qvis ratione:

Domicilii. l. 2. C. de jurisdict. omn. judic.

Contractus. l. hæres. ff. de judic.

Delicti commiſſi. l. 3. ff. de offic. præſid.

Deprehẽſionis rei. l. 1. C. ubi de crimine.

Rei ſitæ. c. fin. extr. de for. compet.

Actor Forum rei ſeqvitur. l. in criminali. 5. C. de jurisd. omn. judic.

Fruſtratoria allegans non auditur. l. pen. C. de convent.

Fu-

Futuri temporis tractatus non pertinet ad judicem. l. 1. §. 2. ff. de usur.

G.

GLossæ in defectum legum allegari non debent. l. sed licet. ff. de offic. præsid.

I.

IMpendia modica non sunt curanda. l. in rebus. §. sed & id. ff. commod.

Impendia aliqvando frustra fieri, melius est, qvàm denegari alimenta ei, qvi dominus bonorum aliqvo casu futurus est. l. 1. §. sed & si incertum. ff. de ventr. in poss. mittend.

Impensarum deductionem nullus casus impedit. l. fundus. 51. in fin. ff. famil. erciss.

Infames non possunt esse advocati. l. 1. ff. de offic. assess.

Infamis potest esse procurator Jure civili. §. fin. Instit. de except.

Instructus esse non potest, qvi præter spem ad alienum judicium trahitur. l. 2. C. de dilat. 3. q. 3. c. induciæ.

In-

Instrumentum, hoc est, ipsum originale probat, non autem fit probatio rescriptorum per exempla. l. sancimus. C. de divers. rescript.

Instrumentorum, & testium est par virtus. l. in exercendis. C. de fid. instrum.

Honestiores non solent pati, nomina sua Instrumentis inscribi. l. pupillus. §. §. sanè. 4. ff. de autor. & consf. tut.

Instrumenta privata, si non aliis adminiculis adjuventur, sola ad probationem non sufficiunt. l. instrumenta. C. de probat.

Instrumenta, hoc est, scripturæ, fide dignæ, faciunt justam probationem, veluti scripto tabellionum aut magistratuum, aut sigillis confirmata. l. 1. ff. de fid. instrum.

Instrumenta communia penes digniorem, & potentiorem debent residere. l. ult. C. de edend.

Intentio ambigua ita accipienda est, ut res actori salva sit. l. in contrahenda. 172. §. 1. de divers. R. I.

Inten-

Intentionem adversarii confiteri non videtur exceptionem objiciens. c. exceptionem de R. I. in 6.

Interrogandi Rei non sunt de alieno crimine, vel conscientiâ. l. fin. C. de accusat.

Invitus agere, vel accusare nemo cogitur. l. un. C. ut nem. invitus.

Invitus nemo cogitur suscipere onus procuratoris. l. filiusfamilias. §. invitus. ff. de procurator.

Inviti, & ignorantes liberari possumus solutione, vel judicium pro nobis accipiendô. §. ult. Instit. de act.

Judici pecuniam mutuans unà cum judice relegatur. l. qvisqvis. C. si cert. pet.

Judicem, qvoad ejus pœnam, corrumpi precibus, vel pecuniâ, paria sunt. l. fin. C. de pœn. judic. qvi mal. judic.

Jus dicentis dolus debet puniri. l. 2. qvod qvisqve jur.

Judicari debet id, qvod meliùs, & æqvius est. de Concept. Digest. §. 6.

Propter Judicum occupationem causas hominum deperire, iniqvum est. l. cum, 5. §. si tamen. 3. C. de tempor. & repar. appell.

Judicem qvi decipit, coërceri debet. l. debuit. 17. ff. de his, qvi not. inf.

Jus dicenti extra territorium impunè non paretur. l. fin. ff. de jurisdict.

Gens, sub Judice majori constituta, majorem sentiet providentiam. Novell. 15. de defens. civil. c. 6. qvia verò. §. audient. 1.

In Judicando magis est custodia veritatis, qvàm obedientia voluntatis. c. judicet. 3. q. 7.

Judicem suæ rei esse, iniqvum est. l. Julianus. 17. ff. de judic.

In Judicem non consentit, qvi edi actionem sibi petit. l. non videtur. ff. de judic.

Interdum tolerabilius est, Judicem, qvi semel cognoverat, tantisper expectare, qvàm judici novo rem rursum judicandam committere. l. prætor. 13. in fin. ff. de vac. muner. Juri

Juri convenit, non ipsos Judices ad subjectos deduci, sed per datos ab his judices, ad causæ examinationem in locis, ubi incusati degunt, procedere. l. jubemus. in fin. C. de Episcop. & cler.

Qvi ad Judicem justè provocavit, moram non facit. l. si qvis. in pr. ff. de usur.

Judices esse non possunt: mutus, surdus, impubes, furiosus. l. cum prætor. §. non autem. ff. de judic.

Judicum animos non licet in eo commovere, qvod non potest ostendi. l. nostris. 3. in fin. ff. de calumn.

Qvi autore Judice comparavit, possessor bonæ fidei est. l. & si qvis. 14. §. 1. ff. de religios. & sumpt. funer.

Pro Judice præsumitur. l. 1. C. de offic. judic.

Qvæ Judici tantùm nota sunt, sine examinatione fieri non possunt. 2. q. 1. c. de manifesta. in fin.

Judicis æterni tribunal illum reum non habet, qvem injustè judex condemnat. c. 1. de sentent. & re judic. in 6.

Judicis boni interest, lites dirimere. l. properandum. C. de judic.

Judicis Epistola effectum rei judicatæ non habet. l. 2. C. Comminat. Epistolas.

Judex nemo debet esse in propriâ causâ. l. si de re suâ. ff. de arbitr.

Judex non habet duplicem conscientiam, sed unam, à DEO inditam, cujus certitudinem debet judicandô seqvi. l. eadem. ff. de fer.

Judici delinqventi nullum debetur salarium. l. omnes judices. C. de decur. lib. 10.

Judex circa Advocatos debet esse patiens. l. nec. §. 2. ff. de offic. proconf.

Judex alicujus Civitatis vel oppidi, vel alii officiarii ipsius Civitatis, vel oppidi, Consules esse non possunt. l. ult. in pr. ff. de min.

Judex id seqvatur, qvod convenit eum, ex fide eorum, qvæ non probabuntur. l. illicitas. §. 1. ff. de offic. præsid.

Judex in adeundo se facilem præbeat, sed contemni non patiatur, & subditos

in

in ulteriorem familiaritatem non admittat. l. observandum. ff. de offic. præsid.

Judicis officiū latissimum est. l. 1. ff. de jurisdict. l. ubi non apparet. ff. de V. O.

Judicis Officium ubicunqve pro actione proponitur. c. 2. de offic. judic.

Viribus non subsistunt, qvæ fiunt à Judice, si ad ejus non spectant officium. c. ea qvæ. de R. I.

Judicis omnis vox non continet judicati autoritatem. l. ex stipulationibus. 7. C. de sentent. & interloc. omn. judic.

Judex omnis pœnali judicio suam Jurisdictionem defendere potest. l. 1. in. pr. ff. si qvis jus dicenti non obtemp.

Judicis boni est, potius litem restituere, qvàm concedere actionem famosam. l. Divus. 7. §. 1. ff. de in integr. restitut.

Judex, de qva re cognovit, de eâ pronunciare debet. l. de qva re. 74. in pr. ff. de jud.

Judicis factum juri derogare non oportet. l. 1. §. ff. de fer.

Judex oculis suis, si res exigat, rem subji-

jiciat. l. fi. irruptione. §. 1. ff. fin. regund.

Judicis officium est, lites diminuere, l. qvidam. 21. ff. de reb. cred.

Judicem pro justâ causâ corrumpere non licet. l. 2. §. 2. ff. de condict. ob just. turp. vel injust. caus.

Judex æqvitatem ante oculos habere debet. l. qvod si. ff. de eo qvod cert. loc.

Judex curabit, ut probatio rerum salva sit. l. curent. 22. ff. de testib.

Judex esse desinit, qvi semel benè, vel malè functus suô officiô. l. judex. 55. ff. de re judic.

Judex bonus vir est. l. continuus. 137. §. 1. de V. O.

Judex nonnunqvam benè latas sententias in pejus reformat. l. 1. in pr. ff. de appellat.

Judices omnes veritatem, & legum, & justitiæ vestigia seqvi oportet. l. nemo. C. de sentent. & interloc. omn. judic.

Judicibus immodicè Sævientibus freni temperies est adhibenda. l. 1. C. de custod. reor.

Judex

Judex curare debet, ut certam ferat sententiam. §. curare. Instit. de action.

Judex subditum, sicut pater filium, diligat. Novell. 8. ut judic. sine qvoq; suffragio fiæ. c. 8. eos. autem in pr.

Judex DEO, principi, & legi mundas debet servare manus. Novell. 17. de mandat. princip. c. oportet. 1.

Judex terribilis sit delinqventibus, & indevotis circa fiscalia: mansvetissimus autem & mitis omnibus placidis, & devotis. Novell. 17. de mandat. princip. tit. non permittas. 5. in fin.

Judici sufficit ad perfectam fortitudinem & lex, & imperii favor. d. Novell. 17. de mandat. princip. c. patrocinia. 13.

Judex lege clementior esse non debet. Novell. 82. c. oportet. 10.

Judicis autoritas prædoni possessionem restituet. 3. q. 1. c. DEus. in fin.

Judices suspecti, & inimici esse non debent. 3. q. 5. c. qvia suspecti. c. secundo reqvirit. de appellat.

Judex bonus nihil ex arbitrio suo facit. 3. q. 7. c. judicet.

Judici non licet justum judicium vendere. 11. q. 3. non licet.

Judex usqve ad prolationem sententiæ debet universa rimari, c. cum Johannes, de fid. instrum.

Coràm Judice suspecto litigare, periculosum est. c. cum inter de exception.

Judicem qvæ movent, non omnia exprimuntur in sententiis proferendis. c. sicut. de sent. & re judic.

Judex ex causa nonnunqvam potest, ubi viderit, expedire, utriq; litigatorum probationem decernere. l. non utiqve. ff. de except.

Judex, qvæ certò non scit, debet judicare secundùm probata, & allegata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid.

Judex debet sententiam proferre in scriptis. l. fin. C. de sent. ex brevic. recitand.

Judex non debet esse mitior lege. Novell. de judic. §. ut autem. Constit. 11.

Judex non debet aliqvem sine causâ citare, vel accusare. l. cum hi. ff. de transact.

Ju-

Judex potest suum errorem corrigere, si malè sit interlocutus. l. qvod jussit. ff. de re judic.

Judex debet omninò inqvirere veritatem. l. 2. C. de edend.

Judex à litigatoribus antea, qvàm lis inchoëtur, recusari potest. l. apertissimi. C. de judic.

Judicem qvi recusant, sunt compellendi, ut eligant arbitros. d. l. apertissimi.

Judex non potest suos subditos compellere, ut in eum compromittant. l. sed si in servum. §. si qvis. ff. de recept.

Judicis, seu magistratus interest, habere subditos locupletes. Novell. ut præs. absqve ulla datione. §. tametsi enim. Constit. 8.

Judex, qvi usqve ad certam summam judicare jussus est, etiam de majore re judicare potest, si inter litigatores conveniat. l. de qva re ff. de judic.

Judicis autoritate qvi possidet, justè possidet. l. justè ff. de acqvir. poss.

Judex is dari non debet, qvem altera

pars nominatim petiit. l. obſervandum. ff. de judic.

Judex non poteſt mutare pœnam, à lege ſtatutã. l. fin. C. ne ſanct. baptiſm. iter.

Judex, vel prætor, cum non jure contra qvem pronunciat, injuriã feciſſe dicitur. l. ſi per imprudentiam. ff. de eviction.

Judex qvilibet de qvalibet cauſâ poteſt cognoſcere. l. ubi non apparet. ff. de V. O.

Judicium ita nocens ſubterfugit, qvemadmodum, ut abſolvatur, qvi eſt innocens, qværit. c. nullus. de præſumpt.

Judicii Exercitatio nonnullas moras habet. l. etiam 15. in pr. ff. ut legat. ſeu fideicommiſſ.

Judicium eſt actus legitimus trium perſonarum, ſcil. actoris, rei, & judicis, in rubr. de judic. in add. marg.

Judicii poteſtas conſideratur, non juris. l. 1. C. de teſtam. manumiſſ.

Judicialis actus potentior eſt extrajudiciali. l. pacta noviſſima. 12. C. de pact.

In Judicium non venit id, de qvo actũ eſt, ne veniat. l. ſolemus. 61. ff. de judic.

In

In Judicio, qvod de feudis agitur, illud legibus nostris contrarium dici solet. lib. 2. de feud. tit. 1.

In Judiciis non est acceptio personarum. c. in judiciis. de R. I. in 6.

Judicium integrum est, qvod plurimorum sententiis confirmatur. c. conscientiam. distin. 64. Clem. 1. §. qvod etiam. de sent. excommun.

Post absolutum dimissumqvè Judicium litem alteram consurgere ex litis primæ materiâ, nefas est. l. terminate. 3. c. de fructib. & lit. expens.

Qvando Judicia duo ita se habent, qvòd absolutoria lata in uno pariat exceptionem rei judicatæ in alio: Concursus non admittitur. l. fundum Titianum. ff. de except.

Judicium, ubi ceptum, ibi & finiri debet. l. ubi 30. ff. de judic.

Judicium non potest esse in pendenti, l. non qvemadmodum. 35. ff. de judic.

Judicium solvitur vetante eô, qvi judicare jusserat. l. judicium. ff. de judic.

Judicium non potest *in* partes scindi. l. si familiæ. 48. ff. famil. herciſc.

Judicium redditur etiam *in* invitum. l. inter. 83. §. 1. ff. de V. O.

Judicia pœnalia, semel accepta, *in* hæredes transmitti possunt. l. pœnalia. 164. ff. de diverſ. R. I.

Judicium nullum inter dominos, & servos constare potest. l. sive serv. C. an serv. pro suo fact. post manumiſſ. teneat.

Judicium qvi refugit, appareat eum de *Justitiâ* diffisum. 11. q. 1. c. Christianis. *in fin.*

Judicium non exerceatur *in* tenebris. c. consuluit. de offic. & pot. judic. delegat.

Judicium non debet claudicare. c. cum inter. de except.

Judicio majoris partis est standum. l. qvod major pars. ff. ad municipal.

Judicia, & arbitria *in* multis sunt similia. l. 1. ff. de recept.

Judiciorum exitus durior nobis constituitur, qvando nobis opponitur alius adver-

adversarius, & fortior. l. 1. ff. de alienat. judic.

Judicare nolite, ne judicemini. l. rem non novam. C. de judic.

Juramentum non facit licitum, qvod aliàs est illicitum. l. fin. C. de non numer. pecun.

Jurisjurandi conditio, hæredi, vel legatario, vel fideicommissario, vel mortis causa donatario appositа,remittitur, sive sola, sive conjunctim, cum alia fuit apposita. l. qvi sub conditione. de condit. instit.

Modestiùs facit, qvi Juramentum refert, qvàm qvi jurat. l. illud aut illud. ff. de constit. pecun.

Juramentô exactô sæpè solet judex secundùm eum, qvi juravit, judicare. l. admonendi. ff. de jurejur.

Vir multum plurans replebitur iniqvitate, & plaga non recedet à domo ejus. c. etsi Christus. de jurejur. Ecclesiast. c. 23.

DEus inter Juramentum, & simplicem

cem qverelam non facit differentiam. c. juramenti. c. 22. q. 5.

Ad *Jurandum* nonnulli homines faciles sunt, contemptu religionis, alii perqvam timidi, metu divini numinis, usqve ad superstitutionem. l. qvæ sub. 8. ff. de condit. instit.

Illiciti *Jurisjurandi* transgressio magis placet DEO, qvàm jurisjurandi observatio. Novell. 51. in præfat.

Juramentum ei soli nocere solet, qvi detulit. l. sed etsi. 7. §. si petent. ff. de Publ. in rem. act.

Jurandum hoc est, qvod qvisqve credit, & existimat. l. cum. 2. §. 2. c. de jurejur. propt. cal. dand.

Jurisjurandi contempta religio satis DEum ultorem habet. l. 2. C. de reb. cred.

Juramentum promptè dare nemo festinet. Novell. 17. de mand. princ. c. sed neqve. 6. in pr.

De *Jure*jurando cujusqvam non qværatur, l. adversus. 15. de exception.

Ju-

Juramento æqviparatur fidei interpositio. c. ad aures de his. qvæ vi. met. cauſ.

In Juramento ſuperioris Jus ſemper intelligitur exceptum. c. venientes. de jurejur.

Juramentô probari poteſt Innocentia. l. furti. 6. §. ſed & 4. ff. de his qvi not. infam.

Famoſâ actione convento Juramentum deferre non licet. c. fin. de jurejur.

Jurejurand ô Obligatio naturalis non tollitur. l. fin. §. eand. ff. de jurejur.

Jurare nolle, nec jusjurandum referre, manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis eſt. l. 38. ff. de jurejur.

Juramentum maximum remedium eſt expediendarum litium. l. 1. ff. de jurejur.

Juramentum ſpeciem transactionis continet; majoremqvè autoritatem habet, qvàm res judicata. l. 2. ff. de jurejur.

Juramentum patronum non facit, ſed ſententiæ ſtatur. l. ſi juravero. 14. ff. de jur. patr.

Juramentum vicem rei judicatæ obtinet.

tinet. l. 1. in pr. ff. qvar. rer. act. non dat.

Juramentum hæreditarium multum discrepat à principali sacramento. l. generaliter. in pr. C. de reb. cred. & jurejur.

Juramentum hos habeat Comites: Veritatem, judicium, & justitiam. 22. q. 2. c. animadvertendum. c. etsi Christus. §. Jacobus de jurejur.

Juramentum vinculum iniqvitatis esse non debet. 22. q. 4. c. inter cætera. c. qvanto. de jurejur.

Juramentum licitè servari potuit, qvod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur. c. si diligenti. extr. de for. compet.

Juramentum omne servandum est, qvod absq; dispendio æternæ salutis servari potest. c. cum contingat. de jurejur.

Juramenta non, sed perjuria potiùs sunt dicenda, qvæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur. c. sicut. el. 1. de jurejur.

Juramentum eum non ligat, qvi præstitit, cum ille, cui præstitum fuerit, serva-

re

re negligit, qvod promisit. c. sicut. el. 2. de jurejur.

Juramentum, contra bonos mores præstitum, non est obligatorium. c. non est. de R. I. in 6.

Juramentum non facit licitum, qvod aliàs illicitum est. l. fin. C. de non num. pecun.

Juramentum pro veritate habetur. l. sed etsi possessore ff. de R. I.

Juramentum illicitæ rei non valet, Jurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.

Juramentum factum in pacto, à jure communi remoto, non est observandum. l. juregentium. ff. de pact.

Juramentum in civilibus, vel criminalibus causis non est admittendum, l. maritus. ff. de pœn.

Jurisconsulto licet rectum consilium vendere. 11. q. 3. non licet.

Si Jurisdictio unicuiqve sua non servetur, rerum ordo confunditur. l. consulta. C. de testib.

Cui Jurisdictio data est, ei qvoq; data esse

esse videntur concessa, sine qvibus jurisdictio explicari non potuit. l. 3. C. de judic. l. fin. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.

Jurisdictio delegati expirat mortuô delegante. l. & qvia. ff. de jurisdict.

Jurisdictionem suam omnis judex pœnali judiciô defendere potest. l. 1. in pr. ff. si qvis jus dicent. non obtemper.

Qvi Jurisdictionem mandatam susceperit, proprium nihil habet. l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict.

Jurisdictio est potestas, autoritate publicâ introducta, juris dicendi, & æqvitatis statuendæ gratiâ. Qvæ si sit ordinaria, territorium exigit, sicut ususfructus fundum. Si verò delegata, tunc potestas ex solo mandato fundatur; nisi sint conservatores. c. ad abolendam. §. fin. de hæret.

Jurisdictionem sibi mandatam alteri mandari non posse, manifestum est. l. ult. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict.

Jurisdictio sine modicâ coërcitione nul-

nulla est. d. l. fin. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict.

Jurisdictione mandatâ totum officium juris dicendi transit. l. 1. §. 4. ff. de suspect. tut.

Jurisdictio temperanda est. l. 2. C. de pignor.

Jurisdictio delegata ad alias personas valet prorogari. c.P. & G. de offic. & potest. jud. deleg.

Juris executio non habet Injuriam. l. injuriarum. 13. §. 1. ff. de injur.

Jure disceptare, est justè judicare. c. forus. de V. S.

Jus nemo sibi dicere debet. l. qvi. 10. ff. de jurisd. l. unic. C. ne qvis in suâ caus. judic.

Jus dicenti extrà territorium impunè paretur. l. fin. ff. de jurisdict.

Jus metimur ex parte actoris. l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. petat.

Justu judicis qvi aliqvid facit, non videtur dolo malo facere, qvia parere necesse habet. l. non. 167. §. 1. de R. I.

Li-

L.

LIbellus alternativus regulariter, tanqvam incertus, non valet. l. prætor edixit. §. qvod autem. 4. ff. de injur.

Libellum concludere præsumptivè sufficit. l. omnes. §. Lucius. ff. qvæ in fraud. credit.

Libellus de plano dari potest. l. miles. 11. §. sexaginta. ff. ad L. Jul. de adult.

Libellus est formula scripti, complectens actionem, & futuræ litis expositionem in judicio. l. 1. C. de edend.

Libellus debet offerri judici, & per judicem adversario dari. l. 2. C. de litigios.

Libellus obscurus pro libellante interpretatur. l. si qvis intentione. de judic. in præsent. extr. de probat.

Ad Liberandum sumus favorabiliores, qvàm ad obligandum. l. Arrianus. ff. de O. & A.

Libri, & scripturæ, in publicâ custodiâ repositæ, probant. l. census. ff. de probat.

Litis eventus dubius. l. qvod debetur. de pecul.

Li-

Litibus non vexari, noſtra intereſt. l. minoribus. 6. ff. de minor.

Lites dirimere, boni judicis intereſt. l. properandum. de judic.

Litis timor recta cauſa eſt transactionis. l. cum te. 2. C. de transact.

Lites non immortales eſſe, nec vitas hominum excedere debent. l. properandum. 13. in pr. C. de judic.

Litis commutatione alia res eſſe incipit. l. neqve 3. C. ad exhib.

Nullus tàm audax invenitur, qvi poſſit invitô judice Litem protelare. l. properandum. 13. §. 1. in fin. ff. C. de judic.

Lite repetitâ, finis negotii alterius cauſæ non fiat exordium. l. ſi qvis. 11. C. de reb. cred. & jurejur.

Litem finitam non inſtaurare oportet. l. ſi cum. 4. C. de Judic.

Lites, de qvibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinentur. l. cum. Aqviliana. ff. de transact.

In Litibus exercendis eandem vim obtinent tàm fides inſtrumentorum, qvàm de-

depositiones testium. l. in exercendis. 15. C. de fid. instrum.

Lites litibus inculcari non debent. c. pastoralis. de caus. poss. & propr.

Lis nulla inter patrem, & filium esse potest. nisi ex castrensi peculio. l. lis nulla. ff. de judic.

Litis initium fit per Contestationem. l. C. de plus petit.

Litem qvi injustè movet, ad Expensas tenetur. l. properandum. §. sive autem C. de judic.

Litis Contestatione jura temporalia perpetuantur. l. nam postea. §. si ii qvi. de jure jur.

Conditio eorum, qvi Litem contestati sunt, non solet deterior fieri, sed plerumq; melior. Gilhaus. arb. judic. civil. pag. 157. col. 1. n. 20.

Lite contestatâ Procurator litis dominus efficitur. l. 4. in fin. ff. de appell.

Ante Litis contestationem non dicitur qvis petere, sed petere velle, l. amplius. ff. rem ratam haber.

Ne-

Nemo post Litem contestatam ordinariæ sedis examen declinet. l. nemo. 4. C. de Jurisdict. omn. judic.

Post Litis Contestationem Reconventio non admittitur. c. 1. de mutu. petit.

Litis Contestatio facit omnes possessores. l. sed & si offic. de petit. hæred.

M.

MAndatum suscipere, cuilibet liberum est, susceptum autem consummandum est, l. si mandavero. §. si autem. ff mandat. §. mandatum. Instit. eod. tit.

Mandatum illicitum qvi suscepit, juvandus non est. l. cum fundum. 18. ff. de vi & vi armat.

Mandatum principis allegenti non credatur, nisi ostenderit ejus literas. l. 1. C. de mandat. Princ.

Mandari ab alio qvi patitur, ut sibi credatur, mandare intelligitur. l. 18. ff. mand.

Manifesta non indigent probatione. l. si verò. §. 1. ff. qvi satisdar. cogant.

Media via in perplexitatibus eligenda. l. si paterfamilias. ff. de hæred. instit.

Mi-

Minima non curat prætor. l. scio. 4. ff. de in integr. restitut. l. si qvis. 9. in fin. ff. de dol. mal.

Moram non facit, qvi justè ad judicium provocavit. l. si qvis. in pr. ff. de usur.

Moram non committit, qvi exceptione est tutus. l. lecta. 46. circ. fin. ff. de reb. cred. c. non est. de R. I.

Morbus sonticus, etiam invitis litigatoribus, ac judice, diem judicii differt. l. qvæsitum. 60. ff. de re judic.

Mutus non potest esse judex. l. cum prætor. §. cum autem. ff. de judic.

N.

NEgare, & tacere, idem est. l. de ætate. §. nihil interest. ff. de interrog. in jur. fac.

Abnegare id, qvod qvis accepit, bonæ fidei non convenit. l. qvod servus. 11. ff. depos.

Unius affirmantis dictis magis creditur, qvàm plurium Negantium. l. in diem. in vers. qværit. ff. de recept.

Qvi falsò Negat, se accepisse id, qvod reverà

reverà accepit, de mandacio convictus probatione gravatur. l. cum de indebito. ff. de probat.

Negans unum, aliud concedere videtur. l. cum prætor. 12. in pr. ff. de judic. & è contrario. l. maritus. C. de proc.

Negantis factum per rerum naturam nulla probatio est. l. actor. 23. C. de probat. l. asseveratio. 10. C. de non num. pecun.

Negationes faciunt rem dubiam in judiciis. l. 2. C. qvib. ad libert. proc. non lic.

Negare præsumitur, qvi Diversum asserit. l. cum precibus. l. maritus. C. de procurat.

O.

OBscurè, aut nihil respondere, pariter. l. de ætate. §. 7. ff. de interrogat.

Cum Obscura sunt jura, Reo favendum est potiùs, qvàm actori. c. cum sunt. de R. I. in 6.

In Obscuris solet contra petitorem judicari. c. inter dilectos. de fid. instrum. §. retinendæ. 4. Instit. de interdict.

Judex Oculis suis, si res exigat, rem subjiciat. l. si irruptione. §. 1. ff. fin. regund.

Officium judicis ubicunqve pro actione proponitur. c. 1. de offic. judic.

Officiô suô qvi alium lædit, aut læsurus est, non præsumitur idoneus. l. 2. C. de his, qvi ven. æt. impetr.

Originale probat, non exemplum. l. sancimus. C. de diversi. rescript.

P.

PAter potest esse testis in causâ, in qva filius suus est alienô nomine procurator. l. qvi testam. §. qvicunq; ff. qvi testam. fac. poss.

Pauperum lites gratis audiantur. Novell. 17. de mand. princ. c. cum sit tibi 3.

Pauper, dum non habet, qvod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur: citò violatur aurô justitia: nullamqvè reus pertimescit culpam, qvam redimere nummis existimat. 11. q. 3. c. pauper.

Peremptoria Exceptio usq; ad sententiam definitivam opponi potest. l. peremptoempto-

emptorias. 2. C. sentent. rescind. non poss.

Peremptoria Exceptio aliqvando opponi potest post sententiam. l. tamen ff. ad SC. Macedon. Contrarium regulare est. d. l. peremptorias. C. sentent. rescind. non poss.

Nullum id est, cujus persecutio negatur. l. si noxal. ff. de noxal. action.

Petitio alternativa non est admittenda. l. ætate. ff. de interrogat.

Petere ante litis contestationem nemo rectè dicitur, sed petere velle. l. amplius. ff. rem rat. haber.

In lite esse debet, qvi Petitoris onera sustineat, & qvi commodò possessoris fungatur. l. inter litigantes. ff. de judic.

In obscuris solet contra Petitorem judicari. c. inter dilectos. de fid. instrum §. retinendæ. 4. Instit. de interdict.

Petitū non est, qvod nec actor petere putasset, nec judex in judicio sensisset. l. si ex testamento. l. 20. ff. de except. rei judic.

Petens minus, sine periculo agit. §. si minus. 34. Instit. de action.

Post Petitorium intentatum potest intentari possessorium retinendæ. l. 12. §. 1. ff. de acqvir. poss.

Possessorii cũ petitorio, ratione citerioris expeditionis, permittitur cumulatio. l. cum fundum. §. fin. de vi & vi armat. c. pastoralis. de caus. poss. & propriet.

Per Plura fit frustra, qvod potest fieri per pauciora. l. in donat. C. de donat. instit.

Possessor bonæ fidei est, qvi autore judice comparavit. l. & si qvis. 14. §. 1. ff. de religios. & sumpt. fun. l. juste. 11. ff. de acqvir. vel amitt. poss.

Postulare, est desiderium suum, vel amici sui, in jure apud eum, qvi jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. l. 1. §. postulare. ff. de postul.

Postulare aliqvis non debet illud, cujus contrarium postulaturus in contrario casu non esset. l. pen. C. de solut.

Postulatio advocati justa est causæ dilationis. l. ait prætor. ff. ex qvib. caus. maj.

Postulare non oportet damnosa fisco, nec

nec juri contraria. l. nec. 3. C. de prec. Imper. offer.

Præfatione nullâ habitiâ judici rem exponere, nefas. l. 1. ff. de orig. juris.

Præfationibus advocati solent uti. l. 1. ff. d. t.

Præscriptio non negligenti non currit. l. contra majores. C. de inoffic. testam.

Non Præscribit ullô tempore malæ fidei possessor. c. possessor. de R. I. in 6.

Præscriptio non currit non valenti agere. l. 1. C. de annal. except.

Præscriptio temporis juri publico non debet obsistere. l. præscriptio. C. de publ. oper.

Præscriptio non à tempore diffinitionis, sed à decessu diffinientis exordium sumat. 16. q. 3. c. inter cætera.

Præsumptio est conjectura, seu divinatio, in rebus dubiis collecta, ex argumentis vel indiciis, per rerum circumstantias freqventer evenientibus. c. 2. extr. de præsumpt.

Præsumptionē non oportet ex priva-

to cujuslibet affectu metiri, sed ex communi rationis dictamine. l. cum in dubio. ff. de probat.

Præsumptio confirmat, vel diminuit dicta testium. l. 3. ff. de testib.

Præsumitur in qvalibet causâ id, qvod freqventer accidere solet, nisi diversum probetur. l. neqve natales. C. de probat.

Præsumere non debemus delictum. l. meritò. 51. ff. pro soc.

Præsumptiones nobiliores semper in dubiis eligendæ. l. meritò. ff. pro soc.

Præsumptio nonnunqvam censetur liqvidissima probatio, ac manifesta. l. ita demum. C. de procurat.

Præsumptio transfert onus probandi in adversarium. l. fin. ff. qvod met. caus.

Præsumptionem lex potest ob causam introducere, ubi mala esse videtur. l. 1. §. rei uxoriæ. C. de rei uxor. act.

Præsumptio neminem juvat, nisi allegetur apud judicem, qvi circumstantiam ejus plerumqve non potest divinare. l. si adulterium. ff. ad L. Jul. de adult.

Præ-

Præsumptioni possunt apertissimæ probationes opponi. l. ult. ff. qvod met. caus.

Præsumptioni rectè opponitur probatio veritatis: modò tamen id in eodem genere fiat. l. optimam. C. de contrah. stipul.

Præsumptio sola non efficit, ut in accusatione gravis delicti procedatur ad condemnationem. ff. ne qvis eum, qvi in jus vocat. est. l. literas.

Præsumptio malæ fidei non potest allegari post. 40. annos. l. fin. C. unde vi.

Præsumitur malam habere litem, qvi dilationes postulat non necessarias. c. nullus. de præsumpt.

Præsumptio colligi potest ex habitu personæ, qvalis sit. l. moveor. C. si serv. export. vend.

Præsumitur pro judice, & tabellione. l. 1. C. de offic. judic.

Præsumitur non idoneus qvi lædit, aut læsurus est alium officiô suô. l. 2. C. de his qvi ven. æt. impetr.

Præsens Præsumitur scire, qvid agatur. l. testium facilitatem. C. de testib.

Præsumptionem introducit vox unius testis, tametsi non probet. tit. de consvet. rect. feud. §. sacramentum.

Præsumptioni tunc est locus, cum veritas aliter haberi non potest. l. nummis. ff. de legat.

Præsumitur id, qvod malè actum est, semper injuriam habere. l. si qvis. ff. ad L. Aqvil.

Præsumitur negare, qvi diversum asserit. l. cũ precibus. l. maritus. C. de procur.

Præsumptio sola non sufficit ad damnandum. l. absentem. ff. de pœn.

Præsumptioni levi non standum. l. deniqve ff. de minor. 25. annis.

Prætextus liciti non excusat illicitum. l. illicitas. ff. de offic. præsid.

Prætor dicitur jus reddere, etiam, cum iniqvè decrevit. l. pen. ff. de justit. & jur.

Prætor neminem tuetur, qvi contra leges facit. l. cum sponsus. 12. §. si res. ff. de publ. in rem action.

Præ-

Prætor ad arma, & rixas procedere non patitur, qvos potest suâ jurisdictione compescere. l. 13. §. 3. ff. de usufr. & qvemadm. qvis ut. fru.

Prætor susceptorem prohibet vindicari, non colluſores. l. 1. §. 1. ff. de alear.

Prætorem oportet non minus patri, qvàm marito succurrere. l. si filia. 5. ff. de divort.

Prætoris edictum, qvamvis sit manifestissimum, attamen interpretatio ejus non negligenda est. l. 1. §. qvamvis, 11. ff. de inspic. ventr.

Prætor à voluntate partis nonnunqvam recedit. l. 1. §. 1. ff. ubi pupill. mor. vel educ. deb.

Prætor qvod jussit, vetuitve, contrariô imperiô tollere potest. l. 14. ff. de re judic.

Prætor de patriâ, non de extraneis provinciis eligendus est. l. tres. C. de offic. prætor.

Prætor beneficium suum nemini vult esse captiosum. l. Paulus. 8. ff. de stipul. prætor.

Prætore vetante qvi fecit, adversus edictum propriè feciſſe dicitur. l. qvi 102. ff. de R. I.

Prætore autore qvi poſſidet, juſtè poſſidet. l. juſtè poſſidet. ff. de acqvir. vel amitt. poſſ.

Prætoris factum juri derogare non oportet. l. 1. ff. de fer. & dilat.

Privatæ ſcripturæ faciunt qvidem probationem, ſed imperfectam. l. inſtrumenta. C. de probat.

Probatio eſt rei dubiæ per argumentum oſtenſio. l. ut nos. C. de probat.

Probatio ei incumbit, qvi dicit, non, qvi negat. l. 1. ff. de probat. l. 21. eod.

Malè qvi Probavit, de ſe qveri debet. l. ſi vina. ff. de peric. & comm. rei vend.

Actore non Probante, reus abſolvitur. l. qvi accuſare. C. de edend. l. 2. C. de probat.

Probandi onus incumbit actori. l. qvi accuſare. C. de edend.

Ad Probandum non debet id admitti, qvod probatum non prodeſt. C. de probat.

Pro-

Probatione non eget clarum. l. 1. ff. de in integr. restit.

Dilatoria Probatio omnis in causis civilibus peremptoria est, proinde nisi semel dari debet. l. oratione. 7. & l. fin. de fer. & dilat.

Probatio rerum ut salva sit, judex curabit. l. curent. 22. ff. de testib.

Probatio dubia in probantem retorqvetur. l. si qvis intentione. de judic. in præsentia. extr. de probat.

Probare non tenetur Reus, sed actor. l. frustra. C de probat.

Probationis spacium in subsidium fragilitatis humanæ regulariter est institutum. c. ad Apostolicam. de regular.

Probationum facultas non debet coangustari. l. qvoniam in fin. C. de hæretic.

Probatio de domo rei sumi non debet. l. de minori. §. tormenta. de qvæst.

Probatio seu fides judici facienda, non adversario. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de V. O.

Probanda non sunt alia, qvàm, qvæ necessariò ad causam pertinent. l. ad probationem. C. de probat.

Probatio semiplena est, per qvam rei gestæ fides aliqva fit judici, non tamen tanta, ut jure debeat eam seqvi in sententiâ dicendâ. l. in lege. ff ad L. Aqvil.

Probatione non indigent manifesta. l. si verò, §. 1. ff. qvi satisdar. cogant.

Probationes habere debent, qvi accusare volunt. l. qvi accusare. C. de edend.

Probatio non colligitur ex eo, qvod qvandoqve contingit abesse. l. neqve Natales. C. de probat.

Procurator lite contestatâ dominus litis efficitur. l. 4. in fin. ff. de appellat.

Procurator est, qvi aliena negotia mandato domini administrat. l. 1. ff. de procur.

Infamis potest esse Procurator jure civili. §. fin. Instit. de except.

Procuratorem nemo in gravibus causis constituere cogitur. c. 2. de procurat.

Procurator ad crimen judicii publici persqvendi frustra intervenit. l. accusatore. 13. ff. de publ. judic.

Infamis Procurator esse non potest. 3. q. 7. c. infamis.

Procuratorem præsentem esse sufficit. l. 1. C. de Confess.

Procuratori litis non rectè solvitur. l. hoc jure. 86. ff. de solut.

Per Procuratorem si qvis defenditur, semper ex justâ causa abesse dicitur. l. neqve 36. §. 1. ff. de fideicom. libert.

Procurator constitui potest vel coram, vel per nuncium, vel per epistolam. ibid. ff. de procur.

Procurator omnium rerum, vel unius esse potest. ibid.

Pro-

Procuratoris onus nemo suscipere tenetur invitus. l. filiusfam. §. invitus. ff. de procur.

Procurator ignorantis domini conditionem deteriorem facere non potest. l. ignorantis. ff. de procur.

Procurator falsus non est procurator. l. Paulus. ff. de V. S.

Procuratoris usus perqvam necessarius est ibid.

Q.

APpellatio continet Qverelam iniqvitatis sententiæ. l. præfecti. ff. de minor.

R.

RAtiones authenticæ plerumqve sunt necessariæ actori, ad instruenda ea, qvæ postea emergunt; ad notitiam ejus spectantia. l. Pomponius. 8. in pr. ff. fam. herciſc.

Reconventio post litem contestatam non admittitur. c. 1. de mut. petit.

Religiosa loca in judicium non deducuntur. l. fundus. in fin. ff. famil. herciſc.

Remediorum cumulatio prohibetur, non Exceptio. l. plura. ff. de O. & A.

Repetitio propter autoritam rei judicatæ cessat. l. si fidejussor. 29. §. in omnibus. 5. ff. mand.

Repleatur ex lege, qvod sententiæ judicis deest. l. si se §. si qvis. ff. de re judicat.

Res inter alios judicata aiiis non præjudicat, l. sæpè, de re judicat.

Rebus Judicatis ſtandum eſt. l. ſi patronus. 2. §. ſi qvis cum eſſet. ff. de bon. liber.

Res Judicata pro veritate habenda, l. ingenuum. 25. ff. de ſtat. hom.

Rerum judicatarum autoritas non patitur, finita inſtaurari. l. 5. C. de re judic.

Res judicata non poteſt ex uno, & eodem judicio in parte valere, & in parte non valere. l hoc judicio. ff. famil. herciſc.

Non Reſpondere, & obſcurè reſpondere, paria ſunt. l. de ætate. §. nihil intereſt. de interrog. action.

Alius pro alio Reſpondere cogi non debet. l. ſine. 9. §. 3. ff. de interrogat.

Reſtitutionis verbô omnis utilitas actoris continetur. l. cum prætor. ff. de V. S.

Reus abſens cauſas abſentiæ per procuratorem reddere poteſt l. abſens reus. ff. de procur.

Qvi Reo poteſtatem, ſuo jure uti, adimit, non fideliter facit. l. Qvintus. ff mand.

Reus in Exceptione actor eſt. l. 1. ff. de except.

Reus primus conveniendus eſt, non fidejuſſor. Novell. ut prim. cred. aggred. §. Conſt. 4.

Reus non tenetur probare, ſed actor. l. fruſtra. C. de probat.

Reus non actori, ſed actor reo edere tenetur. l. fin. in fin. C. de edend.

Rei

Rei de alieno crimine, vel conscientiâ non interrogandi. l. fin. C. de accusat.

In Rei arbitrium non debet conferri, an sit obstrictus. l. hæc. venditio. 7. ff. de contrah. empt.

Rei sunt favorabiliores, qvàm actores. l. favorabiliores. ff. de diverſ. R. l.

Rei conventi plerumqve solent fugere. l. properandum. §. & si qvidem pars actoris. C. de judic.

Reo qvod licitum non existit, nec actori licet. c. non licet, de R. l. in 6.

Reus non statim existimetur, qvi accusatur, sed qvi convincitur criminosus. l. accusationis. 17. in pr. C. de accusat. c. fin. 15. q. 8.

Reus non solum ille est, qvi falsum de alio profert, sed is, qvi citò aurem criminibus præbet. 11. q. 3. c. non solum.

Reum facit Regum iniqvitas imperandi, innocentem autem militem ostendit ordo serviendi. 23. q. 2. c. qvod culpatur.

Reus absolvitur ab observatione judicii, ubi actor non venit ad judicium. auth. qvod fieri. C. de dilat.

Reus uterqve est, &, qvi veritatem occultat, &, qvi mendacium dicit, qvia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. c. 1. de crimin. falſ.

S.

SAcramenti timore contentiosa litigantium Instantia compescitur. l. 1. C. de jurejur. propt. cal. Sa-

Satisdatio eodem modo appellata est, qvo Satisfactio. l. 1. ff. de his qvi satisdar. cogunt.

Satisdare non solet fiscus. l. 1. §. 28. ff. ut legat. seu fideicom. servand. caus.

Sine Satisdatione nemo intelligitur defensor idoneus alienæ litis. l. qvi proprio §. qvi alium. ff. de procur.

Satisdatio propositum tutoris malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari præstat. l. qvia. 6. ff. de susp. tut. §. fin. Instit. eod.

Scriptura fit ad faciliorem probationem, & perpetuam rei memoriam. l. cum res. ff. & C. de probat.

Scripturæ in publicâ custodiâ repositæ probant. l. census. ff. de probat.

Scripturæ privatæ faciunt qvidem probationem, sed imperfectam. l. instrumenta. C. de probat.

Semiplena probatio contra Verisimile nihil valet. l. 1. C. qvi & adverf. qvos.

A Sententiâ definitivâ appellare licet, non ab interlocutoriâ. l. 2. C. qvor. appell. non recipiant. C. de Episcop. audi. secus de jur. comm.

A Sententiâ arbitri non appellatur. l. 1. C. de arbitr.

Sententia, pro alio lata, alium gravare non debet. l. Lucius. 21. in fin. ff. de his qvi not. infam.

Sen-

Sententiæ Eventus dubius est. 2. q. 6. c. quoties. 2. & executionis incertus. l. quod debetur. 15. de pecul.

Sententia certa ut detur in re dubia, satis grave & indecens est. 11. q. 3. c. grave.

Sententia debet esse conformis libello. l. ut fundus. 18. C. com. divid.

Sententiâ judiciali quæ finita sunt, amicabili pactô sopita, nullo modo resuscitanda sunt. de confirm. Digest. §. 23. vel retractanda. d. l. c. 2. §. 23.

Sententia in personas scinditur. l. si qvi. 10. §. 3. ff. de appell.

Sententiam debet judex proferre in scriptis. l. fin. C. de sent. ex brevic. recitand.

Sententiam esse latam, vel concussum esse in causa, paria sunt. l. si rem. §. fin. de evictionem.

Sententia in ambiguis spectanda est ejus, qvi eam tulit. l. in ambiguis. 96. ff. de diverf. R. I.

Sententia, à non suo judice lata, non constringit. 11. q. 1. c. in clericorum. c. at si clerici de judic.

Sententia, pastoris sive justa, sive injusta, timenda est. 11. q. 3. c. sententia.

Sententia non negatur posse in melius immutari. c. cum ex literis. de in integr. restit.

Sententia excommunicationis, sive justa, sive injusta, timenda est, modò tamen non sit

Pa-

palam ipso jure nulla. 11. q. 3. c. & c. 2.

Sententia contra formam juris non valet. l. 2. C. qvand. provoc. non est necess.

Sententia est ferenda pro eo, qvi meliora allegat. §. socium. Instit. de nupt.

Sententia interlocutoria non admittit appellationem. l. 2. C. de Episc. audient.

Sententia pro parte valet, & pro parte non valet aliqvando. l. qvædam mulier. ff. famil. herciſc.

Sententia humanior in ambiguis est proferenda. l. si fuerit. ff. de reb. dub.

Sententiæ ubi sunt diversæ, prævalet ea, qvæ est pro testamento. l. si pars. ff. de inoffic. testam.

Sententia non constituit jus, sed, qvod est, declarat. l. sicut. §. sed si qværatur. ff. si serv. vindic.

Sententia, lata contra unum ex Societate, non præjudicat cæteris, si ejus culpâ acciderit, secus, si dolo. l. si de communi. ff. si serv. vend.

Sententia debet fieri in scriptis, sedendo & à suo judice. l. 2. C. de sentent. ex brevic. recitand.

Sententia habet relationem ad acta, Gl. in l. 3. C. de sent. qvæ sine cert. qvant. profer.

Sententia, in mortuum prolata, non valet. l. Paulus. ff. qvæ sentent. sine appell.

Sententia est qvid individuum, non enim potest pro parte valere. l. in hoc judicium. ff. famil. herciſc.

Sen-

Sententia facit jus,& de albo nigrum, & de nigro album. l. ingenuum. de stat. homin.

Sermo idem qvoties duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, qvæ rei gerendæ aptior est. l. qvoties. 67. ff. de divers. R. I.

Servitus non debet per sententiam constitui, sed declarari. l. sicut. 8. §. & si 4. ff. si serv. vind.

Solutione, vel judicium pro nobis accipiendo, & inviti & ignorantes liberari possumus. l. solutione. 23. ff. de solut. l. 53. ff. eod.

Solutum ex causâ judicati repeti non potest. l. cum putarem. 36. ff. de famil. herciscund.

Sordibus judicis, aut stultitiâ res perierit, non refert. l. si per. ff. de eviction.

Spoliatus fortunis non debet in solidum damnari. §. ult. Instit. de act.

Qvi Subterfugere se judicium dilationibus putat, confitetur de omnibus. c. nullus. de præsumpt.

Nocens ita Subterfugit judicium, qvemadmodum, ut absolvatur, qvi est innocens, qværit. c. nullus. de præsumpt.

Suffragium accipere à Judicibus, totius nequitiæ principium & terminus. Novell. 8. ut judic. sin. qvoqe suffrag. fin. in præfat. §. cogitatio. vers. admonitiones.

Suffragiis emendicatis non oportet uti in criminalibus. l. singuli. C. de accus.

Suspicionis arbitrio nullum judicetis. c. 2. q. 1. c. primo semper. Su-

Suspectorum judicum insidias declinare, & inimicorum judicium refugere velle, naturale qvodammodo est. 3. q. 3. c. qvia suspecti.

T.

PRo Tabellione præsumitur. l. 1. C. de offic. judic.

Tacere, negare, idem est. l. de ætate, §. nihil interest. ff. de interrog. in jur. fac.

Tempus ignoranti non cedit. l. 1. ff. de jur. & fact. ignor.

Tempore prior, potior jure censetur. l. si fundum. C. qvi pot. in pignor. hab.

Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. l. 5. §. fin. ff. de dol. mal. & met. except.

Tergiversatione nullâ crimen potest celâri. c. tua nos. de cohabit. cleric.

Extra Territorium jus dicenti impunè non paretur. l. fin. ff. de jurisdict.

De Tertii jure nemo excipere potest, qvod non exclusivum juris agentis. l. loci. §. competit. ff. si serv. vind.

Testimonium in re propriâ improbatur. l. nullus. ff. de testam.

Compertum est, non omnes ex bona fide Elogia scribere. l. si confessus. 5. ff. de custod. & exhibit. reor.

Non Testimoniis, sed testibus est credendum. l. 3. ff. de testib.

Testimonium muliebre, per se invalidum, cor-

corroboratum testimoniô virorum est validum, tàm in civilibus, qvàm criminalibus causis. l. qvidam testamento. §. mulier. ff. qvi testam. facer. poss. §. Instit. eod.

Testimonii domestici fides improbatur. l. item. 3. C. de testib.

Testimonium privatum superfluum est, dum publica monumenta sufficiant. l. 1. in donationibus. 31. C. de donat.

Testimonium nemo dicat, nisi jejunus. c. 1. de test. & attestat.

Testimonio nullius, nisi juratus deponat, credi debet. c. licet de testib.

Testis idoneus in suâ causâ, vel re propriâ nemo reperitur. c. omnibus. C. de testib. l. nævus. de testib.

Testis unius responsio non audiatur. l. 9. §. 1. C. de testib.

Testium, & instrumentorum est par virtus. l. in exercendis. C. de fid. instrum.

Testium multitudo effrenata coërcetur. l. 1. in fin. ff. de testib.

Non ad Testium multitudinem, sed ad sinceram testimoniorum fidem respici debet. l. ob carmen. de testib.

In ore Testium duorum, vel trium stat omne verbum. c. 2. q. 5. in pr.

Testibus honestioribus potiùs fides adhibetur. l. jurisjurandi. C. de testib.

Testis falsidicus tribus personis est obnoxius,

us, primùm DEO, cujus præsentiam contemnit, deinde judici, qvem mentiendo fallit, postremo innocenti, qvem falso testimonio lædit. c. 1. de crim. falſ.

Testes duo faciunt plenam probationem. l. 2. & 3. de testib.

Testes duo sufficiunt ad probandum aliqvid, ubi numerus testium de jure non adjicitur. l. ubi. ff. de testib.

Testes qvi postulat, debet dare eis sumptus competentes. l. qvoniam. C. de testib.

Testis unus inducit præsumptionem. l. si duo patroni. ff. de jurejur.

Testium fides est diligenter examinanda. l. testium fides. ff. de testib.

Testis potest corrigere dictum suum, cum dubitatur de facto ejus. c. præterea. extr. de testib. cog.

Testes singulares, etiam mille, nihil probant. l. ob carmen. de testib. c. bona. el. 1. de elect.

Testes falsificans, causæ periculum non subit; secus, acta corrumpens. l. in fraudem qvoties. de jur. fisci.

Transigere nemo potest de his, de qvibus stipulari non potest. l. siqvidem. C. de contrah. & committ. stipul.

Transactionis causa est litis timor. l. cum te. 2. C. de transact.

Si à Transactionibus, bonâ fide interpositis, cæperit facilè discedi, litium finis nullus erit. l. fratris, 10. C. de transact. Trans-

Transactionem non esse factam, non præsumitur, nisi probetur. l. qvi cum tutoribus. §. fin. ff. de præsampt.

Transactio super futuris alimentis non permittitur. l. de alimentis. C. de transact. l. cum hi. ff. eod. tit.

Tribunal æterni judicis illum reum non habet, qvem injustè judex condemnat. c. 1. de sentent. & re judic. in 6.

V. U.

VAriantem nonnunqvam prætor non repellit, & consilium mutantis non aspernatur. l. nonnunqvam. ff. de collat. bon.

Contra Verisimile nil valet semiplena probatio. l. 1. C. qvi & adverſ. qvos.

Veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid.

Ad Veritatem examinandam omnis jure prodita debet admitti probatio. l. nec commissa. C. de liberal. caus.

Veritatis custodia in judicando magis est cordi, qvàm obedientia voluntatis. c. judicet. 3. q. 7.

Veritatem, legum, & Justitiæ vestigia, Judices omnes seqvi oportet. l. nemo. C. de sentent. & interlocut. om. judic.

Veritatem omninò debet Judex inqvirere. l. 2. C. de edend.

Reus uterq; est, &, qvi Veritatem occultat, &

&, qvi mendacium dicit, qvia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. c. 1. de crim. fals.

Victus in Expensarum causâ victori est condemnandus. l. properandum. 12. §. sive autem. 6. C. de judic.

Victus victori condemnatur in Expensas. l. de alien. judic. l. 3. §. 3. de leg. 3. Si judici videbitur. §. oportet. in Auth. de judic. coll.

Ultimus dies termini totus debitori conceditur. §. omnis. Instit. de V. O.

FINIS.




Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0808
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0809
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746579055/phys_0810
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0811
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0812
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746579055/phys_0813
DFG